3.

M 9
7-D
57

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
9 B
40

9-7.D.57

7-7.D.9

Digitized by Google

Digitized by Google

XIV. f. 19

Digitized by Google

GEORGII BRAUDLACHT,
JCti,

# HISTORIA PACIFICATIONUM,

Ab Annis plusqvam ducentis breviter repetita, & perſpicuè diducta,

ACCESSIT

ILLUSTRIUM CONSULTATIONUM Decas,

cum annexo Diſcurſu

*De vera Victoria*,

Monitis Politicis & Conſiliis ſtatiſticis ubiqve interſperſis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

*LIPSIÆ*, Proſtat ap. Joh. Chriſt. Laurer & Jacob. Gerdeſ. M. DC. LXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

*Nobiliſſimo atqve Conſul-*
*tiſſimo*

DOMINO
# JOH. GEORGIO
LAURERO,

Juris Practico apud Torgavi-
enſes famigeratiſſimo

*S. P. D.*

BIBLIOPOL.

SIſtitur Orbi Literato Tractatus Hiſtorico-Politicus, qvem non pauci multa eruditione refertum ſuis uſibus deſtinarunt, & elogiis etiam meritis ſubinde comprobarunt. Id dolendum fuit hactenus, qvod deficientibus ubiqve Exemplaribus (qvæ infelicitas non rarò contingit libris optimis, qvid? utilitatis & valoris tacitum qvandoqve teſtimonium eſt) ejusdem copia paucis omnino fuerit, adeo ut creditum

qvibus-

*qvibusdam fuerit, ſcriptum nullibi, ſibi viſum juris publici plane nondum eſſe factum.*

*Qvæ etiam ratio poſtrema non fuit, novam* HISTORIÆ *editionem tot pasſim votis expetitam, totve laboribus qvæſitam Orbi literato communicandi. Cumq; libri ipſius fama propullulantia inde commoda ſatis eloqvatur, atque adeo vino, qvod eſt in proverbio, vendibili non opus ſit ſuſpenſa hedera, tædioſa præfaminis prolixi perlectione ſuperſedere poſſe Lectorem Benevolum ſpes exſur-*

 git

*git non exigua: qvin potius ipſa Libri lectio ſedula commendationis vim habebit, qvæ iterum iterumq́; politioris literaturæ cultoribus commendatur.*

*Unicum forte circa modũ legendi ſicco, qvod ajunt, pede prætereundũ hic non eſt, idq́; narratione qvadam Hiſtorica involvam. Solitus eſt* MAGNI NOMINIS POLITICUS *de præſenti noſtro Tractatu Hiſtorico-Politico haud proletarie aſſerere, ſe ex eodem nobilisſimã ſcientiæ ſuæ politicę partem hauſiſſe, cum in ſingulis ſubinde Articulis*

*ſubſti-*

*ſubſtiterit, & qvæ pacificantium pars eundem urſerit, qvæ cauſa urgendi fuerit, qvæ utilitas inde reſultatura, imo qva fini hæc vel illa particula, hæc vel illa limitatio, contradicente etiam ſermonis elegantia, ſuperaddita fuerit, accurate inqvirere non deſierit. Qvod exemplũ ſuo commodo hactenus imitati fuerunt non pauci, & imitabuntur, qvod ſperandum eſt, adhuc plures.*

*Tibi vero, VIR NOBILISSIME, conſecrari qvam maxime nova hæc præſentis Libri editio voluit, ut ſaltim a-*

*liqvod extet obſervantia & affectus erga Te documentum. Qvodſi igitur benevolis oculis, hoc qvicqvid eſt muneris aſpicies, erit, de quo Tractatus ipſe ſibi gratuletur. Vale & Fave.*

## *Ad Lectorem.*

CUm non ita pridem *horis ſuccifivis* ad vetera ſtudia & lucubrationes, hactenus vel injuriâ temporis, vel aliis ex cauſis intermiſſas redirem, fortè in *ſelecta qvadam de Pacificationum jure* incidi, qvæ relegendo, neſcio an occaſione temporis (qvo omnes boni pacem tandem ſummoperè exoptant) an ipſius materiæ (de cujus jucunditate, utilitate & tractandi neceſſitate non eſt uti verba plura faciam) amore victus, *meditamenta* nonnulla, ſecus ac ab aliis hactenus tentatum video, non qvidem circa vulgaria ſolùm, ſed præcipuè qvæ ad *communem uſum*, ad *amneſtiæ* publicæ, *abolitionis* plenariæ, & *reconciliationis* injuriarum, damnorum &c. vel è contra dignitatum, bonorum, honorum aliorumq; ſimilium *reſtitutionis* ampliſſimas, atq; hiſce præſertim temporibus, in compoſitione Pacis valdè proficuas materias propriè ſpectant, concinnare, eaqve præ aliis avorum noſtrorum, ac horum qvoqve temporum, *exemplis hiſtoricis*, præter alia *Juris* & *Politices fundamenta* illuſtrare, firmare & ſtabilire animo concepi.

In hiſce dum pedem figo, & *Hiſtoricorum* (ſine qvorum adjumento valdè frigida & incauta, rerum ad publicum ſtatum pertinentium videtur eſſe tractatio, nam ſicuti, ait *Lipſius*, in navi dirigendâ, reſpectus habendus eſt ad cynoſuram, ſic in publica adminiſtratione ad facta prioris ævi; Qvod & experientia confirmat) varia monu-

menta revolvo, tot *Auſtro-Hiſpanorum* cum *Gallis*, atqve horum cum illis, illuſtria *Pacificationum exempla* occurrebant, ut intermittere non potuerim, qvin eadem ſeparatim excerperem, in ordinem redigerem, atqve hoc ævo qvo de ſimilibus agitur, publici juris facerem; Qvod volui feci, & reperis Lector hîc in compendio *Pacificationum hiſtoriam*, non ex Regum & Principum *Archivis*, ſed prout dixi ex *Hiſtoricorum ſcriptis* contextam Horum qvanta ſit fides notum eſt, nil addidi nec detraxi præter *contextum* & rerum qvodammodò *eventus*. *Brevis* fui, fateor, cùm tamen occaſionem commodam habuiſſem, in Hiſtoricorum amplisſimum campum plusqvàm ſatis exſpatiandi, verùm tempori, aliisqve negotiis peperci; Et qvid impedit prata amœna ſæpius viſitare, atqve prædia fertilia bis colere? Si brevia hæc non ſatiant, inſtar *delineamentorum & præliminarium* nunc temporis ſunto; *Stylum* eorum utplurimum ſecutus ſum, qvorum verba recenſui, & rerum prima mihi, (qvod etiam *Cuſpiniano in Frider.III. in princ.* Hiſtorico placuiſſe reperio) verborum cura ſecunda; Scio etiam qvid *Otto Friſingenſis Chron. lib.6. cap. 23.* noſter moneat, *decere Hiſtoricum res geſtas ſcribere, non rerum rationem reddere*; Qvod nec temerè hoc loco factum, niſi qvatenus veritas hiſtorica, rerumqꝫ & negotiorum contextus id reqviſierit, atqve fama Patriæ, Divorum Cæſarum, aliorumqve, qvorum intereſt, id expoſtulârit.

Ad qvem *uſum* & *effectum* hunc laborem ſuſce-

ptum

ptum ſi qværitas? Licet non inficiar, eos qvi *publicis negotiis interſunt*, atqve eorum cognitionem habent, meliora forſan (qvamvis & hæc non ſemper cuivis ſint obvia) ex Regum & Principum ſuorum archivis polliceri ſibi poſſe, alios verò qvi *ex præſcriptis formulis* agunt, parùm hæcce æſtimaturos, cùm intra ſuos cancellos ſe contineant, ne facilè impingant, nihilominùs planè ſentio, fore qvi diverſimodè fructum exinde colligere poſſe, qvod reverà *Seneca Epiſt. 107.* monet, dum ſcribit; *Ex eâdem materiâ, ſuis qvemq; ſtudiis apta qværere, ſicuti ex eodem prato bos herbam, canis leporem, ciconia lacertam;* Acceſſit demum *Illuſtrium Conſultationum* à Pacificationis materiâ non prorſus alienarum Decas unica, qvarum plures ante annos duodecim, in exilio & otio qvidem conſcriptæ, verùm certis ex cauſis commodiori tempori & operi reſervantur; *Errata typographica* ſi qvæ irrepsêre, ob abſentiam corrigi emendariq; non potuêre, qvod ignoſcas velim candide Lector, & vale.

PACI-

Digitized by Google

# PACIFICATIONUM
## Hiſtoriæ
## SUMMA CAPITA.

1.

De origine diſſenſionum & Pacificationum inter Galliæ Reges & Burgundiæ Duces, usqve ad Carolum audacem, ejus gentis ultimum, cui demum ſucceſſerunt Archiduces Auſtriæ, & Hiſpaniarum Reges moderni.

2.

De Maximiliani Auſtriaci, Caroli Burgundi, in Burgundia & Belgio ſucceſſoris, cum Galliæ Regibus Ludovico XI. & Carolo VIII. ob Burgundicam & Belgicam ſucceſſionem, æmulationibus & Pacificationibus.

3.

De Neapolitani & Siculi Regni inter Gallos Hiſpanosqve controverſiâ, atqve exinde natis Pacificationibus, qvatenus ad præſens negotium ſpectant.

4.

De Maximiliani Auſtriaci, jam poſt mortem Friderici III. Imperatoris in Cæſarem electi, atqve ejus nominis primi, cum Galliæ Regibus, præſertim verò Ludovico XII. de Ducatu Mediolanenſi, controverſiis & Pacificationibus.

5.

De Navarræis & Roſcionenſibus controverſiis, atqve

Digitized by Google

atqve propterea inter Gallos Hiſpanosqve ſuſceptis Pacificationibus.

6.

De Franciſci primi Galliæ Regis cum Maximiliano primo & Carolo V. Imperatoribus, controverſiis & Pacificationibus ab anno 1514. ad annum 1526. qvo celebris illa Pacificatio Madritana, inter Auſtro-Hiſpanos & Gallos facta eſt.

7.

De Franciſci Regis Galliæ, contra Carolum Cæſarem novis motibus, deqve ejusdem cum eodem Pacificationibus, præſertim verò Cameracenſi & Nizzenſi ab anno 1526. ad annum 1538.

8.

Continuat ea, qvæ inter Carolum Cæſarem, & Franciſcum Regem, poſt Pacificationem Cameracenſem, & inducias Nizzenſes ab anno 1538. usqve ad annum 1544. qvo nova Pax, apud Crepinium in Sveſſionibus caſtellum, facta eſt, geſta fuerunt.

9.

De ulterioribus inter Carolum V. Cæſarem & Franciſcum I. Galliæ Regem, atqve utriusqve ſucceſſores, in Hiſpaniarum Regnis Philippum II. in Galliâ Henricum II. Reges, æmulationibus, diſſidiis, fœderibus cum Turcis & aliis, atqve inde ſubſeqvutis induciis Cambreſienſibus, & Pacificatione alterâ Cameracenſi, de anno 1559.

10. Re-

Digitized by Google

10.

Refert qvæ hinc indè tum in Imperio, cùm in Galliâ, Hiſpaniarumq́ Regnis ab anno 1560. ad præſens negotium ſpectantia, notatu digna inciderunt, & in ſpecie agitur de Pacificatione Verviniana ab anno 1598. qvæq́ prætereа eam, ad hæc usqve tempora, inſecuta ſunt, ſummariè & partim remiſſivè.

11.

Recapitulationem omnium harum Pacificationum, cum præcipuis earundem fundamentis & motivis exhibet.

12.

Cujusdam Gallici Scriptoris de Pace futurâ Germaniæ diſcurſus continet; Qvis eam hactenus impedierit? cujus ea conditionis eſſe debeat? & qvomodo ſecura ſatis reddi qveat?

SYL-

Digitized by Google

# SYLLABUS CONSULTATIONUM.

## I.

### Captivorum materia,

*UBi diſſeritur de perſonis in bello juſto captis, qvid juris Victor in easdem conſeqvatur? Capti qvomodo ſint tractandi? An interficiendi? Ad qvid Victori ſint obſtricti? Qvomodo permutandi, dimittendi, redimendi?*

## II.

Obſidum materia, *De obſidibus, eorumq́ʒ jure, & Victorum in eosdem poteſtate.*

## III.

Confœderationis materia, *Qvî fiat, qvòd multi Proceres ad propulſandum commune periculum difficulter conſentiant, & qvamvis ſemel confœderati fuerint: eadem tamen Societas vix diu ſubſiſtat?*

## IV.

Neutralitatis materia, *Ubi de Neutralitate qvæſitum, an ea alicui ſvadenda, qvæqʒ commoda & incommoda ſecum trahat, & num* Subditus *vel* Vaſallus *impunè ſe neutralem gerere posſit?*

## V.

Submisſionis & protectionis materia, *Qvâ occaſione indagatur, an Princeps, Comes, Baro, Civitas &c. potentiori cui reſiſtere non potuit, ad evitandum majus periculum ſe ſubmittere, ejusq́ʒ protectioni dedere*

10.

Refert qvæ hinc indè tum in Imperio, cùm in Galliâ, Hiſpaniarumq; Regnis ab anno 1560. ad præſens negotium ſpectantia, notatu digna inciderunt, & in ſpecie agitur de Pacificatione Verviniana ab anno 1598. qvæq; præterea eam, ad hæc usqve tempora, inſecuta ſunt, ſummariè & partim remiſſivè.

11.

Recapitulationem omnium harum Pacificationum, cum præcipuis earundem fundamentis & motivis exhibet.

12.

Cujusdam Gallici Scriptoris de Pace futurâ Germaniæ diſcurſus continet; Qvis eam hactenus impedierit? cujus ea conditionis eſſe debeat? & qvomodo ſecura ſatis reddi qveat?

SYL-

Digitized by Google

# SYLLABUS CONSULTATIONUM.

## I.

## Captivorum materia,

*UBi diſſeritur de perſonis in bello juſto captis, qvid juris Victor in easdem conſeqvatur? Capti qvomodo ſint tractandi? An interficiendi? Ad qvid Victori ſint obſtricti? Qvomodo permutandi, dimittendi, redimendi?*

## II.

Obſidum materia, *De obſidibus, eorumq́; jure, & Victorum in eosdem poteſtate.*

## III.

Confœderationis materia, *Qvî fiat, qvòd multi Proceres ad propulſandum commune periculum difficulter conſentiant, & qvamvis ſemel confœderati fuerint: eadem tamen Societas vix diu ſubſiſtat?*

## IV.

Neutralitatis materia, *Ubi de Neutralitate qvæſitum, an ea alicui ſvadenda, qvæq; commoda & incommoda ſecum trahat, & num* Subditus *vel* Vaſallus *impunè ſe neutralem gerere posſit?*

## V.

Submisſionis & protectionis materia, *Qvâ occaſione indagatur, an Princeps, Comes, Baro, Civitas &c. potentiori cui reſiſtere non potuit, ad evitandum majus periculum ſe ſubmittere, ejusq́; protectioni dedere*

Digitized by Google

*dedere poſſit, ita ut propterea crimen læſæ Majeſtatis non incurrat, neque pœnæ, vel bonorum confiſcationi locus ſit?*

VI.

Res immobilis *(puta Territorium, Caſtrum, Oppidum) jure belli occupata, & hoſti ablata cuinam cedat, & quomodo* res tertii innocentis, *eidem ſit reſtituenda?*

VII.

*An autem Victor & acquirens* rem immobilem, *eam ocupet, & poſſidere debeat, cum priſtino ſuo onere?*

IIX.

De re mobili *in bello capta cujus illa ſit? & quid ſi ab hoſte Titio ablata, & penes hoſtem ipſum vel tertium quempiam inventa, eique rurſus erepta fuerit, ad quem illa pertineat?*

IX.

Jura incorporalia devictorum (nomina *ſcilicet* actiones & credita) *an ſimul cum re corporali ita ad Victorem tranſeant, ut Victor nomina & credita vel exigere, vel eadem debitoribus remittere poſſit?*

X.

In caſu geographi *inter prædam à privato milite reperti, & deſuper ſolutionem exigente, an debitor ſolvendo militi, liberetur à vero creditore.*

Digitized by Google

# *Pacificationum Auſtro-Hiſpano-Gallicarum,*

## CAPUT PRIMUM.

### De

### Origine Diſſenſionum & Pacificationum, inter Galliæ Reges, & Burgundiæ Duces uſque ad Carolum audacem, ejus gentis ultimum; cui denique ſucceſſerunt, Archiduces Auſtriæ & Hiſpaniarum Reges.

QVemadmodum Pacificationibus bella componuntur, ità vix illæ explicari poterint, ſi non bellorum & diſſenſionum origines, cauſæ & prætextus nonnunquàm attingantur.

Res ergò ſic ſe habet. Cum *Johannes Valeſius*, Philippi Valeſii Galliæ Regis filius anno 1364. diem obiiſſet, filios reliquit quatuor, *Carolum*, *Ludovicum*, *Johannem* & *Philippum*. (a) *Carolus* natu major, Regi Patri Johanni in Regno Galliæ ſucceſſit, & fuit ejus nominis *quintus*, cognomento *Sapiens*. *Philippo* fratri minimo in dividendâ hæreditate *Burgundiæ Ducatus* obvenit, cùm enim cum patre Johanne Rege, ab Anglis in prælio caperetur, Johannes pater ipſi Burgundiam promiſit; (b) Atque hic *Ducum Burgundiæ*, & ſi lineam maternam ſpectes, *Auſtriacorum* quoque *Archiducum*, & *Regum Hiſpaniarum*, qui nunc imperant, progenitor eſt, uti ex ſeqq. patebit.

An. 1364.

(a) Robert Guaguin. hiſt Gall. lib 9. Froſſard. hiſt. lib. 1. p. 66. (b) Froſſard. d. lib. 1.

*Philippus* non minori prudentiâ, quàm fortunâ ditionem *Burgundicam*, mirificè auxit, matrimonio enim cum *Ludovici Flandriæ Comitis* filiâ *Margaritâ* contracto, *Burgundiæ Ducatui*, *Arteſiam*, *Flandriam*, *Burgundiæ Comitatum*, aliasque Belgii provincias hæreditario jure adjecit. (c)

An. 1369.

Quâ

(c) Guaguin. d. lib. 9.

Digitized by Google

Quâ ratione & occaſione, *Burgundia* & *Flandria* cum adjacentibus provinciis, unita, atque in unum corpus coaluêre, (d) conditiones autem contractui matrimoniali annexas recenſet *Nauclerus*. (e)

(d) Froſſard. hiſt. lib. 1. & lib. 2. pag. 174. (e) Nauclerus vol. 3. gener. 46. in anno 1369.

*Carolo Quinto Galliæ Regi*, poſtquàm in fata conceſſerat, ſuperſtites permanſere Regni hæredes, *Carolus* & *Ludovicus* filii.

*Carolus* primogenitus paternum Regnum obtinuit, *Carolus Sextus* nuncupatus. Hic cum Galliæ regum more coronaretur, acerrima inter *Philippum Burgundum*, & reliquos Galliæ Principes, maximè verò *Ludovicum Andegavenſem Ducem* ejus fratrem, *de ſeſſionis ordine & prærogativa* exorta eſt controverſia. Quo facto prima inter Gallicam & Burgundicam domum, diſſidiorum & æmulationum fundamenta jacta eſſe videntur, quod etiam eventus docuit, rem ipſam deſcribit Galliæ Hiſtoricus *Guaguinus*. (f) Rege enim Carolo VI. conſecrato, cum ad convivii locum ventum

 eſt,

(f) Guaguin, d, lib. 9 pag. m. 168.

eſt, inter Principes incidit, de Seſſionis ordine & prælatione contentio; Ludovicus enim Dux Andegavenſis, ætate Burgundiæ Duce Philippo grandior, præire contendebat, è contrà Philippus Burgundus, ſe Parem Franciæ, & quidem Parium Decanum eſſe, ac propterea, poſt Regem primam habere ſedem argumentabatur. Sed litem hanc, Rex Carolus, conſultatione cum Proceribus habitâ ità diremit & compoſuit, ut *Philippo Burgundo primam ſeſſionem*, quatenus ad præſens negotium pertineret, adjudicaret: Quam ob rem offenſus Andegavenſis, Regi nihilominus proximum locum uſurpavit, verùm Burgundus inter Regem Andegavenſemq; medius inſiliit, ex quo *Audacis* nomen adeptus eſt; Hæc *Guaguinus* (g)

Pacificatio I.

(g) Guaguin. d. lib. 9. in Carolo VI. Jurené Burgundus hanc prærogativam ſibi attribuerit, tractat & affirmativè concludit Chaſſanæus, in Catalog. glor. mund. part. 4. conſid. 45.

An. 1392.

Hæc, ſicuti anteà prædixi, inter *Gallicam* & *Burgundicam* domum exorta *æmulatio*, ſucceſſu temporis radices agere cæpit; Nam qvum *Carolus* VI. Galliæ Rex, for-

fortuito quodam caſu inter equitandum in mentis alienationem incidiſſet (h) qui tamen morbus ſaltem per intervalla redibat, *Summa Regni adminiſtrationis* ad *Proceres Regni* devoluta eſt, erant autem inter eos præcipui, *Johannes* Philippi Burgundi cognomento Audacis (de quo hactenus) filius, Regis patruelis, & *Ludovicus Aurelianenſis* Dux, frater Regis, Quos inter de Principatu ſimultas interceſſit, uterque enim, ob adverſam Regis valetudinem, primas adminiſtrationis partes obtinere ſatagebat. Conſultatione deſuper habita inquit Froſſardus (i) an Regis fratri (Duci Aurelianenſi) adminiſtratio rerum eſſet committenda, placuit, eam eſſe debere penes patruelem, eò quôd ille (Aurelianenſis) per ætatem non ſatis regno providerat. Veruntamen diſſidia hæc, cùm radicitùs evelli & componi non poſſent, atque interim, quòd Aurelianenſis Regnum affectaſſe, & magos adhibuiſſe, qui Regem Carolum imbecillẽ reddidiſſent; Quinimò



(h) de hoc caſu ſcribunt Guaguin. d. lib. 9. in Carolo VI. & Froſſard. hiſt. lib. 3. pag. 256. (i) Froſſard. d. lib. 3. pag. 256.

imò Aurelianum auctorem fuiſſe eorum ludorum, ubi Carolus Rex ferè combuſtus, injiciente nimirum Aureliano facem, in luſorum villoſas veſtes, dicebatur (k) de quo hoc modo etiam *Froſſardus* (l) *Ducis Aurelianenſis* uxor (*Valentina* Mediolanenſis Ducis filia, cujus cap. 3. fit mentio) multùm ambitioſa mulier, nihil æq; optabat, atque maritum ad Regii ſceptri faſtigium, quâlibet etiam arte pervenire, plerique autò de ipsâ ſuſpicati ſunt, quòd ipſius maleficiis mens Regis fuiſſet excantata, Hæc *Froſſardus* latè hujuſmodi ſuſpicionis cauſas proſequens. Tandem *Aurelianenſis* Dux, Lutetiæ Pariſiorum noctu interfectus,

An. 1407.

eam cædem à Burgundo procuratam, vulgò dictum eſt; Utcunque ſit, Aurelianenſem boni publici causâ & Reipublicæ bono interfectum eſſe Rex demum ipſe confeſſus. Et quoniam Burgundo populus Pariſienſis faveret, Rex cum Burgundo rem omnem compoſuit, & pacem iniit. (m)

Pacificatio 2.

(k) Guaguin. d. l. 9. fol. 198. (l) Froſſard. hiſt. lib. 3. pag. 267. (m) Guaguin. d. lib. 9. An Burgundus vel Aurelianenſis meliorem habuerit cauſam, peculiari tractatu examinat Johan. de terrâ Rubeâ

tum

tum temporis Fiſci advocatus, exſtat inter opera Franc. Hottomanni.

Hanc compoſitionem *Aurelianenſis* interfecti filii, ex æmulatione in *Burgundos* admittere noluerunt, quare odium in Burgundum recruduit, qui cum *Anglis* ſe adſociaſſet, *G*allia graviſſimis bellis afflicta fuit, de quibus *Guaguinus.* (n)

(n) latè Guag. d. lib. 9. in Carolo 6.

Inter hoſce motus cum *Delphinus* Caroli VI. filius, poſteà ejus nominis *Carolus Septimus* grandeſceret, de remedio, quomodo paternum Regnum ab inteſtinis diſſidiis liberaret, cogitare cæpit, quapropter *Anglis* (quibus Burgundus adhærebat) *Rotomagum* obſidentibus, inter *Delphinum* & *Burgundum* convenit, ut fide utrinque datâ, Burgundus & *D*elphinus apud *Monſtrelum* (monſtrelet) viginti ſupra Lutetiam milliaribus oppidum ad confluentiam *Sequanæ* & *Jonæ* in colloquium venirent, quo facto ſtatim Burgundus, in conſpectu Delphini, à quibusdam Aurelianenſis Ducis familiaribus, quos ad colloquium Delphinus adduxerat, occiſus eſt, congreſſum hunc & rem omnem deſcribit *Guaguinus* (o)

 Secun-

(o) Guagin. d. l. 9. fol. 206.

Secunda vel etiam tertia hæc fuit æmulationum inter *Gallicam* & *Burgundicam* domum cauſſa.

Hoſtem etiam acerrimum fide datâ occidere non licet. Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6. Avala de offic. bellic. lib. 1. cap. 6.

Exindè commotus *Philippus* cognomento *bonus*, Johannis Burgundi filius, & patris in regimine ſucceſſor, ut nefandam patris necem ulciſceretur, arctiori fœdere *Anglis* ſe junxit, qui ambo miris modis Galliam afflixêre, quod bellum ad triginta annos duraſſe, & tali prudentiâ à *Burgundo* geſtum ſcribitur, ut eâ occaſione, non ſolùm provincias ab avo Philippo & patre Johanne ſibi relictas defenderit, ſed etiam auxerit. (p)

(p) Guaguin. d loc. lib 10. Pius 2. Pontifex in comm. rer. ſui temp. lib. 9.

Pacificatio 3. Atrebatenſis de anno 1435.

Verùm, cùm Carolus Galliæ Rex difficillimum fore prævideret, ſimulque re ipsâ perſentiſceret, uno eodemque tempore, cum *Anglis* & *Burgundo* bellum gerere, *Borbonio Duce* mediatore, cum *Burgundo* pacis tractationem iniit, quæ demum etiam *Atrebati* (Arras) anno 1435. ſequentibus conditionibus concluſa

eſt,

eſt, *Guaguinus* (q) easdem in hunc modum refert.

(q) Guaguin. d. lib. 10. fol. 223.

Pleraque loca *Burgundiæ* finitima, quæ Regis *Campaniam* verſus erant, ad Burgundi Ducis ditionem pervenerunt, *Arteſiæ* quoque adjuncta ſunt *Ambianum* civitas, *Corbia*, *Mondeſiderius*, *Perona*, *Sanctum Quintinum*, & *Abbatis villa*, cum *Pontiviaco*, & *Bolonia* comitatibus.

Quas terras ſub Caroli Imperio, Parlamentique Senatus directione Dux Philippus poſſideret.

Eas autem civitates, quas poſteà nominavimus (pergit *Guaguinus*) quæ ad amnem Somiam ſitæ ſunt, redimere Carolus Rex poterat, quadringentis aureorum millibus.

Fuêre etiam aliæ ad pacem conditiones, quæ quandoquidem hactenus abſolutæ non ſint, nec eas ſpes perficiendi manet, mortuis Principibus, ſilentio à me prætereuntur, hactenus *Guaguinus*.

Cujus quoque pacificationis mentionem facit *Pius* II. *Pontifex maximus*. (r)

(r) Pius II Pontif. d. comm. lib. 9.

*Philippus Burgundus* quamdiu vixit pa-



Digitized by Google

cem hanc illæſam ſervavit, de *Carolo* verò *Galliæ Rege*, hiſce verbis atteſtatur *Guaguinus* (s) Scriptor Gallus, eum exſpectaſſe ſaltem aliquem belli motum à Burgundo excitari, ne tàm auctor diſſenſionis, quàm propulſator injuriæ eſſe videretur; Sed morte præventus, *Ludovico* filio, ejus nominis undecimo Galliæ
An.1462. Regi, inquieti ingenii Principi Regnum cum affectu reliquit.

(s) Guagin. d. lib. 10. fol. 251.

*Ludovicus* ergo *undecimus Galliæ Rex* inauguratus, licèt non ſolùm cùm à patre multis ex cauſis (de quibus *Guaguinus* (t)) diſſideret, in aulâ *Philippi Burgundi* educatus, multisque beneficiis affectus, ſed etiam poſt mortem patris, à *Burgundo* ſaluberrimis regnandi præceptis imbutus fuerit (u) uti erat conſilio præceps, ingenio, vario, & vix domeſticis ſatis perſpecto, tâm in Gallia proprioque Regno multa inſolenter agi cæpit, *Angliæ* enim Regis exemplo, nova & intolerabilia tributa ſubditis ſuis imperari juſſit, multaque alia contra majorum inſti-

(t) Guaguin. d. lib. 10. in Carolo VII, fol. 229. 249.
(u) Naucler. vol. 3. gener. 49.

Digitized by Google

inſtituta introduxit (vv) quàm etiam omnem lapidem movit, ut Principes vicinos turbaret, ergò *Carolum Philippi Burgundiæ* Ducis filium, per quendam *Rubemprium*, ad *Hagam Hollandiæ* vicum, ubi Carolus tunc erat, intercipi demandavit; (x) Quæ & alia Galliæ Proceres commoverunt, ut contra Ludovicum Regem poteſtate ſuâ abutentem, *boni publici* bellum (ita enim id ipſum vocitârunt) inciperent, ſimulatque *Carolum Burgundum* Ludovico Regi ex dictis cauſis infenſum, in ſocietatem fœdusque allicerent, quàm variâ fortunâ bellum hoc geſtum ſit, *Galliæ Hiſtorici* (y) luculenter tradunt; Ut verò reliquas inter Ludovicum Gallum & Carolum Burgundum pactas aliquando inducias pacificationesq; prætercam, inter eos tandem Anno 1468. *Vincennii* propè *Lutetiam*, pax licet ſatis infirma facta eſt, de quo ſic *Cominæus* (z)

Pacificatio 4. Vicennẽſis de anno 1468.

(vv) de quibus Polyd. Virgil. de reb. Anglic. lib. 24. & 20 Petr. Matthæ in vitâ Ludov. 11. lib. 2. Cominæus & alii. (x) Cominæ. comment. lib 1. Guaguin. d. lib. 10. (y) Cominæus d. comm. per aliquot libros Matthæ. in vitâ Ludovici Guaguin. d. lib. 10. (z) Cominæus d. lib. 2. pag. 353.

Con-

Conſtitutum erat , ut Principes omnes *Regis* beneficiarii & clientes ad certum diem adeſſent *Vincennii* propè *Lutetiam*, & ne qua doli ſuſpicio reſideret, permittebat Rex Carolo,ut militum ſuorum præſidio eam arcem muniret, donec peracti eſſent conventus. Poſtquam eò ventum eſt *Biturix* eâ ditione, quàm hactenus poſſederat,relictâ, fidem Regi dat pro *Normanniâ.*

*Carolus* autem pro illis *Picardiæ* oppidis quæ ſunt ad *Somiam* fluvium. Et paulò poſt: Confectis apud *Vincennium* literis de Pacificatione, & præteritarum offenſionum abolitione diſcedunt pariter omnes.

Abeuntem Carolum in Flandriam Rex cum parvo comitatu , per aliquot milliaria deducit, ſubſequentibus eum circiter ducentis cataphractis,qui reducerent. Carolus multâ nocte,quàm ſe quieti daturꝯ eſſet, eâ de re certior factꝯ, collectâ ſuſcipione jubet ſuos eſſe in armis. Atque ita videre licet (ſubdit *Cominæus* d. loc.) quàm ægrè inter Principes conſiſtat amicitia, propter diverſitatem

eorum,

corum, quæ ſingulis ferè momentis ad eos deferuntur.

*Guaguinus* (aa) aliàs diligentiſſimus auctor de hac Pacificatione nihil ampliùs habet, quàm quòd

(aa) Guaguin. d lib. 10 fol. 260.

*Carolo Burgundo* ceſsêre in perpetuàm poſſeſſionem *Perona, Roya,* & *Mondeſiderium,* ad hæc *Guinanum* & *Bolonia* comitatus, quamvis eadem loca *Ludovicus* Rex ſolutâ pecuniâ, à *Philippo* patre redemiſſet. (bb)

(bb) de qua redditione pacific. 3. dictum.

# CAPUT SECUNDUM.

*De*

## Maximiliani Auſtriaci, Caroli Burgundi, in Burgundiâ & Belgio ſucceſſoris, cum Galliæ Regibus Ludovico XI. & Carolo VIII. ob Burgundicam & Belgicam ſucceſſionem, æmulationibus & Pacificationibus.

CArolus Burgundus apud *Nanceium* Lotharingiæ oppidum Anno 1477. ab *Helvetiis* interfectus, filiam unicam An. 1477.

*Mariam,*

*Mariam*, Burgundiæ, aliarumq; opulentiſſimarum Belgicarum provinciarum hæredem ex aſſe reliquit. Opima hæc hæreditas, & puellæ virtus, multos ad matrimonium allexit, ex hiſce præcipui fuêre, Ludovicus XI. Galliæ Rex, qui eam pro filio *Carolo* (poſteà ejus nominis Rege 8.) octo adhuc annorum adoleſcentulo ambibat, & *Maximilianus Archidux Auſtriæ*, Friderici III. Imperatoris filius (a) conſultatum aliquandiu fuit, pro rei dignitate & neceſſitate, ac demum quod refert *Cominæus* (b) pro *Maximiliano Auſtriaco*, Principe maturæ ætatis concluſum eſt. Sententiam protulit nobilis quædam fœmina, genere *Halluina*, quæ maſculè pronunciavit: "*Nobis opus eſt aliquo Viro, non autem puero;* "*Jam eâ ætate eſt Maria, ut liberos gignere* "*poſſit, quod nobis, & toti provinciæ, maximè* "*neceſſarium eſt: Ea vicit in conſilio ſenten*-"*tia. Mariâ* igitur *Burgundicâ* ſic conſen-"tiente, matrimonium cum *Maximiliano Auſtriaco*, antea à patre Friderico III. Cæſare, Carolo Burgundo (cùm adhuc viveret) promiſſum, omni ex parte concluſum

(a) Cominæ. d. comm. lib. 8. (b) Comniæ. d. lib. 8.

cluſum conſummatumque eſt. Atque hac occaſione & ratione (procul dubio, Deo ſic volente & diſponente) *ditiones Burgundicæ*, cum univerſo *Belgio*, ad ſereniſſimam domum *Auſtriacam* pervenêre (c)

(c) Cominæ. d. lib. 8. Gerhard. de Roo, hiſt. Auſtriac. lib. 8. & 9.

At *Ludovicus Galliæ* Rex, finitimas haſce regiones difficulter ſibi eripi paſſus eſt, quod igitur per matrimonium non potuit, aliâ tentavit viâ, *Burgundiam* juris Gallici eſſe dixit, in *Arteſiam*, *Flandriam* aliaque loca quoque prætendebat, quapropter non ſolùm B*urgundiam*, ſed etiam *Picardiæ* & A*rteſiæ* bonam partem invaſit, occupavit & devaſtavit. *Maximilianus* è contrà matrimonii jure acquiſita ſibi tuenda eſſe Ludovicum nullo jure, ſed ſolâ vi niti ratus, tùm quòd præcipuæ B*elgicæ* provinciæ, atque ipſe B*urgundiæ* C*omitatus*, non ita pridem, ſed etiam majorum ætate, *matrimonii jure* ad alios, tàm maſculos quàm fæmellas devolutus fuerit, atque ita provinciæ hæ eam habeant naturam, ut & ad fæminas ſint tranſitoriæ, quod *Heuterus*, *Paradinus*, *Guicciardi-*

*ardinus* (d) & alii paſſim atteſtantur, ſed quia & ipſi *Galliæ Hiſtorici* (c) Ludovici ſequaces in commentariis poſteritati reliquerunt, *Ludovicum Regem, in haſce provincias nihil juris haber, immò ſemper occaſionem quæſiiſſe, univerſam domum Burgundicam delere & protinus extirpare*, tentaſſe id Ludovicum, etiam vivo adhuc Carolo, qvùm ad *Fridericum* Imperatorem, *Tercellinum* Legatum ablegans, eidem denunciari curaſſet, quomodo provincias Belgicas, Carolo devicto, inter ſe dividere vellent, cui ſi non ipſo facto, ſaltem verbis Fridericus ſatisfecit, dum jocosè Ludovico per Legatum renuntiavit, *Vrſi pellem, antequam caperetur, non eſſe dividendam*, apologum hunc recenſet *Cominæus* (f) nullam ergò ſupereſſe rationem, vel etiam conjecturam, quàm Ludovicum ex vulgari illo dominantium præſuppoſito, *ne quis nimiùm creſcat*. Maximiliano bellum intuliſſe (g)

(d) Pont. Heuter. in hiſtor. Burgund. libr. 6. Guiliel. Paradin. de antiq. ſtatu *Burg.* cap. 16. Guicciard. in deſcript. Belgii paſſim (e) Cominæ comment. d. lib. 8. & 9. (f) Cominæ. d. lib. 5. pag. 485. (g) Sed quid ſi cui potentia augeatur legitimis ſucceſſionibus & electionibus, númne tu eum bello turbabis? Gentiles de jure belli lib. 1. c. 14. in fin.

Sed

Sed ad hiſtoriam revertor, *Maximilianus* arma armis oppoſuit, tandemque ad prælium deventum, eoque inter *Tornacum*, & *Ariam* commiſſo, multis licet ex ſuis deſideratis, ſtationem tamen in campo tanquam ſuperior tutatus eſt (h)

(h) Cominæ. d. lib. 9. Guicciard in deſcript. Belg. p. 368. Tarcagnota nell' hiſt. del. mondo. part. 2. lib. 20. ubi hæc omnia latiùs proſequuntur.

Quamvis verò *Maximilianus* victoriam re ipsâ retulerit, *pacem* tamen perpetuo bello præferre voluit. Ideoq; inter *Ludovicum* Regem & *Maximilianum* *Auſtriacum* circa annum 1482. pax hujusmodi interceſſit, quam ex *Hiſtoricis* recenſere malo, in quo ſic conveniunt *Cominæus* & *Tarcagnota* (i) Pacificatio 5. de anno 1482.

(i) Cominæ. d lib. 9. Tarcagnota d. lib. 20.

Pacem Rex (*Ludovicus*) inſtituit facere per *Gandavenſes*, hiſce omninò conditionibus, ut ipſius (Ludovici XI.) filius (*Carolus* 8.) nunc Galliæ Rex, in matrimonium duceret *Maximiliani filiam*, *Margaretam*, atq; *Bolonienſem*, *Matiſconenſem*, *Altiſſiodorenſem*, & *Carolatenſem* ditionem, in ſuâ poteſtate retineret. Ipſe viciſſim A*trebatum* (*Arras*) agrum



Digitized by Google

omnem promittebat reſtituere, reſervatâ tamen ſibi eâ urbis parte, quam munierat. *Utriusq;* verò *Burgundiæ*, & eorum, quæ ſunt ad *Somiam* fluvium, nulla fuit facta mentio. *Robertus Guaguinus* (k) ejus quoquê pacis mentionem facit, dum ita ſcribit: Venêre per id tempus ad Regem valetudinarium, Flandrenſium, Brabantinorum & Hannovienſium oratores, quos per Johannem de Vaccaria primarium Parlamenti Præſidentem, & Philippum Deſquerdum audivit. Poſt aliquot contentiones, tandem de pace convenit, ut *Carolus* Ludovici filius, *Margaretam* Maximiliani filiam, dum legitima utrique ætas eſſet, uxorem acciperet. Donantur Legati à Ludovico 30. millibus Scutorum aureorum, præter pocula argenti cœlati, quod eorum causâ Rex cudere juſſerat. Eadem habet *Nauclerus* (l)

(k) Guaguin. de reb. geſt. Franc. lib. 10. fol. 289. (l) Naucler. vol. 3. gener. 50. anno 1482.

*Margarita Burgantica* licet adhuc teneræ ætatis, magnâ tamen cum pompâ *Lutetiam* Pariſiorum deducta, & ſolenniſſimè à Patre Rege, filioque Carolo re-

recepta, demumq; paulò poſt deſponſationis feſtum omnium cum lætitia celebratum eſt. (m) Interea Maria Maximiliani Auſtriaci conjunx objerat. Ideoque Maximilianus, ex conſilio patris Cæſaris, *Annam Franciſci Britanniæ minoris* (Bretagne in Franciâ) filiam, quam parens moriens ejus ditionis hæredem reliquerat, ab *Auriaco Principe*, puellæ nutritio & avunculo ſibi publicè deſponſari fecerat. (n) Ludovico quoque Galliæ Regi mortuo *Carolus 8.* ejus filius ſucceſſerat, Quem quamvis parens moribundus paternè admonuerat, ut cum vicinis, præſertim verò Maximiliano Auſtriaco pacem coleret: Is tamen Anno duplici ex capite, pactis ſeu pacificationi contra venit, Maximilianumq; offendit. Non ſolùm enim *Margaritam* Maximiliani filiam, ante aliquot annos ſibi deſponſatam repudiavit, eique remiſit, ſed præterea etiam *Annam Britannicam*, Maximiliano promiſſã partim vi, partim perſvaſionib9 adductã, matrimonio ſibi junxit, hâc præcipuè ex ratione & jure,

Anno 1484. Anno 1490.



(m) Naucler. d. loc. (n) Cominæ. de bell. Neapolit. lib. 1. Tarcagnota d. part. 2. lib. 21.

ut *Britanniâ*, cujus antea quoq; partem occupaverat, potiretur. (o) De quo facto in hunc modum ſcribit *Cominæus*. (p) De hiſce nuptiis, non idem erat hominum judicium, ſacrarum quoque rerum periti, non uno modo pronunciabant, ipſisque quidem fæminis infeliciter accidit &c. Et *Tarcognota* (q) ex Italico in latinum verſus, ubi ejusdem rei mentionem facit, tandem concludit. Facinus hoc violentum, cum repudio Maximiliani filiæ Margaritæ, quemlibet vituperaſſe. *Thomas Porcacchus*, (r) Italicâ libertate notavit. Ex hoc (aliisque ſimilibus exemplis, quæ inter Auſtriam & Gallicam gentẽ reiteratæ pacificationes pandunt) concludendum forè *proprium eſſe Regum Franciæ, domum Auſtriacam promisſionibus matrimonialibus fallere.* Galli tamen hac in re nihil perperàm factum cenſuêre; Ajunt enim *Margaritam* (ita refert *Nauclerus* (s) ex mente Gallorum) annum nondum egiſſe quartum, cùm ad Carolum pacis & matrimonii causâ deduce-

(o) Tareagnota d. lib. 21. (p) Cominæ de bell. Neapolit. de lib. 1. (q) Tarcagnota d. loc. (r) Porcacch. in not. Italic. ad Gvicciard. lib. 5. (s) Nauclerus vol, 3. generat. 50. in anno 1491.

duceretur, pactum illud de nuptiis Maximilianum ſemper improbaſſe, tùm quòd à Flamingis (Candavenſibus & conſocris) ſe inconſulto & reclamante, factum, tùm quoque, quòd major æquo dos deſignata eſſet; Acceſſit his odium implacabile Maximiliani in Carolum, unde non mirandum, ſi ipſa his cognitis nondum adulta, remiſſa eſt, cùm impuberis ante pubertatem inanis ſit aſſenſꝰ, & dum pubeſcunt, licitum eſſe illis ſponſalium pœnitere, ſecundum canones, Hæc & plura alia *Nauclerus.*

Utcunque verò *Maximilianus* propter remiſſam filiam, & ereptam ſibi ſponſam, inſigni contumeliâ affectus videbatur. *Fridericus* etiam *Cæſar*, ipſius pater *Comes Palatinus* & *Helvetii* miſſis legatis pro *pace* intercedebant. Quod ita factum ſcribit *Cominæus*: (t) Erant enim partes defatigatæ bellis, præcipuè verò *Burgundiones*, ob civiles etiam diſſenſiones, quò facilius erat pacem aliquam conſtituere; Ad eam actionem Rex miſit *Petrum Borboniæ Ducem*, *Auraicæ Principem*, *Condæum* & me (id eſt *Comi-* Pacificatio de anno 1493.



(t) Cominæus de bell. Neapolit. lib. 1. p. 782.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

*minæum* ) compoſitio demum facta fuit in hunc modum.

Quicqnid in *Atrebatum* agro Rex poſſideret, *Philippo* (hoc eſt Maximiliani filio) uti reſtitueret ; Cùm enim ſoror ipſius deſponderetur Regi, pactum fuit, ſi quis caſus matrimonium hoc impediret, ut tùm, quod pro dote attuliſſet illa, redderetur familiæ.

*Burgundiones* autem ex inſidiis jam cæperant *Atrebatum* & *Sanctomarum*. Reliqua, ſolum *Hesdinum*, *Aria*, *Betuna*, quorum oppidorum arces Regi licebat ex pacto retinere, ad certum tempus, & præſidiis etiam munire.

Hiſce haud diſſimilia habet *Paulus* Jovius (u) Hiſtoricus Italus, in hæc verba diſſerens:

(u) Jovius hiſt. lib. r.

" *Ludovicus Sfortia*, qui per eos dies "*Blancam* Johannis Galeacii ſororem *Ma*"*ximiliano* ( Cæſari ) in matrimonium " collocârat, & cum eo *Helvetiorum* Legati, qui magnam apud utrumque ( Maximilianum Cæſarem & Carolum Regem) auctoritatem obtinebant, omnem eorum controverſiam compoſuerunt ;

Quum

"Quum Carolus remiſſa in Germaniam "puellâ (Cæſaris filiâ) & reſtitutis *dotali-* "*bus oppidis*, cùm multo verborum hono- "re Maximiliano ſatis feciſſet; Atque in "excuſationem inhumanioris ſacti, ſe "non Regia libidine, aut ſuperbia indu- "ctum, ſed impulſum temporum ac bel- "lorum neceſſitate, ad eas nuptias de- "ſcendiſſe fateretur, ut provincia illa "( *Britannia* ) tantæ opportunitatis, ad "arcendas Britannorum claſſes, pro qua "toties cruentè decertaſſent, redemptis "eo conjugio, provincialium animis, priſtinæ quieti redderetur. Atque hæc de *Burgundia* & *Belgicis provinciis* ultima tum temporis inter *Auſtriacos* & *Gallos* fuit Pacificatio, poſtquam in hoc ferè ſtatu res Belgicæ, usque ad *Franciſci I. Galliæ Regis*, qui anno 1514. in Regno ſucceſſit, tempora permansêre. Cæterum quemadmodum Maximilianus Imperator, ejusque ſucceſſores, *Burgundiam* cum *provinciis* B*elgicis*, in ordinem redegerint, *juris Imperii* (cujus tamen antea quoque fuêre) fecerint, jureque *circulari* donârint, ex *Jurisprudentia publica*, & *Receſſibus Imperii* videre licebit.

# CAPUT TERTIUM.

*De*

## Neapolitani & Siculi Regni inter Gallos Hiſpanosq; controverſiis, atque exinde natis Pacificationibus, quatenus ad præſens negotium pertinent.

C*Arolus* 8. Galliæ Rex. Burgundicis & Belgicis rebus compoſitis, licet pleriſque rerum expertis diſſuadentibus, *iter Neapolitanum* meditabatur. Cùm jam
Anno 1494. Carolus, (ſcribit *Guaguinus* (a) à bellis quieſcere potuiſſet, cura illi inceſſit de *Neapolitano* & *Siciliæ Regno*, quod ad ſe patrimonii jure pertinêre contendebat, nec potuit ullâ ratione à ſententia dimoveri, nec Pariſiorum Oratores, ejus rei cauſa ad eum miſſos audivit. Contractis itaque terra mariqúe copiis, in Italiam ducens *Lugduni* primò aliquamdiu moratus eſt, non ſatis certus, an alpes ipſe tranſcenderet, detinebatur enim civitatis délitiis, & quarundam amoribus fæminarum &c. at demum ipſe iter ingre-

(a) Guaguin. de reb. geſt. Franc. lib. XI. in Carolo 8.

ingreditur, Regnum invadit, occupat, quæ omnia graviſſimè deſcribunt *Nauclerus*, *Cominæus*, *Guicciardinus*, (b) & alii.

(b) Naucler. vol. 3. gener. 50. in anno 1494. Cominæ. de bell. Neapol lib. 1. & 2. Guicciard. hiſt. lib. 1.

Ad majorem rerum notitiam, antequam ad Pacificationem progrediamur, nonnulla de variis in hiſce Regnis *mutationibus* præmittamus, quo factô faciliùs, quæ ſequuntur, intelligi poterunt.

Primò autem *utramque Siciliam*, quæ nunc duo Regna, *Siculum* & *Neapolitanum* conſtituit, *Nordmanni Duces Regesq;* tenuerunt, quorum ſtirpe exſtincta ad *Sveviæ Duces*, præſertim verò *Friderici* I. Imperatoris cognomento *Barbaroſſæ*, filium *Henricum*, ejusque poſteros pervenêre, penes quos permansêre, donec infelix ille *Conradinus* ex ſveviæ Ducibus ultimus, à *Carolo Andegavenſi* prælio vinceretur, caperetur & capite plecteretur. Unde aliquamdiu ſub *Gallorum* dominatu fuêre; *Arragonis* poſteà ceſſêre, & demum hiſce quoque pulſis ad *Hiſpanos*



De more Conradi vide Collenut, hiſt, Neapol. lib. 4. Cruſ. in hiſt, Svev, lib, 12.

*nos* rerum ſumma delata eſt. Verùm *antiquioribus* hiſce omiſſis, quæ fuſius ab *Hiſtoricis Neapolitanis*, Michaële *Ritio*, Pandolpho *Collenutio*, *Falcando*, atque aliis Cæſare *Baronio*, *Cruſio*, *Tarcagnota*, *Zurita &c.* traduntur, in rem præſentem ibimus; Habeant itaque *Galli*, habeant *Arragonii*, atque ab hiſce *Hiſpani* ſuas *inveſtituras*, *adoptiones*, *teſtamenta*, aliaq; *documenta*, quibus quælibet pars ſucceſſionem ſuam probare annititur, quæ nunc in medio relinquimus. *Arragoniorum* demum vel juſtitia vel vigilantia prævaluit, & quemadmodum *Siciliæ Regnum* per *Veſperas Siculas* jamdudum amiſére Galli, atque ad Arragonios rurſus devolutum, ita quoque & *Neapolitanum* Arragoniis poſt longam diſceptationem remanſit. *Alphonſus* enim *Arragonius*, ejus nominis I. capta Neapoli, utrumque ſibi Regnum ſubjecit. (c) Hic Alphonſus fratrem habuit *Johannem Arragoniæ Regem*, *Ferdinandi* illius *Catholici Hiſpaniarum Regis*, (cujus infra ſæpiſſimè fiet mentio) patrem. (d)

De veſperis Siculis Collenut. d. loc. lib. 5. Camerat. hor. ſuccidiv. cent. 1, cap. 83. Anno 1442 (c) Zurita annal. Arrag. lib. 15. cap. 3. *Bzov.* in annal. eccleſ anno Chr. 1442. (d) Guicciard. hiſt. lib. 5.

*Alphon-*

*Alphonſus* cùm legitimâ prole careret, fratre Johanne Arragoniæ Rege prætéritô, *Ferdinando* ex Pellice filio Regnum teſtamento reliquit. Huic demum circa annum Chriſti 1494. 1495. *Alphonſus*, & poſtmodum *Ferdinandus* 2. ſucceſsêre. An. 1494. 1495

Nunc ad *Caroli* 8. Galliæ Regis *expeditionem* regrediendo, is ex prætenſione cujusdam *Renati Andegavenſis*, ſpem ſuam ſucceſſionis, & teſtamento quodam *Joannæ Secundæ Reginæ Neapoleos* (e) deducentis, (uti ſuprà diximus) felici conatu Regnum *Neapolitanum* occupavit, ſed vix occupatum, relictô in quibusdam locis præſidiô, rurſus deſeruit, atq; in Franciam non ſine diſcrimine rediit (f) præmii locô ſui vix aliud, quàm famoſam *Gallicam luem* (*mal Franceſe*) deportarunt, & poſtea per univerſum Chriſtia-

(e) De hoc & aliis Gallorum fundamentis agunt pro Hiſpanis, Jacob. Valdeſ. de dignit. Reg. Hiſpan. cap. 17. Vernul. in apolog. pro domo Auſtriacâ & de Regno Neapolit. & teſtamentum illud Joannæ falſum fuiſſe, atteſtatur Scriptor claſſicus Pandol. Collenutius hiſt. Neap. lib. 6. fol. 179. (f) Cominæ de bello Neapolit. lib. 2. & ſeqq. Guicciard. d. lib. 2. in fin. Anno 1496.

Chriſtianum orbem diſſeminarunt, egregium herclè tantæ expeditionis præmium. (g)

(g) præter Hiſtoricos, de hac re tractat Fallopius medicus ſing. tract. de morbo Gallico, cap. 1.

Adjecerat quidem animum ad recuperationem Regni Carolus, ſed morte præventus ſucceſſorem & executorem *Ludovicum XII. Galliæ Regem* reliquit (h)

Anno 1498. (h) Guicciard. hiſt. lib. 3. in fin.

Interea *Ferdinando* Regi Neapolitano ſucceſſerat *Fridericus* patruus. *Ferdinandus* autem *Catholicus Hiſpaniarum Rex*, utpote qui ( uti paulò poſt dicemus) non minùs quâm Galliæ Reges, in Regnum Neapolitanum prætendebat, cùm varias Neapolitani Regni mutationes cerneret, majoresque metueret, præſertim *Friderico* Rege, cum Gallis colludente (i) ne omninò jus ſuum prætenſum ſpernere videretur, occupandi Regni, tanquam poſt mortem *Alphonſi ſenioris patrui*, ad ſe devolūti, conſilia iniit, atque ut absque Gallorum offenſione id fieret, pactis inter ſe induciis ſimulque fœdere icto

(i) Zurita in hiſt. Reg Arrag. l. 4. cap. 41. Guicciard. hiſt. Lib. 5. Pacificatio 7. de anno 1501

icto, *conjunctis viribus Neapolitanum Regnum* invadere decreverunt, qua de re ita *Guicciardinus*: (k)

(k) Guicciard. d. lib. 5. pag. 455. Ulloa in vita Caroli V. lib. 1. & Fazellus hiſt. Neapol: lib. 9. Ferdinando Catholicus, Alphonſi legitimi, Regni acquiſitoris ex fratre filius, Regnum Neapolitanum ad ſe pertinere ajebat.

*Galliæ Rex* omnia ſua conſilia ad Neapolitanum bellum convertit, in quo ne Hiſpaniæ Reges adverſos haberet, illisque potentiæ illorum metu Veneti, & fortaſsè etiam Pontifex conjungerentur veritus, negotia Caroli Regis tempore, de Regni illius diviſione, in quo & *Ferdinandus Hiſpaniæ Rex* jus ſe habere aſſerebat, agitari cæpta renovavit; Nam etſi *Alphonſus Neapoleos & Arragoniæ Rex* peculiari, & ab Arragoniæ regno ſeparato jure id adeptus eſſet, ideoque tanquam rem propriam Ferdinando filio notho tradidiſſet, tamen ad *Johannem* ejus fratrem, qui illi in *Arragoniæ* regno ſucceſſit, & *Ferdinandum* (Catholicum Hiſpaniarum Regem) *Johannis filium*, *quum Alphonſus id Arragoniæ Regni armis & pecuniis adeptus eſſet*, iure id Regnum ſpectare, & ad illud tempus usque taci-

ra

ta querela fuerat, quam Ferdinandus patientiâ, non modò debitis inter propinquos officiis, cum Ferdinando Neapolitanorum Rege & ſucceſſoribus non prætermiſſis, ſed etiâm novô affinitatis vinculô auctis, hactenus texerat; Ferdinando enim Neapolitano Regi, Joannam ſororem ſuam in matrimonium dedit, & ut altera Joanna illius filia Ferdinando juniori nuberet aſſenſus eſt, &c Eadem itaque cupitate in Ferdinando & in Galliæ Rege conſpirante, *alter ut impedimenta & difficultates removeret, alter verò, ut ejus, quod diu optaverat, partem adipiſceretur, cùm ad totum occupandum nulla occaſio appareret*, Neapolitanum Regnum eodem tempore invadere pacti ſunt, quod inter ipſos hac ratione *divideretur*, ut *Galliæ Regi Neapolis* ipſa cum tota *Leborii* agri regione *Aprudiiq;* provinciâ: *Ferdinando* verò *Apulia* & *Calabria* obtingerent, ſuam verò quisque partem, altero nec juvante, nec impediente occuparet &c. de hiſce quoque *Bzovius* (l) poſtquam multa de ſollicita cura Ferdinandi dixerat. Ad eas demum

(l) Bzovius in annal, eccleſ, circa A. Chr. 1499. n. 6.

mum conditiones recurſum, quæ dudum *à Gallis propoſitæ fuerunt*, ab *Hiſpano* repudiatæ, *Fridericum* nempe propter parentis natales, injuſtum Regem eſſe; *Gallus & Hiſpanus* certiori jure, junctis viribus, *Neapolitanum* Regnum expugnatum, inter ſe per conditiones partirentur. Quod & factum tandem fuit, prout ex *Hiſtoricis* (m) conſtat.

(m) vide horum Regum progreſſum apud Bzovium d. loc. & paulo poſt Guicciard. lib. 5. & 6. Thuan. hiſt. lib. 1. Anno 1504.

Sed non diu ſtetit hæc *Gallorum Hiſpanorumq; concordia*, mox enim de *confinibus* inter eos exorta eſt controverſia, quæ dum transactione ſopiri non potuit, tandem in publicum erupit bellum, cauſam, originem & progreſſum, ita notavit *Guicciardinus.* (n) Sed majores, longè lateque periculoſiores motꝰ, & ex quibus maximi momenti res immaturæ erant, in Regno Neapolitano, inter Gallos & Hiſpanos perfectos exorta, gliſcere incipiebant, quorum origo fuit, quod quùm ex illa Regni diviſione, *uni Leborii* terra di Lavoro Agruzz &c. *Campi & Aper-*

(n) Guicciard. d. lib. 5. & 6. Ulloa. in vita Caroli. V. lib. 1.

Digitized by Google

*Aperſtium*, *alteri Apulia* & *Calabria provinciæ* adjunctæ eſſent, provinciarum *fines & termini* non benè expreſſi fuerant, ex quo uterque eam partem, quæ nunc *Capitanatus* dicitur, ſibi depoſcere cæpit, cui controverſiæ priſcorum nominum, ab *Alphonſo Arragonio* ejus nominis *I. Neapolitano Rege*, Patruo Ferdinandi Catholici, immutatio facta, occaſionem præbuit, qui ut cenſuum & vectigalium exactionem faciliorem redderet, Regnum univerſum in *ſex* præcipuè *provincias* diſtribuit, hoc eſt, *Leboriam terram*, *Principatum*, *Baſilicatam*, *Calabriam*, *Apuliam*, & *Aprutium*; ex quibus *Apulia* in tres partes dividebatur, videlicet in *Hydruntinam*, *Barenſem*, & *Capitanatum*, qui *Capitanatus*, quum *Aprutio* ſit conjunctus, à reliqua *Apulia*, *Lofanto* fluvio, qui olim Aufidus dicebatur, ſejungitur. *Galli* igitur, qui *novæ appellationis* non habitâ ratione, in dividendo *veterem* ſpectaverant *Capitanatum*, aut ſub nullâ quatuor dictarum provinciarum comprehendi, aut potiùs *Aprutii* quàm *Apuliæ* partem eſſe volebant, nec tàm regionis magnitudine movebantur, quàm quod

niſi

niſi Capitanatum poſſiderent, nullum ex pecore vectigal magnum ejus Regni vectigalium membrum ad ipſos perveniebat &c. Sed in contrariam partem, quod *Aprutium* locis montanis terminatum ad planitiem minimè protendatur, & quia *in controverſiis de provinciarum nominibus & terminis ſemper præſens conſuetudo ſpectatur*, *Capitanatum* minimè ad Gallos pertinere adducebatur; Hactenus *Guicciardinus*, quem quoque aſſequuntur *Bzovius*, *Marina* (m) & alii ejusdem ſeculi Hiſtorici. *Albericus Gentiles* ICtus (n) hæcce conſiderans, ſic ratiocinatur: Secunda eſt illa quæſtio (ait) quæ ex diſtinctio nefinium in dividendo Regnum Neapolitanum nata eſt, inter Hiſpanum & Gallum. Nam fines hi erant nominibus demonſtrati, quæ aliud *olim*, aliud *poſteà* ſignificabant, & *vetera* Galli, *præſentia* Hiſpani urgebant (ad quod allegat *Alexandrum* in conſiliis) Noſtri verò interpretes (addit idem Gentiles) docent, *intelligi actum de proximis præſentibus, immediatis terminis &*

C *fini-*

(m) Bzovius d. annal. anno Chr. 1502. Mariana de Reb. Hiſp. lib. 27. (n) Gentil. de jur. belli lib. 3. cap. 17.

Digitized by Google

*finibus*, Itaque ratio præſentis ſignificationis nominum habebitur. Et mihi (concludit autor) certiſſima definitio videtur per multa, quæ dici poſſunt de uſu verborum, ſignificationum normâ, atque arbitrio.

Quicquid autem ſit (pergit ulteriùs *Guicciardinus* (o)) Gallus *Prorex*, quòd viribus longè ſuperior eſſet, ſuperbiâ elatus, intra paucos aliâ latâ ſententiâ, Conſalvo (*Hiſpano Proregi*) ni illicò *Capitanatum* relinqueret, bellum indixit, dein ſtatim milites ſuos ad *Tripaldam* excurrere juſſit; ex quo bellum cum continuatione á Gallis initium habuit. Idem fecêre Hiſpani, donec tandem Galli non ſolùm è *Regno Neapolitano*, ſed etiam tota Italiâ pulſi fuerint.

(o) Guicciard. l. d. lib. 5. & alii ſuprà allegati. Alias quoque rationes hujus diſſenſionis refert. Jacob. Valdeſ. de dignit. Hiſp. c. 17.

Pacificatio 8. de anno 1505. Tandem inter *Ludovicum* Galliæ Regem & *Ferdinandum Catholicum*, pacis tractationes ſuſceptæ, atq; in hunc modum anno 1505. concluſæ ſunt (p) *Connubium*, inter *Ferdinandum Catholicum* *Ili-*

(p) Guicciard, hiſt. lib. 6. ferè in fin. Ulloa d. lib. 1.

*Hiſpaniarum* Regem, & *Germanam Foſſeiam Galliæ* Regis ſororis filiam, eâ lege, ut illi *Rex Galliæ* Regni Neapolitani partem, quæ ad ſe ſpectabat, dotis nomine daret Et *Hiſpaniæ Rex* viciſſim illi decem annorum ſpacio, ſepties centena aureorum numûm millia, pro ſumptibus ſarciendis perſolveret, & novæ nuptæ tria millia auri pondo dotis nomine conſtitueret, contractum eſt.

Cui matrimonio cum pax conjuncta eſſet, conventum eſt, ut *Audiovinis principibus*, illisq; omnibus, qui *Gallicam factionem* ſecuti erant, gratis *Libertas, Patria, Imperia, Dignitates, & Bona*, eodem ſtatu, quo eâ die, quâ bellum inter Gallos atq; Hiſpanos, primùm cæptum fuit, erant, reſtituerentur, quam diem eam eſſe quo *Galli* ad *Tripaldam* excurrerunt, declaratum fuit, omnes *bonorum publicationes* ab Hiſpaniæ Rege & Friderico factæ tollerentur.

Et paucis interjectis.

Si *Regina Germana* marito vivente ſine liberis decederet, ejus dotalis pars (puta Regni Neapolitani) *Ferdinando Catho-*

*tholico* cederet, quôd ſi illa eo (id eſt *Ferdinando*) mortuo, ſuperſtes eſſet, ad *Galliæ Regnum* rediret.

Referuntur & alia hujus conventionis, ſeu pacificationis capita, quæ ad præſens negotium non ſpectant.

An. 1507. Atque hæcce pacificatio poſtmodum anno 1507. in congreſſu Ludovici Galliæ Regis, cum Ferdinando Catholico apud *Savonam* inſtituto, confirmata eſt.

Sed ut *negotia Neapolitana* horum temporum abſolvamus, ea enim, quæ interim inciderunt cap. ſeqq. proſequemur; Contigit *Ferdinandum* ante *Germanam* conjugem obiiſſe, quare Galli partem Regni Neapolitani, quæ Germanæ dotis loco conſtituta erat, ad ſe devolutam eſſe prædentebant, verùm huic rei Ferdinandus Catholicus, quùm cum novâ nuptâ Neapoli erat remedium quæſiiſſe dicitur, nam cùm à Pontifice Julio 2. inveſtituram Regni petiit, ſcribit *Guicciardinus*, (q) Pontificem Ferdinando inveſtituram eo modo denegaſſe, & voluiſſe

(q) Guicciard. lib. 7. Annè Vaſallus in conſulto Domino feudi, feudum in dotem dare poſſit: Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 37. 38. Roſenth. de feud. cap. 9. concluſ. 9. Vult de feud. lib. 1. cap. 10. n. 48. 49.

luiſſe, ut eam acciperet cum cenſu,aliiſque oneribus, prout alii ante eum feciſſent. Quam ob rem *Ferdinandum* motum, *inveſtituram totius Regni, ſuô nomine & tanquam ſucceſſorem*, *Alphonſi patrui*, petiiſſe atque etiam obtinuiſſe; unde *Hiſpani* arguunt Ferdinandũ non aliter, quàm ſi Pontifex feudi Dominus, in id conſentiret, conventionem illam iniiſſe, at cùm Pontificis voluntatem contrariam vidiſſet, inveſtituram jure proprio quæſiviſſe & conſequutum eſſe, atque ita ad poſteros transmiſiſſe. Quemadmodum etiam poſteâ evenit, maximè cùm Ludovicus Galliæ Rex *conciliabulum Piſanum* (qua de re cap. ſeq.) protegeret & ſedi Apoſtolicæ ſe opponeret, *Julius* 2. *Pontifex* Regni Neapolitani ſine contractione feudi Dominus, Regi *Ferdinado Catholico*, pro ſe & ſuis deſcendentibus in Regno, ſolenniſſimam inveſtituram cum prægnantiſſimis clauſulis, omnes priores inveſtituras & conceſſiones abolendo, caſſandoque, conceſſit. Quod latius proſequuntur *Alphonſus Ciaconius* & *Hyeronimus Zurita* Anno 1501.

(r) atque hic fuit ſtatus *Regnorum Neapolitani* & *Siciliæ*, usque ad annum 1514. quo tempore *Ludovicus* 12. Galliæ Rex obiit, eique ſucceſſit *Franciſcus* eius nominis *primus*, cuius continuationem infra cap.6. recenſebimus.

(r) Ciaconius in vit. Pontif. in Julio 2. Zurita d. hiſt. cap. 11.

# CAPUT QUARTUM.

*De*

## Maximiliani Auſtriaci, jam poſt mortem Friderici 3. Cæſaris, in Imperatorem electi, atque ejus nominis I. cum Galliæ Regibus, præſertim verò Ludovico 12. de Ducatu Mediolanenſi Controverſiis & Pacificationibus.

Continuatio.

CApite ſecundo de Burgundicis & Belgicis controverſiis, pacificationibusque egimus, deinde ad Neapolitana negotia digreſſi ſumus, ut quemadmodum ex ſucceſſione *Maximiliani Auſtriaci*, in Burgundia & provniciis

Belgi.

Belgicis, provincias illas ad Auſtriacos perveniſſe oſtenderemus, ita quoque ex matrimonio *Philippi* Maximiliani Cæſaris filii cū Ferdinandi Catholic. Hiſpaniarum Regis filiâ, Regna Siciliæ & Neapoleos vigore prædictarum Pacificationum & jurium, ad Philippi poſteros Carolum Cæſarem etiam devoluta eſſe, quodammodò innoteſcere.

Nunc ad *Mediolanenſem Ducatum* accedemus, cuius equidem controverſiæ & pacificationes, ad Maximilianum Auſtriacum, non ex hæreditaria quadam ſucceſſione, nec iure matrimonii, ſed quia *Cæſar electus*, eiusque Dominus effectus fuerat, pertinebant, licèt poſtea *Vaſallagio* iure ad *Auſtro Hiſpanicam* gentem pervenerit.

Ad cognitionem meliorem *Mediolanenſium* rerum, hæcce præmittere, neceſſum viſum fuit. Eſſe ſcilicet *Alciato* (a) ICto teſte & ſemper fuiſſe *Mediolanum*, ſpeculam & arcem totius Italiæ, Galliæ & Germaniæ mirum in modum, ſibi horum Regnorum propinquitate



(a) Alciat de formâ Rom. Imper. p. 103.

Digitized by Google

accommodam; Unde *Cominæus* (b) in bellis Neapolitanis â Carolo 8. Galliæ Rege (cuius is Legatus in Italia fuit) geſtis, id obſervavit, eum qui *Mediolanum* tenet, reliqua ad ſuum nutum & voluntatem habere. Atque hanc ſine dubio cauſam eſſe, cur Hiſpani eum Ducatum tanti faciant defendantque. atq; Galli eundem tantoperè ambiant.

(b) Cominæ de bell Neapolit. lib. 1.

Cæterùm *Mediolanenſis Ducatus* eſt, & ſemper fuit *feudum S. R. Imperii.* (c) Quod etiam *Bodinus* (d) Gallicus Scriptor non diffitetur hiſce verbis; Ducem Mediolanenſem fiduciarium eſſe Imperii Germanici, cui dominatum agri Mediolanenſis accepto ſemper tulit, & conſueta Vaſallorum Jura exſolvit, quod etiam Ludovicum 12. Galliæ Regem (de quo paulò poſt) feciſſe, aſſerit. Ac propterea olim *Mediolanum* cum ſubjecto agro, per *Imperii Vicarios* fuit gubernatum, quos vulgò vocârunt

(c) Johann. de Imola conſ. 15. Receſſ. Imper. Noricus de anno 1542. §. Und wie nun. (d) Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 9. p. 191.

cârunt *Viſconten*, ſeu Vice-Comites. Immò ipſa urbs, Imperatorum domicilium dictum teſte ipſo *Bodino*. (e) Poſteà verò *Galeacius* Vice à comes, *Mediolani Dux* ab Imperetore creatus & inveſtitus eſt, reſervatâ tamen imperii ſuperioritate. (f)

(e) Bodin. d. lib. 9. (f) Blondus lib. 7. hiſt.

*Galeacius* ergò primus Mediolanenſium Dux, Sac. Rom. Imperii *Vaſallus* filios reliquit duos. *Johannem* & *Philippum Mariam*, unicamque filiam *Valentinam*, *Ludovico Aurelianenſi* Duci Caroli 6, Galliæ Regis fratri matrimonio locatum. (g) Johanne & Philippo Mariâ, Mediolanenſium Ducibus, absque maſculis hæredibus exſtinctis, *Ludovici Aurelianenſis* filii, ratione matris Valentinæ, Mediolanenſem Ducatum ad ſe pertinere prætenderunt, atque aſſeruerunt præterea in *dotali inſtrumento*, inter Ludovicum, patrem & Valentinam facto, conventum eſſe, ut infinitâ lineâ



(g) Proſſard. hiſt. lib. 3, p. 247. De hac Valentinâ & Ludouico Aurelianenſi - Pariſiis interfecto, vide cap. 1.

Digitized by Google

Vice Comitum, vel Galeaciorum, Ducatus Mediolanenſis devolveretur ad deſcendentes Valentinæ ſecundùm Apoſtillam ad *Alexandrum*, (h) qui formulam inſtrumenti dotalis ibidem refert.

(h) Apoſtilla ad Alexandr. lib. 2 conſ. 87.

Verùm Mediolanenſes, qui interregni tempore in forma Reipublicæ civitatem ſtatumque gubernabant, negabant *filios Ludovici* quicquam juris, *ratione matris Valentinæ*, in Ducatu Mediolanenſi habere, ideò quòd *inveſtitura Wenceslai Cæſaris*, ad ſolos maſculos deſcendentes ſit reſtringenda, atque fæminas à ſucceſſione excludat. Conceptam enim eam eſſe, teſte *Bernhardo Corio* (i) de Galeaceo, eiuſque deſcendentibus maſculis & legitimè natis. Atque ſi ita (quod tamen non apparêre) id dotalibus inſtrumentis inſertum eſſe, id tamen pactum, inſciô feudi Dominô: atque in ejus præjudicium non valere, immò nec Imperatori, nec Mediolanenſibus præjudicare poſſe, cùm Ducatus Mediolanenſis tanquam Imperiale feudum

(i) Corius in hiſt. Mediolanenſ. part 4.

Digitized by Google

dum, nullam diſpoſitionem, nec dotis conſtitutionem, Cæſare non ſalutatô, non admittat.

Sed quoniam *Valentinæ filii Gallis armis* adjuti, Mediolanenſis Ducatus poſſesſionem vi occupare anniterentur, Mediolanenſes arma armis oppoſuêre, & virtute *Franciſci Sfortiæ Mediolanenſium Capitanei,* qui *Blancam* filiam naturalem Philippi Mariæ uxorem duxerat, Gallos in agro Alexandrino vicerunt, fúgaruntque. Hâc itaque ratione & occaſione *Sfortia*, non fæminæ ſed armorum jure, Ducatum Mediolanenſem occupavit. (k) Quod prætereà exinde corroboratur, cùm certum ſit, & negari non poſſit, *Maximilianum Imperatorem Ludovico Sfortiæ*, cognomento *Moro*, nullâ aliâ ex causâ inveſtituram conceſſiſſe, quàm quòd Philippo Mariæ Galeacio, absque filiis maſculis mortuo, Ducatus Mediolanenſis ad imperium fuerit devolutus, & hæc quidem peracta fuêre illis temporibus.

(k) Corius d. loc. part. 5.

*Ludovicus* autem XII. Galliæ Rex,

Ludo-

Ludovici Aurelianenſis (Pariſiis interfecti) ex *Valentinâ* nepos, aviæ prætenſo juri inſiſtens icto cum Venetis fœde-
Ann.1490. re contra *Ludovicum Sfortiam* Mediolanenſium Ducem, menſe Octobri *Lombardiam* ingreditur, quo comperto, Ludovicus tùm, quòd ſolus reſiſtere non poſſet, cum etiam ob metum ſubditorum, quos peſſimè tractaverat, cum filiis & fratre *Aſcanio Cardinale* in *Germaniam* ad imperatorem Maximilianum fugit. (l) Interim Ludovicus Rex omnem Mediolanenſem ditionem occupat, & *Johanne Jacobo Triultio Gubernatore Mediolani* conſtituto & relicto, triumphando quaſi in Galliam rediit.

(l) Guicciard. hiſt. lib. 4. Ulloa in vitâ Caroli. 5. lib. 1. pag. 7.

Et licet Ludovicus Sfortia, auxiliis
Ann.1500 Maximiliani Imperatoris, Mediolanum cum aliquâ Ducatus parte recuperârit, tandem tamen Gallis cedere, & *Novaram* fugere coactus eſt, ubi ex proditione & perfidiâ *Caſparis Sileni Helvetii* aliorumque captus, in Franciam miſſus, miſerrimè finiit vitam, quam hiſtoriam *Guicciardinus* (m) referens, ita con-

(m) Guaguin. d. lib. 4. in fin.

Digitized by Google

concludit: *Ludovicus Sfortia Lugdunum*, ubi tunc erat Rex, perductus fuit, & in urbem meridiè introductus, infinitâ multitudine ad tantæ paulò ante amplitudinis & majeſtatis Principem, cui multi inviderent, quique nunc in tantam miſeriam corruiſſet, viſendum accurrente. Unde ut ad Regis conſpectum, quemadmodum ſummoperè cupiebat, admitteretur, minimè conſecutus, poſt biduum in *Locenſem turrim* ductus eſt, in qua circiter decem annos, quibus vitam terminavit etiam, captivus fuit periitque idem contigit fratri *Aſcanio Cardinali*. Hæc Guicciardinus. Atque hoc modo Ludovicus 12. Galliæ Rex Ducatum Mediolanenſem armis ſubegit.

Hiſce expeditis Ludovicus Rex Galliæ, ad recuperatinem *Regni Neapolitani* animum adiecit, ſed dubitavit, numnè Maximilianus Cæſar Mediolanenſem Ducatum interim invaderet, quaptopter cum Cæſare omninò de pace tractandum cenſuit, quod etiam factum, in hunc enim modum convenerê,

*Guic-*

Digitized by Google

*Guicciardino* (n) atteſtante, ut *Claudia* filia primogenita Regis galliæ Ludovici, *Carolo* (adhuc puerator, eius nominis quintus fuit) in matrimonium locaretur, & *Maximilianus Cæſar inveſtituram Ducatus Mediolanenſis*, omnibus aliis inveſtituris antiquioribus protenus caſ-
Pacificatio 9. ſatis, *Regi Ludovico, pro ſe ſuisq; filiis maſculis*, ſi quos haberet, traderet, deficiente autem Regi maſculâ prole, *Ducatus Mediolanenſis* in favorem prædicti matrimonii *Carolo Auſtriaco* cederet, & ſi Carolus ante matrimonii conſummationem moreretur, inveſtitura Claudiæ, & ſecundo genito Philippi Archiducis & Caſtiliæ Regis, ſi illi nubere contingeret, maneret. Adjicit hiſce *Alphonſus Vlloa* (o) Imperatorem Maximilianum, & Philippum Archiducem ejus filium, Caroli patrem, non ſolùm hanc Pacificationem approbaſſe, ſed etiam eo tempore, quo cum conjunge *Ioannâ*, Maximiliano patre conſentiente, ex Belgio

(n) Guicciard. d, lib. 5. Eadem habet & prolixius refert Zurita d. hiſt. l. 5 c. 91. Froſſard. hiſt. lib. 3. p. 249 In eiusmodi Comicos (putà matrimoniales) exitus, Principum ſimultates ferè deſinunt, (o) Ulloa d. lib. 1. pag. 7.

gio per Franciam in Hiſpaniam iviſſet, *matrimonium hoc Pariſiis* confirmaſſe, immò pactionem illam juramento vallatam, & non ſolùm à Ludovico Galliæ Rege, ſed etiam Franciſco ejusdem proximo ſucceſſore, atque aliis Regni Proceribus confirmatam eſſe. (p)

(p) Guicciard. & Ulloa dd. ll.

Ex qua capitulatione, ſimul atque inveſtiturâ conditionatâ, ſuper Ducatu Mediolanenſi, hoc demum conſequi videtur, Maximilianum Cæſarem, dando talem inveſtituram, nec approbaſſe, nec approbare voluiſſe prætenſiones Regis Franciæ, eiusque filiæ Claudiæ in Ducatum Mediolanenſem, quaſi jure quodam hereditario & avito, in prædicto Ducatu ſuccederent, ſed tum demum *inveſtituram* valere voluit, cùm *Claudia filia Regis Franciæ, nepoti Carolo Auſtriaco matrimonio jungeretur.* Idque præſcripto modo & formâ, Si Ludovicus Rex non haberet filios (ut nec habuit) ad Carolum & Claudiam Ducatus Mediolanenſis pertineret. Et ſi Carolum, antequam matrimonium conſummaretur, mori contingeret, Clau-

Claudia prædicta non aliter ſuccederet, niſi *fratri Caroli* (*Ferdinando* eius nominis Imperatori primo) nuberet. Quamvis verò utraque pars in hac Pacificatione aliquandiu acquieverit, neutrum tamen effectum fuit, prout infrâ dicemus. Atque Ludovicus Galliæ Rex, cùm ſe de Ducatu Mediolanenſi atque *Maximiliani* amicitiâ, ſecurum cerneret, *Ferdinando* quoque *Catholico Hiſpaniarum Rege* certis pactionib9 ſibi adjuncto, *Neapolitanam* expeditionem inſtituit, quæ quem finem ſortita fuerit, capite Ann.1501. antecedenti relatum eſt.

Pactum autem conventionis principale quod attinet, ut *Rex Galliæ* filiam *Claudiam* Carolo vel Ferdinando Auſtriacis reſervaret, obſervatum non fuit, dum eam *Franciſco Angoleſmenſi* eius in coronâ Gallicâ ſucceſſori matrimonio locavit. (q) Quo ipſo ſuperiores pacis conditiones, & inveſtituram conditionatam Maximiliani, conditione, ſeu matrimonio non inſequuto, evanuiſſe Auſtro Hiſpani argumentantur. Scribunt quoq;

(q) Tarcagnota nell' iſtoria del, mondo part, 2. lib. 32.

quoq; poſt hæc, & aliam inter *Cæſarem Maximilianum*, & *Ludovicum Galliæ* Regem de *Ducatu Mediolanenſi Cameraci* ſubſequutam eſſe Pacificationem. Nam çùm Anno 1508. *Pontifex*, *Cæſar*, *Hiſpaniarum* & *Franciæ* Reges aliique contra *Venetos* conſpirarent, ut quisque ſuum à Venetis uſurpatum, recuperaret (r) promiſiſſe Cæſarem Gallo, inveſtituram de *Ducatu Mediolanenſi*, pro *Rege*, eiusdemque *Succeſſore Franciſco*, atque horum *deſcendentibus maſculis*, pro qua inveſtitura Rex Cæſari ſolveret centum mille Ducatos. Quanquam ergò Ludovicus Galliæ Rex priorem conventionem matrimonialem non ſervaſſet, Cæſarem tamen ex hac ultima inveſtitura obſtrictum obligatumque remanſiſſe. Sed *Auſtriaci* ut Maximiliani Imperatoris fidem liberent, Maximilianum non hoc ſimpliciter pollicitum eſſe dicunt, nec etiam *in præjudicium Caroli Auſtriaci* nepotis fieri id potuiſſe. *Carolum* enim per ſuperiorem inveſtituram conditionatam, *jus & inveſtituram Ducatus Mediolanenſis* ſibi acquiſiviſſe, ſive is matrimoni-

Anni 1508.

Pacificatio 10 Cameracenſis de anno 1508.

D moni-

(r) Guicciard. hiſt. lib. 8.

monium cum *Claudiâ Franciæ Regis* filiâ conſummaret, vel non, ſiquidem etjam *caſu poſteriori* referente ſæpè citato *Guicciardino* (s) Hiſtorico neutri partium addicto, clauſula hujusmodi adjecta fuit, quod ſi matrimonium *absq; culpâ Caroli* (uti factum) non ſequeretur, inveſtitura prædicta eſſet nulla, ut *Ducatus Mediolanenſis* nihilominùs ad *Carolum Auſtriacum* pertineret, quemadmodum etiam tali caſu Philippo patre præſente, de eo inveſtitus eſt. Recenſentur & aliæ cauſæ, prætextusque cur Maximilianus promiſſis non ſtetit, quoniam ſcilicet Gallus, *Geldriæ Ducem*, Maximiliani Cæſaris Vaſallum & ſubditum contrà ſe commoverit. Et quia contrà unitatem Eccleſiæ ſummumque Pontificem Rex Ludovicus *Concionabulum Piſanum*, propriâ auctoritate, tum inſtituiſſet, cùm etiam defendiſſet, quamobrem à Pontifice excommunicatus fuerit (quâ de causâ cap. ſeq.) In ſumma Maximilianum tantopere contra Galliæ Regem, conqueſtum eſſe

(s) Gnicciard. hiſt. lib. 14.

eſſe refert *Guicciardinus*, (t) ut demum exclamârit, ex publicè proteſtatus ſit, *ſe Regi ampliùs fidere non poſſe.*

(t) Guicciard. de lib. 10.

Quæ etiam cauſa fuit, cur Maximilianus Cæſar cum Pontifice & aliis Principibus contra Gallum fœdere ſe junxerit, ac demum cum Gallis commiſſo prælio *ad Ravennam*, iidem coacti fuerint, Italiam deſerere. Quâ occaſione *Maximilianus Sfortia* in Gallia incarcerati & miſerè defuncti Ludovici Mediolanenſium Ducis filius, Cæſare connivente, Mediolanenſem Ducatum recuperavit, ſalvis tamen juribus, Carolo Cæſaris nepoti, ex ſæpius nominatâ pacificatione, & ſubſequuta inveſtiturâ acquiſitis, quod teſtantur *Guicciardinus* & *Vlloa.* (u) ac propterea Maximilianus Cæſar, *Sfortiæ*, nec *titulum Ducis*, nec *inveſtituram* unquam conceſſit. Ann. 1512.

(u) Guicciard d. lib. 11. Ulloa d. lib. 1. p. 39.

Ludovico autem Galliæ Rege paulò poſt diem obeunte, Mediolanenſe hoc negotiū in eo, (quem recenſuimus) ſtatu,



Digitized by Google

usque ad *Franciſcum I. Galliæ* Regem, qui ci ad 1514. ſucceſſit, permanſit.

Addunt præterea rerum harum curioſi (quod aliis indagandum annectere volui) Eſtò *Maximilianum Cæſarem*, inveſtituram quandam in gratiam *Ludovici* vel *Franciſci Galliæ Regem* conceſſiſſe, eam tamen cum horum ſtirpe, atque deſcendentibus maſculis, planè exſtinctam caſſatam & annullatam eſſe. Atque idcircò *Borbonios* ex lineâ collaterali, ab *Henrico* 4. deſcendentes (qui modò *Galliæ* Regno præſunt) *Ludovicum* 13. nimirum eiusque filium, ſive horum ſucceſſores eiusmodi inveſtituris gaudere, atque ita in *Ducatu Mediolanenſi* ſuccedere non poſſe, cognitum e- uim iis, qui feudorum jura noverunt, *collaterales* non aliter niſi in inveſtitura fuerint comprehenſi, in feudis ſuccedere. (vv)

(vv) vide tamen Piſtor. lib. 2. quæſt. 19. Schrader. de feud. part 7 cap. 6. Roſental. cap. 7. concl. 118. Vulte lib. 1. cap. 9. n. 102. cum ſeqq.

CA-

# CAPUT QUINTUM.

## *De* Navarræis & Roſcionenſibus controverſiis, atq́ue propterea inter Gallos Hiſpanosq́ue ſuſceptis *P*acifieationibus.

SUpereſt & alia cauſa particularis diſſenſionum pacificationumque inter Auſtro - Hiſpanos & Gallos, ob *Regnum* ſcilicet *Navarraum* & *Comitatum Roſcionenſem.* Vtrumque conjungere placuit, quoniam utriusque ſitus talis eſt, ut poſſidenti facilè ſit, *Hiſpaniam* vel *Galliam* armis turbare.

De *Regno Navarræ* controverſia duplex occurrit, una paulò *antiquior*, quæ Reges Arragoniæ & Caſtellæ jure ſucceſſionis illud ſibi vendicant; è contrà Galliæ Reges ad ſe pertinere dicunt, ſicuti videre licet apud *Zuritam*, & noviſſimè *Vernulæum.* (a)

Valdeſius de dignit. Hiſpan. hiſtoricè deducit, etiam Galliæ Regum ad Hiſpanos pertinere, cap. 15 n. 9.
(a) Zurita in hiſt. Reg. Arragon. lib. 17. cap. 24. Vernulæ. in apolog. gent. Auſtriacæ cap. 9. pag. 118.

Illâ omiſsâ ad *propinquiorem* accedimus cauſam, & meminiſſe oportet eorum, quæ cap. antecedenti attegimus. *Ludovicum* 12. *Galliæ Regem*, pace cum *Maximiliano Cæſare* de *Ducatu Mediolanenſi*, atque etiam *Ferdinando Catholico*, ob *Regnum Neapolitanum* factâ, fœdere contra *Venetos* icto immò bello Veneto, poſtquam *Julius* 2. *Pontifex* id quod quæſierat, à Venetis obtinuiſſet, penè confecto, vel perſvaſione *Bentivoliorum*
Ann. 1510. vel etiam aliis ex cauſis, *Bononiam* Pontificiam civitatem & ad Eccleſiam Romanam pertinentem occupaſſe, mox *Conciliabulum Piſis*, contrà voluntatem S. Pontificis, à quibusdam Cardinalibus & Prælatis inſtitutum foviſſe & protegiſſe. (b) Quapropter Julius 2. *Pontifex* concilio *Lateranenſi* convocato, cum Rege Catholico & aliis *fœdus*, (quod *ſanctiſſimum* vocitarunt) contra Gallum & fautores conciliabuli piſani iniit. Rex *Catholicus*, & *Anglus* Galliæ Regem adhortari, ut Bononiam

(b) Tarcagnota nell' iſtor. del mondo part. 2, lib, 22. Ulloa in vita Caroli 5, lib. 1.

am Pontifici reſtitueret, & à protectione *concionabuli Piſani* (utpote quod *Schiſma* ſaperet) abſtireret, verbis & literis nihil effecerunt, ergò ad arma ventum, & poſtquam primo *Galli*, ad *Ravennam* (uti cap. 4. annuimus) commiſſo præliô victi, paulatim Italià ejecti, Rex Ferdinandus in Hiſpaniis collecto exercitu, *Albano* Duce in Galliam movère cæpit, ſed tamen *Johannem Navarræ Regem*, ne Gallo tanquam Eccleſiæ inimico ſe jungeret, immò potius à S. Pontificis partibus ſtaret, vel ſaltem ut *tranſitum* Regi Catholico permitteret, petiit (c) Ann. 1511. Ann. 1512.

(c) Tarcagnota lib. 22 Ulloa. d. lib. 1. An ob denegatum tranſitum amico Regi, bellum alicui inferri poſſit: Alberic. de jur. belli lib. 1. cap. 19. per tot.

Verùm poſt longam cunctationem & reſponſa ambigua, non ſolùm nihil obtinuit Hiſpanus, ſed prætereà etiam Navarræus cum Ludovico Galliæ Rege fœdus iniit, Gallum contrà Pontificem juvit, & concilibuli Piſani partes ſecutus eſt,

Pontifex itaque Navarræ Regem excommunicavit, ejusque Regnum occupanti conceſſit. Quare Regis Catholici exercitus *Navarræ Regnum* ingreditur, & *Pampellonam* præcipuam eius civitatem occupat. (d) Quo facto ne Navarræ Rex de improviſa quadam violentia conquereretur, *Rex Catholicus Epiſcopum Zamorenſem* ad Navarrum miſit, cum hiſce poſtulatis, quòd ſi Eccleſiæ partes ſequi vellet, *Pampellona* cum aliis
Ann. 1512. locis, non ita pridem occupatis, æquis conditionibus ipſi reſtitueretur. At *Navarræus* Ferdinandi Legatum captivum detinuit, atque exercitu in Galliâ collecto, Navarrum petiit, & Pampellonam obſidione cinxit, ſed vano conatu, *Albanus* enim Ferdinandi Dux ſcivitatem valoroſiſſime defendit, & Gallos terga vertere coëgit. (e)

(d) Guicciard. hiſtor. lib. 11. (e) Ulloa d. l. 1. Zurita d. lib. 17. cap. 24. Anno 1513.

*Leo* ergò *decimus* Pontifex Julii 2. ſucceſſor, Ferdinandum Catholicum (ob auxilia ſubmiſſa, & fidelitatem erga ſedem Apoſtolicam, fidemque Catholicam) *Navarræ Regem* dixit, eique & poſteris inveſtituram ejus Regni dedit. (f)

(f) Tar.

(f) Tarcagnota d. part 2. lib. 22. De Pontificis poteſtate, an ex cauſa tali, Reges privare poſſit: Marta de Jurisdict part 1. cap 23.

Cæterùm quùm ea ſemper Ferdinandi Hiſpani Regis fuerit mens, à bello cum Gallis trans alpes gerendo abſtinere, & quia Navarræ Regnum recenter partum melius quiete ſtabiliri poſſe autumabat. Ex hiſce atque aliis rationibus, quas recenſet *Guicciardinus*, (g) ad pacem inclinabat, & ea quidem, per binos monachos (religioſis enim ad hujusmodi negotia uti conſueverat) qui ſe boni publici ſtudioſos oſtendentes, occultè in Gallia fuit tentata. Et licèt Ludovicus Galliæ Rex prævideret, Ferdinandum Navarram non reſtiturum, è contra durum fore Navarræum Regno privatum de relinquere, vicerunt tamen aliæ cauſæ, ut pacem cum Ferdinando Hiſpano concluderet. (h) Conditiones huius pacis (brevis etiam fuit) non referuntur, occultam hanc pacificationem fuiſſe ſcribit *Paulus Jovius*, (i) & utrumque Regem eas ſecretas eſſe voluiſſe atteſtatur *Tarcagnota*. (k) Hoc itaque modo Pacificatio II. de anno 1513.



(g) Guicciard. hiſt. l. 11. p. 61. (h) Guicciard. d. lib. 11. (i) Jovius hiſt. lib. 11. in prov. (k) Tarcagnota d. part. 3. l. 1.

modò Ferdinandus Hiſpanus Navarræ Regnum occupatum retinuit, & ad Carolum Auſtriacum, ex filiâ nepotem, omnium Regnorum ſucceſſorem, & poſteâ ejus nominis Imperatorem quintum transmiſit, rem omnem prolixius recenſet *Zurita*, (l) & *de obtentione atque retentione Navarræ* peculiarem conſcripſit tractatum *Johannes Lopez.* (m)

(l) Zurita d. vol. 4. libr. 17, cap. 24. (m) Lopez. de obtent. & retent. Navarræ.

Cum *Comitatu Roſcionenſi* (Ronſilion.) cujus caput eſt *Perpinianum*, hoc caput claudemus. Res autem ſic ſe habet, Comitatum hunc ad *Arragoniæ Regnum* pertinuiſſe, & Johannem Arragoniæ Regem, eundemque *Ludovico* II. Galliæ Regi pignori dediſſe ſcribunt. Sed *Carolus* 8. Ludovici filius & ſucceſſor, certis intervenientibus pactis & conditionibus eam ditionem *Ferdinando Catholico* reſtituit. Fuit in hoc fœdere, ſcribit *Guicciardinus*, (n) magna ceremonia, & jurejurando ab utraque parte in templo publicè ſancto expreſſum

(n) Guicciard. hiſt. lib. 1.

preſſum, ne *Ferdinandus* & *Iſabella* (ab hiſce enim Hiſpania communibus auſpiciis regebatur) neque directè Arragonios juvarent &c. Quæ tractio poſtmodum per pactiones & *Pacificationes ſubſequentes* confirmata & corroborata eſt (o).

(o) Zurita d. lib. 17. cap. 38. Vernulæ. in apol. d. cap. 9.

# CAPUT SEXTUM.

## *De*

## Franciſci primi Galliæ Regis cum Maximiliano I. & Carolo V. Imperatoribus, controverſiis & pacificationibus ab Anno 1514. ad annum 1526. quo celebris illa Pacificatio Madritana inter Auſtro-Hiſpanos & Gallos facta eſt.

ET hactenus quidem particulares, atque *antiquiores* diſſenſiones *Pacificationesque* inter Auſtro - Hiſpanam & Gallicam domum, recenſuimus, ſucceſſu temporis (præter haſce antiquas) etiam aliæ emerſerunt, quæ prioribus junctæ, Continuatio.

Regum

Regum Catholicorum & Chriſtianiſſimorum animos eò magis exacerbârunt.

Poſt bella ſanguinolenta, atque undique (prout ex prioribus patet) certis pacificationibus ſopita, moritur *Ludovicus* 12. *Galliæ Rex* Anno 1514. 1. Januarii, ſucceſſorem relinquens *Franciſcum* ejus nominis *primum*, qui anteceſſoris veſtigiis inſiſtens, poſtpoſitis hactenus relatis pacificationibus, ſtatim ſecundo Imperii ſui anno, valoroſiſſimo exercitu ad infeſtandum Ducatum *Mediolanenſem*, Italiam invadit, & commiſſo cum *Maximiliano Sfortia* (qui Cæſare ſic volente Mediolanenſi ditioni præerat) ad ſanctam Brigittam inter Mediolanum & Marianum prælio, victoriam obtinuit. Maximilianus quidem Mediolanum in caſtrum fugit, ſed & urbe à Gallis captâ, ipſe cum arce Galliæ Regi ſe dedit, & Patris exemplo, renunciato titulo & Ducatu Mediolanenſi ſi in Galliam miſſus; Gallus Burbonio Duce gubernatore ibidem relicto, hoc modo Mediolano rurſus potius eſt. (a)

Ann. 1514

Anno 1515.

(a) Ulloa in vitâ Caroli 5, lib. 1, pag. 41, Guicciard. lib. 12.

Anno

Anno ſequenti 1516. 22. Januarii, Ludovicum 12. Galliæ Regem veterem æmulatorem. *Ferdinandus* quoque *Catholicus Hiſpaniarum Rex* ſecutus, diem obiit, & *Carolum Auſtriacum* (poſteà ejus nominis Imperatorem 5.) ex filià Maximilianiq; I. Cæſaris, ex Philippo filio nepotem, omnium ſuorum Regnorum & ditionum in *Hiſpaniâ, Italiâ*, atque alibi hæredem ſucceſſoremque reliquit. (b) Anno 1516

(b) Ulloa Guicciardin. & alii.

*Maximilianus* equidem *Cæſar*, *Ducatus Mediolanenſis occupationem* contrà ſuperiores pacificationes ægrè ferebat, ideoque cum exercitu in Italiam movit, quam expeditionem *Guicciardinus* & *Jovius* (c) & alii recenſent: Variis tamen atque graviſſimis ex cauſis pacem bello demum præferebat, tùm quòd Ulatislao Ungariæ Rege, genero ſuo mortuo, bellum Turcicũ illis in partibus metueret, cùm etiam, quia *Caroli nepotis Hiſpaniarum Regis* conditio id exigeret. Is enim poſt mortem Regis Ferdinandi ad capeſſanda Regia ſceptra à ſtatibus Regni

(c) Guicciard. d. lib. 12. Jovius hiſt. lib. 18.

Digitized by Google

Regni in Hiſpaniam accerſebatur, cui utile, immò neceſſarium eſſe judicabat, poſt ſe nullum hoſtem relinquere. Et ut Caroli Hiſpani cum Franciſco Galliæ Rege de pace tractatus, de quibus ante annum egerant, ſilentio nunc involvam, (d) Franciſcus quoque non paucis ex cauſis ad pacificationem cum Carolo adigebatur, ita ut demum *Novioduni* (*Noyon*) 15. Auguſti anno 1516. conventum inſtituerint, quo in loco, per utriusque Regis Legatos, (ex parte quidem Caroli, *Marchio Ceverenſis*, pro Galliæ verò Rege *Lutetianus Epiſcopus*, magnus Regiæ domus magiſter, & Lutetiani Senatus princeps) in hunc modum ſcribente *Guicciardino* (e) concluſa & confirmata eſt.

Pacificatio 12 Noviodunenſis de anno 1516. 15. Auguſti.

(d) de quibus Guicciard. d. lib. 12. (e) Guicciard. d. lib. 12. Ulloa in vitâ Caroli lib. 2. in princ.

1. Inter Galliæ atque *Hiſpaniæ* Regem *perpetua pax*, & fœdus ad ipſorum Regna & provincias contrà quemvis tuendas eſto.

2. *Galliæ Rex* filiam annum unum natam Catholico Regi (Carolo) in *matrimoni-*

*monium* dato, eique jura, quæ in *Regnum Neapolitanum* ex *diviſione* ab eorum majoribus olim facta haberet, dotis nomine concedito: Donec autem filia ad ætatem connubio aptam perveniret, *Rex Catholicus* in ejus ſumptus quotannis Galliæ Regi mille auri libras pendito.

3. Quodſi ea ante ex hac vita migraverit, & Regi *alia nata* fuerit, ea iisdem legibus Catholico Regi nubito.

4. Si fortè nulla ſuperfuerit, *Renata* quæ ei Lutetiæ deſponſa fuerat uxor ejꝯ eſto, quacunque autem illarum in matrimonio absque liberis defuncta, ea *Regni Neapolitani pars* Galliæ Regi reſtituitor.

Ut verò lector animadvertas, quómodo, quod notavimus alibi, Regum ſimultates, in *Comicos matrimoniales eventus* deſinere, ac ferè ut *Anglorum Italorumque Comœdiæ* exire ſoleant intermiſceo quædam, quæ paulò ante de hiſce nuptiis prudentiſſimê monuit *Guicciardinus loc. citato*, ita autem ſcribit; Nec dubium eſt, quin hi duo Principes in pace ineundâ, magis præſentis com-

modi

modi, quam ejus in poſterum ſervandi rationem habuerint. Quod enim fundamentum in connubio, quod pactum fuerat, cum ſponſa, quæ nondum quartum annum (atque præſenti in caſu vix unum) attigiſſet, eſſe poterat? Et quomodo Galliæ Regni Renatum Archiduci in matrimonium tradi placere poterat, cui cum ipſe ejus majorem natu in ſororem uxorem habere in Britonum Ducatum actio competebat?

5. Cæterùm *Catholicus Rex* antiquo *Navarræ* Regi intra certum tempus Regnum reſtituito, quod ni fecerit, Galliæ Regi eum ad id recuperandum juvare fas eſto; (Sed ut poſt *Hiſpani* ajebant, ſi is prius ſe jus habere probaſſet) Hunc articulum paulò aliter habet *Jovius*, vide infrà.

6 *Cæſar* (*Maximilianus*) intra duos menſes huic fœderi ſeſe adjungendi facultatem habeto. Quod etſi fecerit, tamen Galliæ Regi *Venetos* & *Veronam* recuperandum juvare licitum eſto Reliqui articuli Cæſarem & Venetos reſpiciunt.

Maxi-

Maximilianus demum Imperator pacem hanc, cum adjectis conditionibus accepit & confirmavit. Hæc *Guicciarnus.*

De eâdem pace ita *Paulus Jovius* (f) ut concordantiam Scriptorum oſtendamus. Tantis laboribus, ac *Veneto* tandem bello exoptatum finem impoſuit memorabile fœdus (potiùs Pax) quod in finibus *Lingonum* & Sequanorum apud *Noviodunum* ictum eſt, inter *Franciſcum Gallorum Regem & Carolum Belgarum Principem* (Hiſpan Regem) quem moriens avus Ferdinandus, omnium Regnorum hæredem reliquerat. Siquidem adoleſcens (Carolus) Hiſpanorum ingeniis, & potentiſſimorum Regulorum voluntatibus diffiſus, ne abſente ſe veluti per interregnum, rebellandi occaſio præberetur, omnibus rebus poſtpoſitis, in Hiſpaniam ſibi maturandum eſſe judicârat. Quod neq; tutò neq; expeditè fieri poterat, niſi priùs cum Franciſco certis legibus amicitia firmaretur. Timebatur namque Rex juvenis (Franciſcus Galliæ Rex) & acer



(f) Jovius hiſt. lib. 18. in fine.

Digitized by Google

acer, tantis ſubnixus opibus, qui dudum Helvetiis prælio devictis, etiam Maximiliani Cæſaris conatus egregiè repreſſiſſet. Et tùm maximè ſe repetiturum ármis regnum Neapolitanum, & Johannis Navarræ Regis paulò ante in Galliâ defuncti filium adoleſcenten in paternum Regnum reducturum minaretur. Itaque conſcriptæ *Novioduni* Pacis *tabulæ* per Legatos in haſce conditiones:

Ut Carolus *Regnum Navarræ*, Johannis filio, qui inde expulſus eſſet, reſtitueret. *Si id* Judicibus, *quos conſtituere ſummæ rei arbitros deberent, ex equo & jure videretur.*

Centum millia aureorum nummum, quotannis Gallo penderet, ut eo tributi nomine aliquod G*allis Neapolitano Regno jus eſſe videretur.*

Amicitiaque & mutuum fœdus *affinitatis vinculo* confirmata; Nam Carolum ſibi Franciſcus generum adſcivit, ſic ut ei puella, quæ incunis adhuc erat, deſponderetur.

*Gallus* quoque ad componendum *Italiæ* ſtatũ, & ad res *Mediolanenſes* confirman-

das

das, ut *Verona* Venetis redderetur poſtulavit, ea lege, ut à Venetis redemptionis nomine ducenta millia aureorum, duabus penſionibus Cæſari perſolverentur.

Quibus conditio nibus, ſicuti *Carolus* adeundæ Hiſpaniæ curâ anxius, haud cunctanter ſubſcripſerat. Ita *Cæſar* oblatâ ſibi ingenti pecuniæ ſummâ conditionem minimè detractavit, ut qui nepotis (Caroli) conſilia, atque ipſam ſpem, ac rationem omnem obtinendi Imperii, importunâ tergiverſatione corrumpere nolebat. Hactenus *Jovius.*

Hiſce peractis *Franciſcus Galliæ Rex* in poſſeſſione *Ducatus Mediolanenſis* permanſit. Ad *Carolus Hiſpaniarum Rex*, benedictione ab avo Maximiliano Cæſare acceptâ, in Hiſpaniam navigavit, ubi in Auſtriæ civitate *Villavitioſa* Anno 1517. 19. Septemb. feliciter appulit. Ann. 1617.
Dum verò cum Procerum & Statuum conſilio, maximè verò *Adriani Cardinalis*, poſteà Pontificis ejus nominis Sexti Hiſpanicum Regimen diſponit,



Digitized by Google

*Imperator Maximilianus ejus avus* jam grandævus (cujus nomen vel ex hoc ſolùm celebre, quod cum *quatuor Galliæ Regibus*, Ludovico XI. Carolo VIII. *Lu*dovico XII. & Franciſco I. vario Marte & arte bella geſſerit) Anno 1519. 12. Ja-
Ann. 1519. nuarii, diem obiit.

*Variæ* hæ in *Imperio*, & *Hiſpaniâ mutationes*, *Franciſco I.* Galliæ *R*egi jam alia ſuggeſſerunt conſilia, erat is eo tempore & armis & victoriis aſſuetus, atque dum præter *Carolum Auſtriacum* Hiſpaniarum novum Regem juvenem, neminem, quem timeret, inveniri poſſe arbitraretur, hunc antequam fundamenta Regnorum & Imperii jaceret, aggrediundũ & armis tentandum eſſe cenſuit.

Præter antiquas ergò & aliquoties (uti diximus) ſopitas *Hiſpanicas*, *Burgundicas*, *Belgicas*, *Neapolitanas*, *Siculas*, *Mediolanenſes*, *Navarræas* & alias hactenus enarratas controverſias, novæ quædam emerſerunt *prætenſiones*, vel ſi mavis, *æmulationes*, quæ in hunc uſque diem unà cum obſoletis prætexuntur, &

occa-

occaſione ſic ferente in ſcenam producuntur.

De *antiquis diſſenſionum cauſis*, atque propterea ſubſecutis Pacificationibus hactenus diximus, & in ſequentibus quoque capitibus dicemus: Injurias veteres meminiſſe, non decere Reges, jam olim *Niceta* (g) pronunciavit, ne tamen planè Barbari atque omnium rerum ignari videamur, poſteritati aliquid relinquendum eſt.

(g) Nicera l. 1.

Sed ad hiſtoriam, Maximiliano Cæſare (ut dictum) mortuo, S. R. Imperii Electores more majorum, & expræſcripto *Aureæ Bullæ* (h) ad electionem Regis Romanorum Francofurti conveniunt. Ubi in deliberatione de novo Rege in Imperatorẽm eligendo acerrima exorta eſt controverſia, *Numnè Franciſcum Galliæ, vel Carolum Auſtriacum Hiſpaniarum Regem eligerent?* Conſultatio hæc tum temporis magni momenti fuit, Ann. 1519. nec enim deerant rationes, quæ *pro Franciſco*, & è contrà *pro Carolo* militabant, quas



(h) Aur Bulla tit. 2. & ſeq.

longâ ſerie recenſent *Scriptores* ejus temporis. (i) Sed demum *Carolus* Hiſpaniarum Rex, utpotè qui originem ab Auſtriacis Archiducibus traheret, Franciſco prælatus in Imperatorem electus eſt, ita enim ſcribunt *Albertum Epiſcopum* & *Electorem Moguntinum* pronunciaſſe, *Gallum* quod attinet, legibus noſtris & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum eſt, ne decus hoc Imperii transferatur ad exteros.

(*i*) Sleidan. comment. lib. 1. Guicciard. hiſtor. lib. 12. Arnold. Ferron. rer. Gall. lib. 5. Göden. conſ. 1. Sim. Piſtor. vol. 1. conſ. 15. Heig part. 1. quæſt. 5.

*An Gallus eligi potuerit?*

*Galliæ Rex* hanc repulſam graviſſimè tulit, eò quod aliàs Caroli ſuſpectam haberet potentiam, quam novâ hâc dignitate augeri confirmarique cerneret, quare non ſolum *prætenſiones* quasdam *antiquas*, in *Imperium & Provincias Germanicas* (quibus etiam in hunc usque diem nonnulli innituntur, quod varia *Gallorum* (k) *Scripta* docent) neſcio unde revocavit, *Coronam Regiam* mutavit, eandemque Imperiali ſimilem confici cura-

(k) Germaniam Galliæ provinciam eſſe ſcribit Bodin. de Repub. lib. 2. cap. 9. Alii Imperitum ad Gallos pertinere.

curavit, quod rectè factum tradit *Philippus Moraus*, (l) quoniam Rex Franciæ ſit æqualis Imperatori; *Titulos Imperatoris* & Auſtriæ gentis ludibrio habuit, vel unum Galliæ Regnum univerſis Caroli Regnis & Provinciis domandis ſufficere, immò ſolis ſuis *Scholaribus Pariſienſibus* (quos eo tempore 40000. numeratos eſſe ferunt) Carolum totâ Europâ pulſurum jactitavit, (m) ſed etiam Carolum bello petiit.

(l) Phil. Morc. tab. armor. Gall. cap. 16. (m) Michael. Piccart. obſ. hiſt. decad. 1. cap. 3. & decad. 4. cap. 10.

Finitâ autem Electione Imperiali in perſonam Caloris, is factâ in Hiſpaniâ proviſione neceſſariâ, per Angliam & Belgium in Germaniam venit atque ab *Archiepiſcopo Colonienſi*, ſolitis Ceremoniis *Aquisgrani* anno 1520. in die ſancti Ann. 1520. Matthiæ Apoſtoli (quo eodem die annò 1500. natus, ac Solimannus Turcarum Imperator, non ſine omine effectus fuerat) coronatus eſt. Vix verò Imperii Ann. 1521. negotia aggreſſus erat Carolus, *Wormatiæ* enim, ad componenda religionis diſſi-

diſſidia Comitia indixerat, (n) ecce nuncius ex Hiſpania advolat, *Caſtiliæ* populos & civitates, ſub ſpe libertatis conſequendæ, contra Regios officiales arma ſumpſiſſe, Reginam Joannem Cæſaris matrem, cum univerſo Regali conſilio captivam deduxiſſe, (o) & licet non deeſſent, qui rebellionem hanc conſilio reprimere ſtuderent, Cæſaris tamen præſentia requirebatur.

(n) Hortenſ. de bello Germanico lib. 1. Receſſus Imperii eiusd. anni. (o) Ulloa d lib 2.

*Franciſcus Rex Galliæ*, cùm Carolum tàm *in Germaniâ*, ob natum religionis diſſidium, atque inde inter Proceres exortas diſſenſiones, quàm *in Hiſpaniis* diſtrictum occaparumque cerneret, immemor Navarræ Pacificationis (de quà ſupra Pacif. 11. & 12. cap. 5. & 6.) inter Ferdinandum Catholicum, & Ludovicum 12. Galliæ Regem, ejus anteceſſorem, initæ, *Henricum Albrettum*, cui *Margaritam* ſororem deſponſaverat, in *Navarræ* Regnum armis reſtituere anniſus eſt, *Pampellonam* ergò & *Fonterabiam* expugnavit, notabileſque fecit

pro-

Digitized by Google

progreſſus, ſed ab exercitu Hiſpanico, Caſtilianorum moribus nonnihil repreſſis, Galli ſuperati & repulſi ſunt, (p)

(p) Guicciard. hiſt. lib. 14, Tarcagnota d. part. 5. lib. 1.

Relata quoque eſt à nobis cap. 4. Pacificatio ſuper *Ducatu Mediolanenſi*, inter Maximilianum I. Imperatorem & Ludovicum Gallum, quâ inter alia convenerat, ut *Claudia* Ludovici Regis Galliæ filia, Carolo Auſtriaco nunc Imperatori matrimonio locaretur, hanc Franciſcus Rex uxorem duxerat, quamobrem Carolus, Franciſcum capitulationem non ſervaſſe conqueſtus eſt. (q) Acceſſit & alia ſimultas, quidam enim *Robertus Marcianus* Leodienſis territorii regulus Gallorum ope Imperatoris quendam Vaſallorum *Emericum* nomine adortus, eumque omnibus bonis ſpoliavit, Cæſar itaque animadvertens, non eſſe eam ſolius Roberti potentiam, niſi à Gallis juvaretur, exercitum & ipſe conſcribit, atque ad *Franciæ confinia* mittit. In *Italiâ* quoque eodem

 ferè

(q) Tarcagnota d. part. 5. lib. 1.

Digitized by Google

ferè tempore nova belli cauſa emerſit. Dictum eſt, paulò antè *Franciſcum Galliæ* Regem *Mediolanenſem* Ducatum occupaſſe, eoque *Maximilianum Sfortiam*, qui eum Cæſaris nomine tenebat, privaſſe. At Maximiliano in Franciâ jam mortuo, frater ejus *Franciſcus*, Ducatus reſtitutionem apud Cæſarem ſollicitabat, cujus cauſæ cùm Pontifex non parùm faveret, ſimulque de Gallicorum miniſtrorum inſolentiâ conquereretur, cùm Cæſare fœdus contra Galliæ Regem, ex hiſce aliisque cauſis inire ſtatuit, quod & demum factum, recenſente *Guicciardino*, (r) hâc conditione & modo, ut bellum in Inſubria eodem tempore & ratione, quâ inter ipſos convenirer contra Gallos moverent: eâque occupatâ, *Parma & Placentia* Pontificatui, à quo iisdem juribus, quibus antea eas obtinuerat, poſſiderentur, cederent, cumque Franciſcus Sfortia, qui Tridenti exulabat, jus in Mediolanenſe Imperium ob diploma à Cæſare patri conceſſum, & fratris ceſſionem ha-

(r) Guicciard. d. lib. 14.

haberet, ſi id tenuiſſent, ei traderetur, & fœderati illum in Imperio tueri & conſervare tenerentur. Hæc *Guicciardin.* & plura alia hâc de relectu digniſſima *d. loc.*

Hiſce ergò de cauſis, aliisque concurrentibus circumſtantiis, inceptum eſt *bellum Italicum*, quod deſcribunt (s) & varia fortunâ anno 1522. cum ſeqq. ad annum 1525. geſtum quo tempore cùm Franciſcus Galliæ Rex, *Ticinenſem* urbem, id eſt, *Papiam* per hyemem obſediſſet, commiſſo non procul ab eâ urbe prælio (24. Februarii die S. Matthiæ ſacro Cæſarisque natali, & in quo ſuperioribus annis Imperialem coronam acceperat) Gallicus exercitus fuſus, *Rex captus*, atque in Hiſpaniam *Madritum* deductus eſt. Varia interea Galli, aliique ex commiſeratione cum Rege capto moliti ſunt, à Scriptoribus paulò ante allegatis poſteritati relicta. Ad *Pacificationes* me verto, *de Regis liberatione*

Ann 1522. 1523 1524. 1525.

(s) Guicciard: d. lib. 14. 15. Tarcagnot. d. part. 3. lib. 1. Jovius l. 20. 21. Captivitatem Regis, & diem verſus hic indicat; arMa aqVILæ VInCVnt LILIa CeLsa trVCIs. Petr. Mart. Gall. Hiſtor.

*ne* Hiſpaniâ graviſſimæ habitæ conſultationes, *an* & *quomodo* dimittendus? Quod prius attinet, multorum fuit ſententia, neutiquam illum liberandum, quod promiſſa non ſervaret. (t) Ac proptereà ſunt, qui Carolum Cæſarem ſolecíſmum Politicum commiſiſſe notant, (u) quòd Regi Gallo libertatem conceſſerit.

(t) Ulloa in vitâ Caroli V. lib. 2. pag. 71. (u) Biccard. obſ. Pol. dec. 5. cap 4. in fin.

Verùm Cæſar, tùm boni & quietis publicæ causâ, cùm etiam ex aliis rationibus mitiorem ſententiam amplexus, anno 1526. 14. Januarii, pacem univerſalem cum Gallo fecit, hiſce conditionibus, quas refert *Guicciardinus*. (vv)

(vv) Guicciard. lib. 16. Ulloa. d. lib. 2. pag. 70.

1. Inter Cæſarem & Galliæ Regem *perpetua pax*, quâ ii omnes, qui communi conſenſu nominati fuerint comprehendantur, eſto.

Ann. 1526. 2. Galliæ Rex decimâ proximi Martii die liber in Regni ſui finibus ad *Fontisrabiæ littus* conſtituitor.

3. Isq; intra quadraginta duos ſequentes dies Cæſari *Burgundiæ* Ducatum, *Carolesiæ*

*leſia* Comitatum, *Niverſii* Principatum & *Cami* Caſtellum, eidem adjuncta, *Auſoniæ* Vicecomitatum, & Sancti Laurentii *Reſortum*, *Franci comitatus* membra, ac omnia ejus Ducatus ac Vicecomitatus jura conſueta, quæ in poſterum prorſus à Galliæ Regno disjuncta, ab eius ſupremo Imperio exempta ſint, tradito.

Pacificatio 13. Madritana de anno 1526 14. Januar.

4. Eâdem hora & momento, quo Rex dimitteretur, ejus *maximus natu filius* (*Delphinum* vocant) & præter ipſum aut *Aurelianenſium Dux*, Regis ſecundus, aut *duodecim Galliæ Principes*, quos Cæſar nominavit, Cæſari *obſides* danto. Horum autem, nempe aut ſecundum filium, aut duodecim Proceres *obſides* dare, alterutrum eligere, in Regis matris poteſtate eſto.

5. Iique tamdiu donec, urbes & oppida ſint *reſtituta*, & pax cum omnibus capitibus à totius Galliæ ordinibus *confirmata*, jurejurando *comprobata*, & in omnium ejus Regni conſiliorum codices, cum omni neceſſario ſolenni ritu (quod ipſi interinata dicunt) fuerit,

*obſides*

*obſides* apud Cæſarem manento ; quibus peragendis *quatuor menſium* temp9 præfixum eſto.

6. Quo tempore cum obſides reſtituentur, A*ngolismenſis tertius* R*egis filius*, quo pax certior diuturniorque ſit, apud Cæſarem educandus. Cæſari tradito.

7. Galliæ Rex Cæſari omnia *Regni Neapolitani* jura, etiam ea, quæ Pontificum privilegiis eſſet adeptus, tradito, ceditoque. Idem de *Mediolanenſi Ducatu, Genuâ, Aſte*, A*relate, Tornaco, Lilla* & *Duaco* facito.

8. H*esdinum* item oppidum cum arce, ut A*rteſiæ* Comitatus membrum cum omni tormentario apparatu, tormentis & ſupellectile, quæ cùm poſtremò caperetur, in ea erant reſtituito *Flandriæ* & *Arteſiæ*, omniumque aliorum locorum, quæ Cæſar poſſideret, ſupremi Imperii juri cedito.

9. Viciſſim *Cæſar* omnium eorum, quæ Galli poſſiderent, præſertim verò *peronæ*, *Mondiveriæ*, *Roiæ*, B*ononiæq;* & *Pictavii* Comitatum, omnium locorum trans & citra *Somam* amnem juri cedito.

10. Per

10. *Perpetua ſocietas & fœdus*, ad utriusque Regnorum *defenſionem* inter eos eſto, & alter alterum, ubi opus fuerit, quingentis cataphractis, & decem pepitum millibus juvato.

11. Cæſar *Eleonoram* ſororem ſuam Regi in *matrimonium deſpondeto.* Rex autem, ubi facultas à Pontifice impetrata fuerit, ſponſalia verbis in præſens obligantibus facito, eamq; in *Galliam eodem tempore*, quo his legibus obſides liberandi erunt, ad matrimonium perficiendum ducito, duo millia auri pondo, cum decentibus muneribus eius dos ſunto, cujus pecuniæ dimidia pars intrá menſes ſedecim, reliqua intrâ annum perſolvito.

12. Inter *Delphinum* & *Luſitaniæ* Regis filiam, ex *Eleonora* natam, ubi ad pubertatem pervenerint, matrimonium eſto.

13. *Galliæ* Rex, ut antiquus *Navarræ Rex*, Cæſari, eius Regni juri cedat, omnem operam dato, ni faxit, Regi *nullâ* eum *re juvare*, fas eſto.

14. Eodem modo, ut *Geldrenſium Dux*, & *Zulfii* Comes, & præcipuæ illorum

rum civitates, cum idoneis cautionibus, poſt illorum obitum, Cæſari ſe daturas promittant, facito, Rex *Wirtenbergenſium Ducem*, & *Robertum Marcianum* nullâ re adjuvato.

15. Idem Rex Cæſari, quum in *Italiam* proficiſci volet, & duos menſes poſtquam ab eo id petitum fuerit *duodecim triremes*, *quatuor onerarias naves*, totidem magnas, quas *Galeones* vocant, omnibus rebus, exceptis militibus, inſtructas, quæ ab eo die, quo è portu ſolvent, intra menſes treis reſtituantur, tradito. Pro *terreſtribus* copiis, quas Cæſari in Italiam ducendas obtulit, duo millia auri pondo, mille intra ſexdecim menſes, & deinde mille intra annum ei dato.

16. Eo tempore quo *obſides dimittendi* erunt, Rex Cæſari ab Archentariis Cheirographa in ſex peditum millia, ad ſemeſtre ſtipendium, ubi Cæſar in Italiam venerit, exigenda, dato, eumque propriis ſumptibus, quingentis Cataphractis, & certo tormentorum numero juvato.

17. Ne

Digitized by Google

17. Ne Cæſar ob *penſiones*, quas Galliæ Rex *Angliæ Regi* debebat, cujus ſumma continebat quinque millia auri pondo, ei à Cæſare promiſſum, illum detrimentum patiatur, curato; aut eam pecuniam Cæſari numerato.

18. Vterque (Cæſar, Rex) *Pontificem* ut quàm citisſimè fieri poſſit, *univerſale Concilium*, quo de *Chriſtianorum pace, & Expeditione in Turcas*, & in hæreticos agatur, indicat, & omnibus per tres annos, pecuniæ ad ſacrum bellum exigendæ facultatem (*Cruciatam* vocant) concedat, rogato.

19. Rex item quadraginta duos dies *Borbonio* ſua *Regna* & *bona*, quæ moveri loco non poſſunt, quævè poſſunt, cum retentis fructibus *reſtituito*, neque eum ob præterita, moleſtiâ afficere, aut ut in Galliæ Regno degat, eatvè cogere ei fas eſto.

20. Eidemque jure de *Provinciæ Comitatu* diſceptandi poteſtatem facito, omnes quicunque *illum ſecuti* ſunt, nominatim *Epiſcopum Autunenſem* atque *Sanvalerium* in priſtinum ſtatum reſtituito.

F 21. Qui

Digitized by Google

21. Qui utrinque *bello capti* ſunt, inter quindecim dies liberentur; Et *Margaretæ* omnia, quæ ante bellum poſſidebat, reſtituuntor.

22. *Aurangius Princeps* dimittitor, eique Principatus ſuus, cum omnibus iis, quæ eo tempore, quo pater obiit, poſſidebat, quibus propterea quòd Cæſaris partes eſſet ſecutus, ſpoliatus fuerat, reſtituuntur, idem & de nonnullis aliis *Nobilium primoribus* intelligitor.

23. *Salutiarum* Regulo regnum ſuum reſtituitor, Rex ubi ad primum Regni ſui locum pervenerit, has leges *confirmato*, & ut *à Delphino*, ubi quartum decimum annum attigerit, confirmentur, efficito.

Multi de communi conſenſu nominati fuerunt & inter hos *Helvetii*, ſed ex Italiæ Principibus, præter *Pontificem*, quem hujus concordiæ conſervatorem, magis honoris causâ, quam ut vim haberet, appellarunt.

Hiſce *acceſſit fides* à Rege, ſe, niſi quamcunque tandem ob cauſam promiſſa præſtaret, ſponte in *cuſtodiam* rediturum.

Alia

Alia quæ hanc pacificationem inſequuta ſunt, referunt *Guicciardinus* & *Vlloa dd; ll.*

# CAPUT SEPTIMUM.

## De Franciſci Regis Galliæ contrà Cæſarem novis motibus, deque ejusdem cum eodem Pacificationibus, præſertim verò Cameracenſi & Nicenſi, ab anno 1526. ad annum 1538.

G*Alliæ Regis liberatio* quoniam ad compoſitionis auctoritatem, jurisjurandi, & fidei mutuò datæ religionem, & novæ affinitatis vinculum duorum liberorum, & in his natu maximi ad tanti Regni ſucceſſionem deſtinati pignus conditionibus (cap. antecedenti relatis) eſſet concluſa, Chriſtianos Principes in maximam exſpectationem erexit, atque omnes boni, jam quiete fruituros arbitrabantur. Verùm Rex libertati

reſtitutus non diu, in quam partem inclinaret, ſervaretne pacta vel non, celavit, ut quemadmodum ſe quamprimum, liberum in locum veniſſet factumrum promiſerat, compoſitionem confirmaret, Neapolitani Pro Regis miniſter ab eo petiiſſet, rem variis excuſationibus quotidiè protrahebat, & ut Cæſaris ſpem foveret, proprium hominem qui ſe compoſitionem ideò non confirmaſſe, quod priusquam ad id deveniret, ſuorum qui eas obligationes, quibus Galliæ Regnum minueretur, moleſtè ferrent, animos mitigare neceſſum eſſet, ſed tamen omnibus difficultatibus amotis, omninò fidem ſervaturum ei ſignificaret, ad eum miſit. (a)

(a) Guicciard lib. 17. Ulloa lib. 2. adde Jov. hiſt. lib. 24, 25. Fœderis capita de anno 1526. 22. Maji, Warem. ab Erenb. de fœder. lib. 2. p. 199. cum ſeqq. recenſet. Reges Galliæ an quicquam de Regno alienari poſſint: Hortom. de Franco-Galliâ aliter id explicar. Alex. Patric. in Marte Gallico libr. 1. cap. 19 cum ſeqq Numné Franciſcum captivitas & coactio quædam à promisſis, liberet: Hottom ill. quæſt. 7. Grot. de Jur, belli lib. 2. cap. 11. Ayala de offic, bellic, lib. 1, cap. 5, & 6. per tot,

In-

Digitized by Google

Intereà cum *Pontificis* & *Venetorum* Legatis *de fœdere & mutuâ defenſione* agit, de *Cæſaris* ergà eum acerbitate & communi periculo conqueritur, nec ſe promiſſis ſtare poſſe aſſeverat, utpotè quòd in *Galliæ* Regis *poteſtate* non ſit absque Regni communium conventuum conſenſu ad quicquam ex iis, quæ ad Regni corpus ſpectarent alienandum promittere, & quia quæ vi à captivis extorquerentur, nullam vim habere, omnibus notum eſſe. Quamvis verò *Cæſar* Regem aliosque, ne novis ſe moribus immiſcerent, perſuadere conaretur, *fœdus* tamen inter eos ictum, in *Francia* 16. Auguſti anno 1526. publicatum Ann. 1516 eſt. (b)

(b) Ulloa d. l. 2 Hortenſ. de bell. Germ. l. 1. Guicciard. d. lib. 17.

Huic rurſus bellum in *Italiâ* cæptum, *Cæſar* ergò ne præveniretur, & ipſe exercitum collegit. *Franciſcus* in *Italiam* movet, *Savonam* occupat, *Lombardiam* ingreditur, à confœderatis varia expugnantur loca, à Cæſareanis iterũ

Ann. 1527. 1528. repelluntur, *Roma* demum *Burbonio Duce* capitur atque cum Pontifice malè agitur. (c) Cæterùm, uti variæ ſunt humanarum rerum viciſſitudines, poſt multas clades, poſt tot diſcrimina rerum, poſt tantam Chriſtiani ſanguinis effuſionem, omnes dulcedinem pacis deſiderant, quare primum *Cæſar* cum *Pontifice* certis conditionibus pacem iniit, deinde quoque cum *Rege Galliæ* & *aliis*, propterea tractatum fuit. *Cæſar* enim & *Franciſcus* Rex, ſcribit *Auctor* Hiſtoriæ *Belgicæ Anno* 1583. *Prancofurti* Ann. 1529. *impreſſæ* (d) non feſſi fractique tantùm diuturno bello, ſed etiam aliò intenti, quia nimirum *Imperator à Turca* expeditionem Pannonicam jaciente, Auſtriæ ſuæ metuebat (hoc enim eodem anno *Vienna Auſtriæ à Solimanno* obſeſſa fuit) & *Franciſcus* rerum cùm publicarum, tùm ſuarum acerbitate commovebatur, ut concordiam inter ſe conſtituere determinarent. Eamque ob rem, *Cameracum* liberam adhuc, & neutrius partis urbem, (uti fatalem ad

(c) Guicciard. d lib. 17. 18. Factum hoc cum Pontifice excuſat Jac. Valdeſius, de præſt. Reg. Cathol. c. 22.
(d) Auctor. hiſt. *Belg* ad ann. 1529.

ad graviſſimas R. P. C. conſultationes, & induciarum, fœderum, ac pacis ſolenni promulgatione jam olim celebratam) delegerunt, Ad hanc 7. *die Julii Anno* 1529. *Margarita* Cæſaris amita, Maximiliani I. filia, & *Aloyſia Allobrox* Regis mater appulêrunt; atque per procuratores earum pacis capita tractari cœpta ſunt, intervenerunt etiam aliorum Principum Legati, quorum interceſſione utrinque optata pax facilior, æquabiliorque eſſet, qui nunc brevitatis causâ omittuntur. Tandem, cùm de *Pace* inter *Pontificem* & *Cæſarem* contractâ 23. Julii nuncii allati eſſent, *Pax* inter *Cæſarem* quoque & *Regem Galliæ* confecta & concluſa, atque quinto die Auguſti *Cameraci* in templo maximo promulgata eſt, cujus *capita* fuere: (e)

Pacificatio 14: Cameracenſis de anno 1529 5. Auguſti

(e) Guicciard. d. lib. 19. Hiſtor. Belg. de anno Mentionem quoque facit hujus Pacis. Ludov. Guicciard. in deſcript. Belg. pag. 368.

1. Ut *Regii filii* (obſides in Hiſpaniâ relicti) *dimitterentur*, eamque ob cauſam, Rex Cæſari *duodecies centena millia* aureorum, & *Angliæ* Regi, Cæſaris nomine ducenta millia perſolveret.

2. Intra dies quinquaginta duos à pacis ſanctione omnia, quæ in *Inſubriâ* poſſidebat, Cæſari *reſtitueret*. *Aſtam* ei relinqueret, eiusque juribus cederet, quamprimùm poſſet.

3. *Barletam* & omnia, quæ in *Regno Neapolitano* obtinebat Rex, redderet; *Venetos* ut ex Guncacenſis compoſitionis formula *Apulæi* loca reſtituerent, idem Rex obteſtaretur, ni facerent, ſeſe illorum hoſtem profiteretur; Ac Cæſarem ad ea recuperanda, trecentis in ſingulos menſes auri libris, duodecim triremibus, &c. in ſex menſes propriis ſumptibus juvaret &c.

4. Atque ut *Madritii* actum fuerat, *ſupremo Flandriæ, atque Arteſiæ Imperio*, & *Tornaci*, *atque Atrebatum* juribus cederet.

5. *Borbonii* proſcriptionem aboleret, ipſique defuncto honorem, & ſucceſſoribus bona reſtitueret; *Quanquam Cæſar poſtquam Rex filios recepiſſet, ea illis iterum ademiſſe queſtus eſt.)*

6. *Bona* belli causâ *occupata*, dominis vel illorum ſucceſſoribus redderentur, (*In quo etiam, quia Rex* Aurangio *Princi-*

pi

*pi bona ſua non reſtituit, Cæſari poſtulandi cauſam dedit.)*

7. Omnes *provocatorii famoſivè libelli*, etiam *Roberti Martini* libellus in perpetuum ſublati intelligerentur.

8. Ut Rex ſe in *Italiæ Germaniævè rebus*, pro *nullo Principe* in Cæſaris damnum & fraudem immiſceret. *Hiſtoria Belgica* citato locô ſic habet: Ne Rex deinceps, ulli Principum officioſiùs adhæreret, neu aut in *rebus Italicis aut Germanicis contra Imperatorem* intercederet. (*Etſi poſteà Rex ſibi hujusvè pacis vi, quò minus ea, quæ Sabaudus ex Galliæ Regno occuparet, & quæ ob matris ſuæ jura, ad ſe ſpectabant, recuperaret, non interdici adſereret.*) Addit præterea hunc articulum: *Eleonara Auſtriæ*, Imperatoris germana ſoror, Franciſco Regi certò nuptum daretur; Ea propter Sponſa *obſides* (liberos Patri Regni congratulatum) ab Hiſpaniâ in patriam reduceret, ac ita Franciæ innuberet, id matrimonii & affinitatis vinculum, pariterque *concordiæ ſtabilimentum* eſſet.

ſup. cap. 6 pacif. 13. & eadem addit. Ulloa d. c. 2. ubi dicit. Eleonoram. poſtquam cum filiis Regis in Franciam veniſſet, Reginam coronam eſſe.

9. In hanc pacem primum etiam locum habeat *Pontifex*, & *Sabaudiæ Dux*, ut Romani Imperii beneficiarius, ac præſertim ut à Cæſare nominatus adjunctus fuit.

10. Illud quoque fuit expreſſum, ut *Veneti* & *Florentini*, ſi intra quatuor menſes controverſias ſuas cum Cæſare compoſuiſſent, fœderati intelligerentur. Quod perinde fuit, ac ſi tacitè excluderentur. *Ferrarienſis* in hoc fœdere ratio, neque *Regni* Neapolitani *Procerum* & *Exulum* mentio ulla facta eſt.

*Paulus Jovius* (f) de eâdem Pacificatione ita ſcribit: *Apuli* belli talis fuit exitus, ut pace inter Cæſarem & Franciſcum confectâ, finiretur. Nam *Rex* in eam curam totus incumbens, ut *liberos*, quos *obſides* dederat, redimeret, *cunctas ſociorum rationes, ſuæ rei memor, atque alienæ oblitus, neglexerat*: Cæſarq; petendæ *Italiæ* cupidiſſimus, ut de more, ſicuti obtulerat *Pontifex*, *honore diadematis ornaretur facilè obſides ab ſe redimi, paſſus eſt, quùm illi, ducentæ aureæ monetæ My-*

(f) Jovius hiſt. lib. 26.

*Myriades pro redemptione numerentur.* Hâc pace (addit) vel *muliebribus ingeniis tractatâ & confectâ*, nihil Regi feliciùs: ſociis verò fœderatis moleſtius atque damnoſius fuit. Nam hoc fœdere, cùm *Veneti* tùm *Florentini* facilè ſunt præteriti, qui non ſine calumniâ Gallorum eo pacis beneficiô nihil adjuti, ſed magnoperè injuriâ affecti, de *fluxâ fide Regis Galliæ querebantur*. Qui tametſi pudoris plenus, eam duarum civitatum *offenſionem, in fœminas tanquam pacis avidiores rejiceret,* atque eas iniquè delere videretur, quibus tamen poterat verbis humaniſſimè ſolabatur. *Ludovica* namque mater Regis, cum *Eleonorâ Regina* nuru in Belgarum fines ad *Cameracum* contenderat, ut ubi celebri conventu habito, cum *Margaritâ* Cæſaris amitâ, de pacis conditionibus & arbitrio, excluſa omni, vel *Legatorum externorum*, vel *JCtorum* diſceptatione ſtatuerant. Hæcce & alia *Jovius* d. loc.

Prædictâ pace concluſâ, *Veneti* & *Genuenſes* pace quaſi excluſi, occupata reſtituunt, & Cæſar, *Florentino* bello finito

Digitized by Google

nito, rebus ibidem ita ſtabilitis, ut *Alexandro Medicæo* Laurentii junioris filio, *Margaritam* filiam nuptiis jungeret, eique *Florentiæ* Principatum daret.
Ann. 1530. Cæſar *Bononiam* ingreditur, atque à Pontifice, illo ipſo die 24. Februarii *D. Matthiæ* ſacro (quo *natus*, in Imperatorem *electus*, *victoriosus* contra Galliæ Regem exſtitit) coronatus & Auguſtus ſalutatus eſt. Denique etiam *Clementis Pontificis* interceſſione *Mediolanenſe* Imperium *Franciſco Sfortiæ* redditit. (g)

(g) Guicciard d. lib 19 Jovius hiſt. lib. 27.

Quæ deinde Cæſar *in Germaniâ*, ut durantibus cum Galliæ Rege bellis, ob *religionis negotium*, inter *Germaniæ Procceres* exorta diſſidia, ſeditiones & tumultus ſopiret; Quæ *in Hungaria* contra
Ann. 1531. 1532. 1533. 1534. Turcas; Quæ rurſus *in Italiâ* contra alios geſſerit; non eſt ut hoc loco prolixiùs referamus.

An Religionis causâ, contra ſuperiorem fœdus inire, ſeu bellum incipere liceat: Neoterici nonnulli id tractant Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 19. 43. Color. de jur. R. I. concl. 72. Alberic. de. jur. bell. lib. 1. cap. 9. & ſeqq.

Cauſas ſaltem, cur rurſus à *Pacificatio-*

*ne*

*ne Cameracenſi* diſceſſum, digito ſaltem indicabimus. R*eligionis* negotium tùm temporis in *Germaniâ* eò devenerat, ut *Proteſtantes* non ſolùm conventus, quemadmodum, ſi neceſſarium foret, armis religionem & intentionem ſuam defendere poſſent, inſtituerint, ſed etjam in *cauſis Politicis* ſub prætextu *G*ermanicæ libertatis, Cæſari atque Electoribus Imperii præſcriberent. Iſtud in *Conventu Smalcaldico* tentatum, quo religionis & mutuæ defenſionis fœdus inter Proteſtantes, qui à Romanâ ſede deſciverant, ictum. (h)

(h) De fœdere Smalkaldico præter Hiſtoricos, Sleidanum, Surium, Hortenſium & alios, agit Waremm ab Erenberg. de fœderib. lib. 2. ubi formulam ejus refert. Coler. d. loc. con. 73.

Hiſce favere videbatur Rex *G*alliæ, ex eo, quòd eorum Legatis ad omnia benignè reſponderit, atque etiam Proteſtantibus liberum acceſſum & fugam in Regnum, ſi quid adverſi accideret, aperire voluerit. (i) Et ingenuè fatetur *Petrus Matthæus* Galliæ Hiſtoricus

(k) licet

(i) Hortenſ. de bell. Germ. l. 1.

(k) licet Rex Proteſtantium Legatos, ne ab avitâ religione deſiſterent, adhortatus fuerit, iisdem tamen omnem adſiſtentiam promiſiſſe, non quòd Lutheri Schiſma ſuſtinere, ſed Imperatoris potentiam frænare, & libertatem Imperii (quaſi hæc per multiplicitatem religionum conſervaretur) ſtabilire vellet. Alterum in hoc conſiſtebat, quòd illi ipſi proteſtantes *Electionem Ferdinandi*, Cæſaris fratris, in *Regem Romanorum* vivo adhuc Imperatore, Galli inſtinctu, impedire, conarentur. (l) Quæ omnia Cæſar *contra pacta*, præſertim verò *Cameracenſem Pacificationem* facta interpretabatur, quoniam Franciſcus ſactè promiſerat, *Germanicis rebus* ſe non immiſcere.

(k) Matthæ in hiſt. de bell. Franc. & Gall. Reg. p. 12.
(l) Per Matth. d. loc. Guiceiard. l. 20. Surius in comm. circa an 1530. Sleidan. lib. 7. Cum tamen Rex Rom. vivo adhuc Imperatore certis ex cauſis eligi poſſit. Petr. Heig. p. 1. quæſt. 6. Coler. de Jur. R. Imp. concl. 8.

In *Italiâ* quoque Franciſci cum Pontifice ſecreta conſilia Cæſari ſuſpecta videbantur, *Clemens Pontifex* ut contra Cæ-

Cæſarem aliquid moliretur, nullam aliam habuit cauſam, quàm quòd *Cæſar Mutinæ Principatum Alfonſo Ateſtino* ex ICtorum ſententiâ adjudicaſſet; *Franciſco* libertatem Italiæ Procerum, quas Cæſar omnes ſubjugaturus, prætexebat, hinc Gallos penitus contemnendos putabat. Ergò *Salaſſiorum Marchioni*, qui fratrem expulerat, & matrem cuſtodiæ tradiderat, quia Cæſaris partium fuiſſe ſuſpicabatur, auxilium promittit. Immò res eo demum deducta eſt, ut, quod *Jovius* (m) refert, Pontifex *Catharinam*, ex juniore *Laurentio Medicæo* genitam, *Henrico Franciſci* Regis Galliæ filio deſponderit, quam ob cauſam *Maſſiliæ* conventus indictus eſt. Re ſubſecutâ, pergit idem auctor; Eam affinitatem, uti ambitioſiùs expetitam, atque id *Colloquium (Masſilienſe)* importunô tempore quæſitum, vehementer Cæſaris animum commoviſſe, adeò ut quoque minores *Principes*, & *Italiæ* totius populi magnopere terrerentur, quaſi *Pontifex*, qui dudum tantæ prudentiæ cum laude, af-

Mutinæ Ducatum Imperii feudum eſſe conſtat (m) Joviùs hiſt. lib. 31.

afflictæ devaſtatæque Italiæ pacem atque otium peperiſſe, depravato demum animô & commutatâ voluntate, renovandi belli cauſam eſſet præbiturus. Preſſiùs hæc tradit *Horatius Turſelinus* (n) dum ita ſcribit; Clemens porrò Romanus Pontifex ob *Regium Lepidi* Ferrarienſi *D*uci à Cæſare adjudicatum, ſe ab ejus amìcitiâ denuò avertit, & fœdere cum Rege Francorum inito, *Catharinam* Florentini Ducis ſororem germanam, *Henrico Franciſci Regis filio*, collocavit.

(n) Turſelin. epitom. hiſt. lib. 10. in Carolo V.

*Franciſcus Galliæ* Rex, in militaribus ſagaciſſimus Princeps, ut quod animo conceperat, feliciùs expediret, interim toto Regno, qui nomina darent delegit 40. peditum millia, eaque in ſeptem æquales legiones diſpertit, exemplo imitationeque veterum Hetruſcorum, quod inſtitutum ipſi à Pontifice ſubminiſtratum fuiſſe putatum eſt. (o) *P*er idem tempus menſe Octobri *Franciſcus Sfortia*, qui *Mediolanenſem ſtatum*

Ann. 1535.

(o) Auctor hiſt. Belg. ad annum 1535. Pet. Matthæ. de loc.

Digitized by Google

*tum* hactenus gubernârat, nullâ ſobole obiit, qui cum *feudum* eſſet Imperatoris, atque familiæ Sfortiæ ſub hac conditione conceſſus, primò ad Imperat. translatus eſt, ſubinde hæreditario jure ad *Philippum II. Cæſaris* filium cecidit. (p) Mors hæc novis bellis agitavit *Italiam*. *Rex* enim *Franciæ* de Statu illo occupando ſtatim cogitavit, quem jure ſibi, à *Ludovico* Rege ejus anteceſſore arrogabat. Quare *Taurino*, aliisq; Subalpinæ regionis urbibus expugnatis, exercitum in Italiam traduxit, *Mediolanum* recepturus (q) Ann. 1536.

(p) Hiſtor. Belg. d. loc. (q) Hiſt. Belg. d. loc. Turſol. d. libr. 10. Ulloa. d. libr. 3. ubi refert. cauſas, cur Sabaudus tranſitum illi dare debuiſſet. Sed num Vaſallus inimico Domini tranſitum concedere debeat. vid. ſuprà Alber. d. cap. 19. in terminis poſt alios. Zaſius de feud. part. 7, n. 49.

Intereà Cæſar *Tunetana* victoriâ clarus, ( *Ariadenum* enim *Ænobarbum*, ex Archipiratâ Regem *Algirii* factum fugârat, atque *Tunetum* receperat, precariumque Regnum Muleaſſi reddiderat ) victor *Neapolim* profectus, triumphali penè pompâ ex-

ceptus, cùm ſe neceſſariâ contra Turcas & Achipiratas expeditione impeditum, Franciſcum Regem novos motus in Italia moliri præſentiſceret, *Sabaudiæ Ducem* ad ſe venientem tanquam Imperii Principem in ſuam protectionem ſuſcepit, ſimulque cum Germaniæ Principibus egit, ut arma in Galliam moverent. (r) Hinc *Neapoli Romam* profectus, coram *Pontifice* in pleno *Cardinalium conſilo*, de Franciſco Galliæ Rege, quòd fidem non ſervaret, gravi oratione conqueſtus eſt, repetendo ea omnia, quæ hactenus ſive paciſcendo, ſive etiam remittendo, cum illo egerit, quæ prolixiori ſtylo recitat *Tarcagnota*. (s) At ſuccinctè *Jovius*. (ſs)

(r) Ulloa d. l. 3. Tarcagnota d. lib. 3. part. 3. Hortenſ de bello Germ lib. 1. pag. 46. (s) Tarcagnota d p. 3. lib. 3 Eadem habet Ulloa d. libr. 3. Et Matthæus Gall. d. bell. inter Gall. & Hiſp. dom. p. 14. 15. &c. (ſs) Jovius hiſtor. lib 35.

*Cæſar* in conclavi, aſtante Pontifice, cunctoque Senatu, & Principum ferè omnium Legatis, Hiſpanico ſermone locutus. Primum omnium *veteres odiorum cauſas*, quæ adhuc inter Gallos,

Au-

Auſtriamque domum vigerent, facundiſſimè commemoravit, oſtenditque, neque *Franciſcum Regem*, nec *ſuperiores Galliæ Reges*, ictorum fœderum legibus unquam ſtetiſſe, quum ſibi *Burgundiam* ereptam, & repudiata, atque iniquiſſimè intercepta *connubia* quereretur, & paſſim Franciſcum Regem perſtringeret, quòd bello victus captusque, ac humaniter dimiſſus, nihil eorum, quæ pro *obtinendâ libertate* pepigerat, cuſtodiâ ſtatim exiliens præſtitiſſet, ſed abruptâ fide jurisjurandi, totum propè *terrarum orbem adverſum ſe* tàm ingratè, quàm impiè concitaſſet, quàm ad *Turcas* usque miſerit Legatos, ut hoſtilia pari odio adverſus ſe molirentur, ſcilicet ut *inania aut exoleta jura* oſtendans *Cisalpinæ Galliæ* dominatum invaderet, quod ſibi A*uguſtali*, atque *legitimô jure* partum tanquam tuendis reliquis ipſius Regnis maximè opportunum, omninò ſibi retinendum ſtatueret, ne ſibi maritimum adeundæ Hiſpaniæ, aut terreſtre adeundis Germaniæ & Belgarum provinciis, tutum & liberum iter præcidatur, quandoqui-



Digitized by Google

dem nequaquam ſit dignitatis in Cæſare, per alienas terras tranſitus facultatem precariò petiviſſe, Propterea Franciſcum nefario auſu, *Caroli Sabaudii* avunculi ſui Allobrogum regiones in Transalpinis, & Ligurum in Subalpinis immaniter occupaſſe, ut inde ad invadendum *Mediolanenſe* Imperium ire pergeret, G*allorum more*, qui novarum provinciarum avidi, quin aliena & proxima quæque occupent, neque pudore, neque jure contineri queant. Quarum rerum in veſtigio eos ſæpè pœnitere oporteat, quum *vi & armis æquo ſemper Marte judice*, eorum inſolentia retundire primique ſoleat, &c. Sunt verba *Pauli Jovii* d. loc.

Cæſar *Româ* in *Lombardiam* perrexit, & Galliæ Regem variis in locis bello adortus eſt, rem geſtam, poſteritati reliquerunt alii, (t) Hoc mirabile vindictæ genus fuit, quod non ſolùm Galliæ Rex, Carolum Cæſarem *Gadnavi* natum ſingulari arreſto (quod vocant *Galli*) anno

(t) Guicciard. lib 20. Jovius hiſt. lib. 33. 34. 35. Hiſt. Belg. circa an 37. 38.

anno 1537. 15. Januar. *hominem ſuum ligium & ſubjectum* declarârit,(u) ſed etiam *Turcici tyranni auxilium* implorârit, quam equidem hiſtoriam recenſere nunc ſuperſedemus, cum ſub *Henrico II.* cap. ſeqq. eadem Tragœdia rurſus ſeſe offerat. Ann 1537.

(u) Matthæi hiſtor. p. 16. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 9. pag. 118. 119.

Utcunque verò hæc omnia & conſiliis & armis egregiè geſta, nullum tamen alium ſortiri potuerunt eventum & finem, quàm tandem (uti aliquoties factum, ex hiſtoriâ hacce apparet) ad almam pacem & concordiæ ſtudium omnes cogitationes convertere. Quâ in re *Paulus Pontifex* auctoritate ſuâ uſus, utrique, & Cæſari, & Regi, officiosè ſe offerens, verbis atque re ipſa conteſtando, ſe in ſummâ illâ ſuâ ſenectute *Niceam provinciæ* urbem, quæ erat ditionis *Caroli Sabaudiæ Ducis*, idcircò venturum, ut conſtitutâ die, ibidem ambo ſe ſiſterent. Quod voluit, impetravit Pontifex, laboratum ſeriò de pace, ſed ferè fruſtrà, cum Pontifex

impetrari non potuerit, ut ipſi Reges in complexum atque colloquium (ſcribit *Jovius*(vv) ſe poſtulante præſenteque venirent, uterque tamen ſeorſim in villâ quâdam ſuburbanâ Pontificem Chriſtianò more venerati ſunt. *Eleonora* autem *Regina Galliæ*, cum *Margaritâ* privignâ & aliis Cæſarem fratrem inviſit. Demum anno 1538. 18. Julii, cùm neque multorum dierum operâ, neque ullâ ratione tunc quidem à bello ad integram pacem, quò Pontifex reſpiciebat, partes adigi potuiſſent, *decennales inducias* pactæ ſunt, (x) quibus expreſsè continebantur maxima ac clariſſima quæque nomina, quæ alterutri ſtudebant parti. Alias conditiones induciis hiſce appoſitas non reperio, præterquam quòd *Tarcagnota* & *Ulloa* (y) ſummaria notant, tales fuiſſe, ut quælibet pars, *durantibus induciis poſſideret, quæ haberet vel occupârat*, & deputentur commiſſarii, qui terminos & confinia determinarent, quilibet, (etiam

Pacificatio 15. Niceſis, ſeu potius decennales inducíæ, de anno 1538.

(vv) Jovius hiſt. lib. 37. (x) Hiſtor. Belg. ad. d. an. 1538. pag. 28. Ulloa d. lib. 5. p. 108, Sleidan hiſt. lib. 12. (y) Tarcag. d. lib. 3. part. 3. Ulloa d. lib. 3. p. 108.

iam *Banditi* ) exceptis *Neapolitanis* & *Siculis* in patriam redirent, atque bonis ſuis gauderent.

## CAPUT OCTAVUM.

Continuat ea, quæ inter Carolum Cæſarem & Franciſcum Regem, poſt Pacificationem Cameracenſem & Inducias Nicenſes ab anno 1538. usque ad annum 1544. quo nova Pax apud Crepium in Sueſſionibus Caſtellum facta eſt, geſta fuerunt.

POſt *inducias Nicenſes Carolus Cæſar*, Pontifice Romam revertente, ad Anni538. *Maſſilienſium* oras delatus, circa foſſas Marianas (in portu ac *aquas mortuas* nuncupato) ex condictu Regem eô per terram deſcendentem, cum liberis ſuâ quadrireme prætoriâ humaniter excepit. Impetrante quoque Cæſare, Franciſcus Rex *Andreæ Auriæ*, ſuperiorum temporum injurias (à Gallo enim de-

fecerat) facilè remiſit, quùm ad exoſculandam dextram produceretur, ſubinde plures horas (*Cæſar & Gallus*) arcanis ſermonibus impenſerunt, tantà vel eorum, qui aderant, exultatione, ut ferè nemo reperiretur, qui non planè exiſtimaret, *R*eges ipſos deterſis odiis conciliatos fraternæ amicitiæ fœdera concepiſſe in ſpem maturæ pacis & concordiæ, (a) addit *Hiſtorica Belgica*, (b) ubi, niſi qui ipſe viderit; ab amplexu mutuo, hilaritatem quantam uterque vultu & geſtu præ ſe ferebat, non facilè credat unusquisque. Hic ex alto repetita officia (ut uno verbo rem omnem expediam) ſyncretiſmus, nec enim verò *finem confabulationi facturus* Rex videbatur, niſi eam nox vicina diremiſſet, itaque peramicè ſalutato ac in poſterum benè valere juſſo Imper. Prætoriâ celoce repetens Rex ad continentem revehitur. Poſtridiè, milite omni in navibus relicto Imp. oppidum introgreſſus, iterumq; à Rege & Reginâ ſorore ac totâ curiâ

(a) Jovius hiſt. lib. 27. Sleidan. Comm. lib. 12. (b) Hiſt. Belg. d. loc. pag. 39.

curiâ ſanè quàm honorificentiſſimè atque hilariſſimè exceptus, inibi propè biduum perſtituit, ac demum *Cæſar* Hiſpaniam, *Rex* verò ſuam ſedem repetit.

Præter verba & ceremonias nihil in hoc colloquio effectum, breve ergò harum induciarum fuit gaudium; Nam Ann. 1539. quùm ſtatim anno ſeq. *Gandavum* inſignis *Flandriæ* civitas rebellaret, *Cæſar* vel quòd *Gallum* ſuſpectum haberet, vel quia majus inde incendium, quod absque ſuâ præſentiâ exſtingui non poſſet, extimeſceret, per *Navarram* mediamque *Franciam* rectâ viâ in *Belgium* tendit, ſecundâ vice à Rege magnifice acceptus & regifice tractatus, denique à Regiis liberis & Franciæ Primatibus ad *Valencinam* usque *Flandriæ* finitimam civitatem deductus eſt, & circa initium anni 1540. in *Belgium* venit. (c)

(c) Hiſt. Belg. d. loc. Ulloa d. lib. 3. p. 09. De hoc. itinere adde etiam Sur. in comment. circa annum 1539. Sleidan. comm. lib. 12.

Interea dum res Belgicas accommodat & cum *Gallicis Venetisque* Legatis *Cæſar* de *Turcico* bello tractat, *Pauli Pontificis* Ann. 1540.

*Vati-*

*Vaticinium*, quod dum *Niceæ de Pace* inter Cæſarem & Gallum ageret, nonnullis conſiderare, verò verius fore, viſum fuit, dixerat enim, credere ſe & ad id induci non poſſe, amicitiam illam Cæſaris & Regis, utpotè quæ nullam ſinceræ virtutis & religionis ſpeciem præ ſe ferret, diu duraturam; Mutuâ ſiquidem ambitione correpros eſſe eorum animos, quùm hic (*Cæſar*) parta armis, poſſeſſaque retinenda omninò defendendaque ſtatueret; Ille verò (Rex) Galliam Cisalphinam, quam nuper poſſediſſet, pro dignitate ſui nominis repetendam arbitraretur. (d) Siquidem *Franciſcus Galliæ* Rex, ex duplici illo cum Cæſare congreſſu & familiari converſatione omninò ſibi imaginatus fuerat, Cæſarem filio *Aurelianenſi* Duci, *Mediolanenſem* Ducatum daturum, atque hoc Cæſarem promiſiſſe, nonnulli Calliæ *Hiſtorici* referunt, præſertim verò *Petrus Matthæus* (e) ubi in hunc modum ex Gallico in Latinum ſermonem translatus

(d) Joarus d. lib. 37. (e) Matthæ in hiſt. bellor. inter Gall. & Hiſp. dom. pag. 17.

latus ſcribit: Cæſar à Rege Galliæ per Legatos tranſitum petiit, & præter alia promiſit, ſe Ducatum Mediolanenſem alicui ex Regis filiis conceſſurum. Regi ſimplex hæc promiſſio, juramenti locô erat, nec propterea obſides (prout anteâ à ſe Cæſar) poſtulabat. Magnoperè laudans Franciſcum Regem, ſubjungendo, ſi fides undique exulaſſet, eam in ſolius Franciſci Regis corde reſediſſe. *Sed hæc de fide Gallicâ prædictus Matthæus.*

Verùm Cæſar & alii, qui hujus rèi mentionem faciunt, promiſſionem illam non niſi meram imaginationem interpretati ſunt, Cæſarem enim neque *in Portu* ad *Aquas mortuas*, neque *Pariſiis* unico verbo de ea quicquam in mediũ protuliſſe, ne dum certi quid ſtatuiſſe, aſſerunt, quinimò *Johan Baptiſta Adrianus Florentinus*, (f) eùm hæc & multa alia de Cæſaris itinere recitaſſet, ſubjicit Pontificem Cæſarem tum temporis Belgio

(f) Adrian hiſtor part 1. l. 2. Et quod Cæſar, dum in Gallia erat, nihil de pace egerit, ſed omnia in adventum fratris Ferdinandi rejecerit, abundè teſtatur Jovius hiſt. l. 39. pag. 213.

Digitized by Google

gio inhærentem, per Legatum nepotem ſuum ſollicitaſſe, ut ob bonum publicum Chriſtianitatis Regi Galliæ, Mediolanenſem Statum cederet, Cæſarem reſpondiſſe, ſe Pontificis precibus victum, Regi ſatisfacturum eâ conditione, Si filium *Aurelianenſium* *Ducem* filiæ ſuæ matrimonio locari contingeret, ita ut illis & qui ex hoc matrimonio naſcerentur, *Ducatus Mediolanenſis* remaneret, ſed conditionem hanc Regi diſplicuiſſe, atque hoc modo nihil concluſum fuiſſe, niſi quod poſt aliquot annos, rurſum Chriſtiano ſanguine ſatis effuſo, in eam conditionem Galliæ Rex condeſcenderit, ſicuti paulò poſt dicemus.

Sed uti fieri ſolet, & aliæ ſeſe eo tempore offerebant cauſæ, ſeu potiùs prætextus, quibus Franciſcus ad exercitium bellicum alliciebatur. Dum Niceæ (ſicuti ex ſuperioribus conſtat) de induciis tractabatur, *Carolus Geldriæ Dux*, nullâ poſt ſe relicta prole deceſſit, atque *Guilielmum Clevenſium* Ducem hæredem eſſe voluit, (g) contrà mentem

(g) Hiſt, Belg, d, loc, pag 39.

tem Cæſaris, utpote qui, ex jure à prædeceſſoribus acquiſito, ad ſe eundem Ducatum pertinere prætendebat. Cæſar cùm *Gandavi*, (quod diximus) ad componenda disſidia commorabatur, *Juliacenſis Dux*, qui jam Geldrenſem quoque Principatum, ex demortui conceſſione poſſidebat, ad eum venit, ut cum Cæſare de pace tractaret, ſed quoniam nihil eff ectum, atque interim *Galliæ* quoque *Rex*, ſpe obtinendi Mediolanenſis Ducatus ſe fruſtratum arbitraretur, à Cæſare fit alienior, jungitque amicitiam cum Juliacenſi, cui *Joannam* è ſorore neptem, *Henrici Navarræi* Regis filiam, etiam *invitis & renuentibus parentibus*, (quamobrem etiam matrimonium hoc non fuit conſummatum, & Juliacenſis vanâ ſpe lactatus) deſpondet. (h) Acceſſit & aliud quoddam fomentum inimicitiarum inter Gallum & Cæſarem, *Cæſar* enim *Fregoſus S. Michaëlis* Eques Gallo addictus & *Antonius Rincon*, ad Turcas à Gallo Legati deſtinati, dum in togata Gallia ſecundo *Pado* navigant à *Vaſten-*

(h) Hiſt. Belg. circa an. 1541. Surius in comm. hiſt. ibid.

*Vaſtenſis* quâdam cuſtodiâ, ad Ticini oſtia, ceu de viâ intercepti, clam ſubinde interficiuntur, hic exclamare Galli, & paſſim lamentari inceperunt. Ac licet Cæſariani ſe variis modis purgarent, *Alphonſus Vaſtius* quidem, ſe inſciente & ignorante hoc factum eſſe, Et quia Antonius Rincon ab Hiſpania exul capitis pœnâ damnatus, putatur jure potuiſſe cædi, quòd ad hoſtes transfugiſſet, & omnibus Cæſaris Imperii finibus prohibitus, nihilominus auſus fuerit in hoſtilis terræ flumine navigare, præterea quod Ftanciſcus de Turçico fœdere contrà Gæſarem non parum ſuſpectus, legati hi ad ſummum Chriſtiani nominis hoſtem, in Cæſaris perniciem mitterentur. *Galliæ* tamen rex, nullâ excuſatione admiſſâ *Georgio Auſtriaco* Maximiliani Imp. filio notho Archiepiſcopo Valentino ab Hiſpania per Galliam, induciarum fiduciâ, proficiſcenti Lugduni non multò poſt manus injecit; (i) &

De Legatorum ſecuritate, & quatenus offen di poſſint? Pro circumſtantiarum ratione affirmando & negando, agunt JCti & Politici, qui de Legatis ſcribunt Alber. Gentil Laudenſis, Kirchnerus, Paſchalius &c. quâ de re alibi.

(i) & prorſus ſine morâ *Franciſcus* non ſolùm cum *Clivenſi*, ſed etiam aliis *Germaniæ Principibus Proteſtantium* nomine claris amicitiam contraxit, ita ut Carolo in religionis causâ, mitiùs cum illis agere neceſſum fuerit (k).

(i) Hiſt. Belg. & Surius d. d. locis circa annum 1541.
(k) Tarcagnot. hiſt. de mondo part. 3 l. 4. Hortenſ. de. bell. germ. l. 2.

At *Carolus Cæſar*, rebus in *Germaniâ*, quantum temporis occaſio ferret, firmatis, expeditionem *in Africam* contrâ Turcas parat, qüo non mediocriter eum pertrahebant Hiſpanorum querimoniæ, qui à Turcicis prædonibus, quos apud *Algerium* ſive *Argieram* Aſanaga Barbaroſſæ Præfectus in Sardinia natus, ſed abjurato Chriſtianiſmo Mahometanam ſuperſtitionem complexus fovebat, graviſſima in Hiſpaniæ littoribus damna patiebantur. *Cæſar* ubi ex *Germaniâ* venit in *Italiam*, ubique incredibili ſtudiô excipitur, præſertim *Mediolani*, cum *Pontifice* apud *Lucam* in colloquium venit. Admiſit etiam Cæſar Franciſci Regis Legatum, qui Fregoſium & Rinconem captos repeteret, non-

nondum enim conſtabat mortuos, palamque Cæſar teſtatus eſt, quicquid illis accidiſſet, diſſimulato habitu, nomen ſuum celantibus, id ſuo injuſſu, & ſe ignaro penitus accidiſſe. Petebat quoque *Franciſcus Rex* pro filio *Carolo Mediolanenſem* Principatum, ſed Cæſar ſuum jus in *graviſſima oratione* explicabat, aitque Gallum cœco livore corruptum invidere ſuæ fortunæ &c. Cæterùm Cæſar in *Africam* navigavit, de quâ expeditione non eſt hujus loci multa referre cùm ab aliis (l) id disertè factum ſit, atque ad Pacificationum hiſtoriam tantoperè non ſpectet.

(l) Surius d. comm. circa annum 1541. Jovius hiſt. lib. 39. & ſeq.

*Franciſcus* ubi viderat, cum Cæſaris zelo & fervore in *Africana Algerianaque* expeditione, ob adverſam fortunam eventum non correſpondere, claſſe enim ventorum vi, fluctibusque disjectâ Auguſtus, irrito incepto, domum mutilatum exercitum deportavit, ingloriùs (m) is afflicto afflictionem addere voluit, & totus irâ æſtuans ebulliensque, con-

(m) Turſolin. in epit. hiſt. lib. 10. in Carolo V.

contractis undique fœderibus, etiam cum *Turcico Suldano* quinqne conflavit exercitus, ſimulque in expeditionem uno eodemque ferè tempore, ſed diverſis itineribus, quinque pertito mittit. *Primus exercitus* ſimulato & vario colore collectus *Longavillenſi* Gallo & *Martin van roſſemo* Ducibus, in finitimam *Brabantiam* ex improviſo inſultavit, Hogoſtratam arcem deditione cæpit. *Secundi exercitus* Gallici Dux erat *Carolus Aurelianenſis Dux*, alter Regiorum filiorum, qui ferro flammâque *Luzelburgenſem* regionem defœdatam infeſtavit, *Danvillerium* excidit, *Virodunum* atque alia oppida diruit. *Tertius exercitus*, cui *Antonius Borbonius* à Rege fuerat præfectus, ex *Picardiâ Arteſiam* & finitimum territorium invaſit. *Quartum exercitum* Gallorum duxit in *Taurinos Guilielmus Langæus*. *Quintus* noviſſimusque cum copiis *Delphinus*, Regis filius natu major *Perpinianum*, caput gentis Comitatusq; *Roſcionenſis* Hiſpaniæ finitimam civitatem attentavit. Sed quid omnes hi exercitus unà cum *fæderatis Turcis*, quib9 *Polinius* Regis Legat9 Ann. 1542.

H adera

aderat, ad Italiæ oras perfecerint, *Hiſtorici* (n) referunt. *Cæſar* quoque ut vim vi repelleret, ſummoperè niſus eſt, ſed demum cruenta illa & Hiſpanorum clade inſignis ad *Caraſulam* pugna paci toties optatæ viam apperuit; Ann. 1543. Quare anno ſeq. de pace per idoneos Ann. 1544 homines agi ceptum eſt, quam utraque pars neceſſitate efflagitante expetiit, & 8. Octobris concluſa eſt, cujus *conditiones* licet à pluribus (o) recenſeantur, in præcipuis tamen cum ſeqq. conveniunt.

(n) Hiſt. Belg. circa ann. 1542. Jovius hiſt. lib. 4 1. cum ſeqq. Surius in comm. circa de an. & (o) Hiſt. Belg. circa an. 1544. Jovius hiſt. lib. 45. Sleidan. comm. lib. 15. in fin.

Pacificatio 16. apud Crepinium in Sueſſionibus Caſtellum de ann. 1544.

1. Quicquid ab *induciis Nicanis* captum eſt, redditur. *Aſtenaum* oppidum Galliæ Rex Lotharingiæ Duci, quoniam eſt in clientelâ *Lucenburgicæ* provinciæ, reſtituit.

2. Ut *vetus religio* reſtituatur, & *Eccleſiæ concordia*, mutuam operam & auxilium alter alteri præſtabunt, eoque totis viribus incumbent.

3. *Galliæ*

3. *Galliæ* Rex in *bellum Turcicum* pollicetur Equites cataphractos ſexcentos & peditum millia decem.

4. Renunciat Rex juri & petitioni *Aragonicæ*, *Neapolitanæ*, *Flandricæ*, *Atrebatenſi*, *Geldricæ*.

5. *Cæſar* invicem renunciat ditioni *Belonienſi*, *Peronæ*, & aliis ad Somiam fluvium poſitis oppidis, ad hæc *Burgundiæ* inferiori, & agro *Matiſconenſi*.

6. Filio Regis *Aureliano Duci* Carolo, filiam ſuam, natu majorem *Mariam*, aut verò Ferdinandi fratris filiam, *in matrimonium* ſpondet, & utram dare velit, intrà quartum menſem exponet.

7. Si *filiam* dederit *Brabantiam*, *Geldriam*, *Luceburgum*, *Limburgum*, *Flandriam*, *Bataviam*, *Hannoniam*, *Atrebates*, *Namurcum*, *Friſiam* &c. Item *Burgundiam ſuperiorem* Cæſar in dotem promittit, ut ab ipſius morte utantur, fruantur, hoc ſi fiat, Rex juri *Mediolanenſi*, pro ſe ſuisque renunciat liberis.

8. Quod ſi non relictis liberis filia Cæſaris decedat è vita, jam *Aurelianus* ab omni illa *poſſeſſione* diſcedit, & integrum

ei manet jus *Mediolanenſe*, Cæſari verò *Burgundicum*.

9. Si *Ferdinandi filiam* dederit, Principatum *Mediolenſem* in dotem largitur, utrumcunque erit matrimonium, intrà ſpacium anni perficietur.

10. *Sabaudiæ Ducem* Rex integrè reſtituet, *Hesdinum* Regi permittitur, ut inter Galliæ Regem, & Anglum Pax quoque fiat, Cæſar omnem operam pollicetur.

11. Ad D*ucem clivenſem* quod attinet, quia R*ex* ejusque R*egina Navarræ* confirmabant, filiam ſuam ei matrimonio nunquam aſſenſiſſe, immò contra teſtificatam eſſe more ſolenni atque recepto, Galliæ Rex eam teſtificationem intra ſextam hebdomadam Cæſari mittet, ut de eo aliquid ſtatui poſſit. Referuntur etiam, qui ſub hac pace fuere comprehenſi, præter ſupra relatos. Teſtantur quoque de hac Pacificatione *Tarcagnota & Vlloa* (p) & celeberrimus JCtus *Jacobus Menochius* (q) refert

(p) Tarcagnota part. 3. lib. 4. Ulloa in vitâ Caroli V. lib. 3. pag. 125. (q) Menoch. arbitr. quæſtr. lib. 2. caſ. 302. n. 15.

Digitized by Google

fert, factâ hâc inter Cæſarem & Franciſcum *Regem* Pacificatione, ob ſummam populi lætitiam, factam eſſe remiſſionem omnibus carceratis in *Ducatu Mediolanenſi.* Addit *Jovius* (r) *compoſitionis tabulæ* ita perſcriptæ, poſtea hinc inde, modò ad Cæſarem, modò ad *Regem* delatæ ſunt, donec in hunc maximè modum, conſentiente utriusque voluntate, & *Cæſar* & *Franciſcus* conditionibus ſubſcripſerunt, quæ pari utrinque lætitiâ receptæ fuerunt quum *Franciſcus* graviſſmâ calamitate miſeros *Galliæ* populos liberatos perſpiceret, & *Cæſar* ipſe difficili periculoſoque negotio cum dignitate ſe explicaſſet. *Paulò poſt*: Hæc confecta transactaque ſunt apud *Crepium* in *Sueſſionibus* Caſtellum, adſtipulantibus utrinque mutuo *Sacramento Cæſareanis* & *Regiis* ei negotio præpoſitis.

(r) Jovius hiſt, lib, 45.



Digitized by Google

# CAPUT NONUM.

## De

## Ulterioribus inter Carolum V. Cæſarem & Franciſcum I. Galliæ Regem: atque utriusque ſucceſſores, in Regnis Hiſpaniarum Philippum II. in Calliâ Henricum II. Reges, æmulationibus, diſſidiis, fœderibus, cum Turcis aliisque atque inde ſubſequutis induciis Cambreſienſibus, & Pacificatione alterâ vel tertià Cameracenſi de anno 1559.

PAce *Crepinenſi* factâ, inter duos, eo tempore Europæorum facilè Principes, qui propè dicam motum Reipublicæ Chriſtianæ attulerant, ſimulq; compoſuerant, quies & Pax ſperabatur. *Cæſar* itaque re perfectâ è Sueſſionibus domum rediit: verùm mox in principio & omnia præſagia erant, eam ſucceſſu

ceſſu carituram, quod Cæſar tàm gravi pondere obligatæ fidei diſtentus eſſet, ut ægre promiſſis ſtaturus crederetur. Apparebat enim, eum ſummo cum incommodo, alterutra quàm vellet *nuptiarum pactione*, aut *Patrimonio Belgico* ceſſurum, aut *Mediolanenſem Ducatum* importuna ratione in dotem collaturum, nec tamen erat exiſtimandum, tantæ gravitatis, tantæque religionis Principem adduci poſſe, ut ejus initæ pacis leges, arcteque obligatam fidem ſuam, ulla ex parte violaret. Sed fortuna Cæſaris votis & commodis ſecundiſſimè ſemper arridens, ex arcano fatorum viam invenit, ut eum damnoſæ transactionis curaque, vel in alteram partem, ſi à fide data diſcedere vellet, probroſo Ann. 1544 pudore, atque dedecorosa invidia liberaret. *Carolus* enim *Aurelianus* (præcipuum hujus pacis, ob promiſſionem matrimonialem, fulcrum) poſtquam in complexum Cæſaris deveniſſet, in peſtiferum incidit morbum, ita ut pauciſſimis diebus apud Firmum Monaſterium ſæva morte eriperetur, (a) quam



(a) Jovius hiſt. lib 45.

ob rem principalis Pacificationis Crepinenſis cauſa ceſſaſſe videbatur.

Superioribus quoque capitibus attigimus, durantibus inter *Carolum Cæſarem* & *Franciſcum I. Galliæ Regem*, ab eo, quo Carolo imperialis corona impoſita, ad hæc usque tempora bellis, licet aliquoties Pace ſopitis, *Marthinum Lutherum*, ejus religionis auctorem, una cum ſuis, ob rei novitatem, graviſſimis in Germaniâ motibus anſam dediſſe. Hiſce componendis, licet *Cæſar*, ejusque frater *Ferdinandus Romanorum Rex*, tùm privatim, cùm in publicis Imperii *Comitiis* (quod eadem teſtantur) egregiam operam navaſſet, nihil tamen vel parum profectum, quin imò ſanguinolenti demum belli religionis illud divortium cauſa fuit, acceſſit quoque prætenſa quorundam *Germaniæ Procerum libertas*, ex hoc eodem fonte deducta, quam, quia Cæſar, cuilibet quod credere vel facere vellet, permittere nollet, violatam, Cæſaremque everſum iri, nonnulli clamitabant. Ingenti ergò tùm primò à confederatis

Pro-

Proteſtantibus, quorum Duces erant *Johannes Fridericus Saxoniæ Elector*, & *Philippus Haſſiæ Landgravius*, cùm denique etiam à Cæſare conſcripto exercitu, ad arma deventum; Capitibus alii quoque *Germaniæ Principes*, præſertim *Wirtenbergicus*, & pleræque *liberæ civitates* acceſſere.

Annè negotiis bellicis Imperator vel Rex ipſe intereſſe debeat? Lipſ. lib. 5. Polit. cap. 14. Beſold. d. jur. belli cap. 7. n. 17.

Sed *Cæſaris præſentiâ* (quæ multum juvat) virtute & vigilantiâ magna & ingens belli moles ſubitò fracta, atque diſſolutis fœderatorum animis, denuò uterque Dux *Saxo* & *Heſſus* captus; *Ille* Electorali dignitate exutus, quæ *Mauritio Saxoni*, Lutherano licet, ſed Cæſaris, in domandis rebellibus, ſocio, collata. *Hic* aliquamdiu in captivitate, donec ſatisfaceret mandatis & juſſui Cæſaris, detentus eſt. Acta hæc ſunt *annis* (b) & ab *Hiſtoricis* (c) ejus ſeculi quamvis diverſimodè aliquando

(b) anno. 1545. 1546. 1547.

H 5 pro-

(c) Ludovico ab Avila & Hortenſio de bello Germ. Thuan. hiſt. lib. 3. & 3. Sleidan. Comm. lib. 17. & ſeq. Ulloa in vitâ Caroli *V.* l. 4.

prolixiori ſtylo notata & conſcripta ſunt, quæ hoc tempore non ampliùs proſequor.

Inter hæc *Franciſcus Galliæ Rex* Carolum filium ſecutus, anno 1547. menſe Martio obiit, & filium *Henricum II.* duo de triginta annorum juvenem reliquit; *Hic* dum turbata Regni negotia diſponit, *Cæſar* reliquias belli Germani, cum *Saxone*, *Heſſo*, & aliis componere ſtudet (d)

(d) Iidem qui ſupra dd. loc.

Germaniæ rebus nondum plane ſopitis bellum inter Cæſarem & *Henricum II. Galliæ Regem* hoc modo exortum eſt.
Ann. 1547. 1548. 1549 *Petrus Aloyſius Parmæ Dux*, à ſicariis interfectus, *Placentia* inter tumultum à Cæſarianis occupata. Qui nuncius *Paulo III.* Pontifici ex mœrore mortem attulit. (e)

(e) Turſol. in epit. hiſt. in Carolo V.

*Julio* exinde III. (Johannes Maria
Ann. 1550. Montanus antea dictus) Pontifice electo, bellum *Italicum*, *Octavio Farneſio*
Ann. 1551. auctore, qui neſcio, quo metu Gallicum præſidium *Parmam* induxerat, & quia Hiſpanum præſidium Gallorum ope à *Senen-*

Digitized by Google

*Senenſibus* ejectum fuerat, quod *Cæſari*, multò magis *Julio Pontifici* diſplicuit, inceptum, atque inter Cæſarem, Pontificem & *G*allos, ad *Parmam*, & ad *Senas* bellatum eſt. (f) Hanc rerum novam faciem, & Pacis Crepinenſis rupturam *Galli* novo cum Octavio accidenti adſcribebant, nec propterea ruptam pacem aſſerebant, (g) quod equidem multis perſvaſum, niſi levia hæcce, majora & Chriſtiano orbi duriora ſubſecuta fuiſſent, *Henricus* enim *Galliæ Chambortico fœdere*, *Mauritium Saxonem* Cæſaris ſocium, atque alios *G*ermaniæ Principes acatholicos, ob captivitatem *Philippi Landgravii* Haſſiæ, à Cæſare alienos ſibi junxerat, ergò Mauritius, qui hactenus Cæſari fidelis, ejus nomine *Magdeburgum* obſederat, pace tali quali Magdeburgenſibus præſcriptâ, çum aliis Cæſareas copias contra Cæſarem

(f) Turſol. in epit. in Carolo V. & Surius rer. in orbe geſt. circa ann. 1551 Hiſtoria Belgic. eod. temp. (g) Tarcagnota d. part, 3. lib. 5. De fœdere Chambortico Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6. Thuan. hiſt. lib 9. Arumæus ad Aur Bull. diſc. 6 concl. 6. & ſeq. De fœderibus cum diverſæ Religionis Principibus. Coler. de Jur. Imper. ſect. 76. 77. Patric. in Marte Gallic. lib. 2, cap. 1. & ſeqq.

Ann. 1552. rem rerum harum ignarum ducit eumque inermem *Oenoponte* ad Italiæ fines profugit. (h) *Gallus* quoque interea ex fœdere cum Germanis validâ ſatis manu, in *Lotharingiam* moverat, *Tullo*, *Viroduno*, & *Meti* ad Germanicum Imperium pertinentibus Epiſcopatibus & civitatibus occupatis, *Argentoratum* usque perrexerat. (i) Quinimò, quod magis deplorandum, Patris Franciſci *R*egis inſecutus exemplum, (de quo ſuprà cap. 8.) arctiori tamen, quod ſcribunt vinculo, cum *Turcico* Tyranno fœdus pepigit, quod quale fuerit, ab eximio quodam *Germaniæ Politico* (k) poſteritati relictum eſt, atque hoc loco inſerere placuit.

(h) Sleidan comm. libr. 23. 24. Hiſt. Belg. ad annum 1552. pag. 88. (i) Hiſt. Belg. d. loc. (k) Warem. ab Erenb. in meditam. pro fœderibus bus lib 2. De fœderibus cum Turcis. Arumæ. comm, ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. n. 8. Alber. de jur. bell. lib. 3. c 19. Cacheran. JC. in terminis conſ. ſingulari deciſion. Pedemont. adjectâ.

Fœdus *Solimanni* Turcarum Imperatoris, & *Henrici* II. Regis Francorum
Ann. 1553.

Chri-

Chriſtianiſs. cognomento, de bello *in Italiâ* gerendo, contra *Carolum V. Imperatorem*, maritimo bello, Conſtantinopoli percuſſum, *Aramun-tio Henrici Legato.* Solimannus Maximus Imperator, & Henricus Valeſius II. cognomento Francorum Rex Chriſtianiſſimus, de bello maritimo gerendo, contra Carolum V. Cæſarem, quod felix fauſtumque ſit, his quæ infra ſcripta ſunt verbis, fœdus inierunt.

1. Cum *Solimannus* Maximus Turcarum Imperator, Henricum Valeſium Francorum Regem claſſe contra Carolum V. Cæſarem, in inferum mare transmiſſâ, ſœpè quidem accerſitus, tum verò maximè obnixeque rogatus integrum propè biennium juverit, placere, ut Henricus Rex reliquorum ſtipendiiq; nomine, cum primùm inſtructa Turcica claſſe, tutior ei facta fuerit, ad trajiciendam pecuniam navigatio, *millia aureorum nummûm CCC.* pendat, quæ donec Solimanni claſſis Præfecto numerabuntur, Henrici

Regis

Regiis triremes ab eâ ne diſcedant, ſed *pignori* relictæ hujus pecuniæ tanquam *Prædes*, ac *Pignori* conſtitutæ cenſeantur.

2. Utique *Solimannus* Maximus Turcarum Imperator, ſi hæc bona fide præſtabuntur triremes inſtruens LX. Piraticos myoparones XXV. proximis Maii Calendis in quatuor inſequentes menſes, Henrico Regi comparet.

4. Utique quæcunque *Cæſaris naves*, aut *ſociorum* onerariæ, auctuariæ, biremes majores minoresvè à Solimanni claſſe capientur, Solimanno Turçarum Regi cedant.

5. Utique qũas *urbes*, *municipia*, *oppida*, *vicos* ea claſſis expugnabit, quosq; *cives, municipes, incolas, puberes, impuberes, mares, fæminasq;* capiet; Quicunq; *cives, incolæ Chriſtianam fidem*, atq; diſciplinam tueantur, deditionemque faciant, eæ urbes, municipia, oppida, vici *Turcis præda*; cives autem municipes, incolæ, puberes & impuberes, viri, fæminæq; mancipio ſervitutique concedantur; Ita quidem quemdmodum inter ſe proximis

ximis ſuperioribus, ante verò decem & ſeptem ab hinc annis, optimè cum *Franciſco patre*, recteque conveniſſet; *Henricoq;* tamen *Regi*, ex hoc ſupraque ſcripto fœdere, dominium ipſarum urbium, municipiorum, oppidorum, vicorum, & eorundem annonâ commeatusque, bellica quoque & ahenea majora tormenta, cum omni eorum apparatu inſtrumentoque relinquantur.

6. Si Solimanni claſſem *Rex Henricus* non ad occaſum, ſed *orientem Solem* & *meridiem*, hoc eſt, à Truenti fluminis oſtiis ad Crotonem contra C*arolum* A*uſtrium* navigare ferrique juſſerit, ita demum ea claſſis Henrico *R*egi ſine ullis ſtipendiis militet, uti cedentibus *Henrico Regi urbium*, quæ captæ erunt à Turcis, municipiorum paratu, nec non annonâ; eæ urbes, municipia, oppida, vici, Solimanni claſſi, quod ſuperiori capite præceptum eſt, *prædæ*; *cives* verò, *municipes*, *incolæ*, *puberes*, *impuberes*, *mares*, *fœminavè*, etiamſi *religionem* C*hriſtianam* profiteantur, ultrovè ſe dederint, *ſervituti* permittantur, tradanturque.

Uti-

7. Utique quocunque Turcica claſſis appulerit, locus is *ultrà continentem*, urbs, oppidum, municipium, vicus, portusvè, vel intrà mare, extravè ſinus ſit, à Truenti ſcilicet limitibus ad Hydruntem atque Crotonem, inde *Siciliam* provinciam ac *Neapolim*, & ubicunque *Quintus Auſtrius Cæſar* quid habeat, poſſideat, ea loca, & quæ inciderint navigia, ſi Turcicæ claſſis Præfecto è re eſſe videbitur, nomine Solimanni Regis expugnare, diripere, obtinere, incurſiones facere, populari, mares, fæminas, puberes, impuberes in ſervitutem adducere, & in arbitratu ſuo eam omnem prædam cùm urbium & villarum, tùm hominum habere ſibi, & ea etiam *invitos*, maximeque prohibente Franco, frui potiriq; liceat.

8. Utique quandoque Solimannus, maximus Turcarum Imperator operà *Ferdinandi Sanſeverini* Salernitarum Principis, unam ex quatuor urbibus, cum ejus arce, uti verbis conceptis ſpopondit, in *Apuliâ* obtinebit, Solimannus Maximus Imperator *CCC. millia Au-*

*reorum*

*reorum*, quæ ſuprà deberi ſibi, perſolvique cavit, quæ tùm ſoluta erunt, illa itaque *Henrico* Regi ſalva atque integra renumeret.

9. Triginta præterea triremes, earumque remiges Chriſtianos ſine ullâ mercede, nec non tormenta, commeatus, & reliquum omnem apparatum, nautis tantùm ſuis, atque militibus exceptis tradat. Principi verò *Salernitano*, quòd is, hiſce procurandis egregiam operam navarit, quoq; patria domo & dignitate pulſus ſit; huic ergò Solimannus Rex expenſa liberaliter millia nummum aureorum XXX. quamprimum ferat.

Hæc uti ſuprà ſcripta ſunt, *Aramontius Henrici Francorum Regis* apud Solimannum Legatus, totidem verbis de more ſtipulatus eſt, *ſolemni jurejurando* addito, Salernitanorum Princeps ad hæc internuncius fuit. *Roſthanes Baſſa*, ex Solimanni Regis auctoritate, ultrò ſpopondit. Acta hæc omnia conventaque *Byzantii* Calend. Februar. anno 1553.



Digitized by Google

*Juramentum* quod *Henricus Galliæ Rex* Solimanno Turcarum Imperatori, pro confirmatione fœderis præſtitit, atque ab *Arumæo* (l) memoriæ relictum referre pudet, animusq; abhorret.

(l) Arumæ comm. ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. n. 8. Anné Mauritius citra perfidiæ notam à Gallico fœdere diſceſſerit? Heig. part. 1. quæſt. 11. Arumæ.d diſc. 6. Joh. Friderich. Brand. in Vindiciis Mauritian. contra Bodin. de Rep. lib. 5. cap. 6.

Verùm *Mauritius Saxo*, cum id quod vellet, ſe aſſecutum cerneret, a Gallico fœdere diſceſſit, id tamen effecit, eoq; Cæſarem adegit, ut *Paſſavienſem transactionem* Pacis religioſæ in Germaniâ initium Ferdinando fratre Romanorum Rege interveniente, facere & inire neceſſum fuerit. Transactionem Paſſavienſem mox inſequuta eſt *Auguſtana pacificatio*, in cauſis religioſis & Politicis omnium celeberrima. (m)

De tranſactione Paſſavienſi Franc. Burckhard in autonomia, part. 3. cap. 13. Auctor de compoſ. pacis contra Syring. de Pac. relig. concl. 15. (m) Receſſus Imp. de anno 1555. Sleidan hiſt lib. 25. & ſeqq.

*Galliæ* autem *Rex* (quod diximus) Epiſcopatibus finitimis occupatis, & Proteſtantibus Germaniæ religionis libertate

tate procuratâ, retroceſſit, Germanorum cum Encomio, quod tale fuit:

De jure Gallorum in ejusm Epiſcopatus Thuan. hiſt. lib. 11. & 37.

*Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur,*
*Gallus amicitias, utilitate probat.*

Ulterius progreſſus fuiſſet, ni Cæſar Henrici conatibus obſtitiſſet, ad *Flandriæ* enim confinia ingentem exercitum duxit, *Metim* ſed irrito conatu obſedit, ob injuriam enim temporis, obſidionem ſolvere coactus fuit, ex quo *Galli* jocosè in Cæſaris Symbolum *Plus ultrà. Metim* actionum ſuarum metam, quam transgredi non licere, dixerunt. Nunquam autem Cæſar in totâ vita fortunam ſenſit magis adverſam & contrariam, quàm in *Mauritaniâ, Magdeburgenſi* & *Metenſi* obſidione, locis à *lit. M*, incipientibus, ad quod etiam alludunt, ſequentes Verſus.

*Ni Metz, ni Mauritz, ni Mauritania, ni Magd.*
*Ni Mors, quid multis? fueram per ſingula felix.*

In *Hetruriâ* quoque inter Cæſarem &



Digitized by Google

*Juramentum* quod *Henricus Galliæ Rex* Solimanno Turcarum Imperatori, pro confirmati one fœderis præſtitit, atque ab *Arumæo* (l) memoriæ relictum referre pudet, animusq; abhorret.

(l) Arumæ comm. ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. n. 8. Anné Mauritius citra perfidiæ notam à Gallico fœdere diſceſſerit? Heig. part. 1. quæſt. 11. Arumæ.d diſc. 6. Joh. Friderich. Brand. in Vindiciis Mauritian. contra Bodin. de Rep. lib. 5. cap. 6.

Verùm *Mauritius Saxo*, cum id quod vellet, ſe aſſecutum cerneret, a Gallico fœdere diſceſſit, id tamen effecit, eoq; Cæſarem adegit, ut *Paſſavienſem transactionem* Pacis religioſæ in Germaniâ initium Ferdinando fratre Romanorum Rege interveniente, facere & inire neceſſum fuerit. Transactionem Paſſavienſem mox inſequuta eſt *Auguſtana pacificatio*, in cauſis religioſis & Politicis omnium celeberrima. (m)

De tranſactione Paſſavienſi Franc. Burckhard in autonomia, part. 3. cap. 13. Auctor de compoſ. pacis contra Syring. de Pac. relig. concl. 15. (m) Receſſus Imp. de anno 1555. Sleidan hiſt lib. 25. & ſeqq.

*Galliæ* autem *Rex* (quod diximus) Epiſcopatibus finitimis occupatis, & Proteſtantibus Germaniæ religionis liber-

tate

tate procuratâ, retroceſſit, Germanorum cum Encomio, quod tale fuit:

De jure Gallorum in ejusm Epiſcopatus Thuan. hiſt. lib. 11. & 37.

*Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur,*
*Gallus amicitias, utilitate probat.*

Ulterius progreſſus fuiſſet, ni Cæſar Henrici conatibus obſtitiſſet, ad *Flandriæ* enim confinia ingentem exercitum duxit, *Metim* ſed irrito conatu obſedit, ob injuriam enim temporis, obſidionem ſolvere coactus fuit, ex quo *Galli* jocosè in Cæſaris Symbolum *Plus ultrà*. *Metim* actionum ſuarum metam, quam transgredi non licere, dixerunt. Nunquam autem Cæſar in totâ vita fortunam ſenſit magis adverſam & contrariam, quàm in *Mauritaniâ*, *Magdeburgenſi* & *Metenſi* obſidione, locis à *lit. M.* incipientibus, ad quod etiam alludunt, ſequentes Verſus.

*Ni Metz, ni Mauritz, ni Mauritania, ni Magd.*
*Ni Mors, quid multis? fueram per ſingula felix.*

In *Hetruriâ* quoque inter Cæſarem & 

 Hen.

Henricum Regem armis concertatum
(p) annis fuit, (o) atque hæc in annis (p) geſta,
1553. 1554 nondum tamen omnia peracta fuere.
. 1555.

(o) Alphonſ. Ulloa in vitâ Caroli V. lib. 5 Thuan. hiſt. lib. 9. 10. 11. Sleidan. comm. lib. 24. & ſeq.

Trahebatur enim adhuc ingentibus Europæ motibus ferale bellum, inter *Carolum Quintum Imperatorem*, & *Henricum II. Galliæ Regem*, ſcribit *Famianus Strada* (q) ad quem cum hæreditate tranſierant parentis iræ animiq;, quùm *Mariæ Angliæ* Regina, ubi primùm nupſit *Philippo Hiſpaniæ Principi*, de pace ſedulo agitare cæpit, eiuſq; operâ anno 1555. miſſis *Caletum* Cæſareis, Regiisq; Procuratoribus, ſi non Pax, uti ſperabatur, certè quinquennalium induciarum fundamenta poſita ſunt. *Poli Cardinalis* ſtudio negotium hoc pertractatum, qui ad Cæſarem Galliæq; Regem profectus, eos de Pace, multis in medium allatis rationibus ſeriò & vehementer adhortabatur, atque Angliæ demum Reginæ Mariæ mediatricis conſilio & auxilio, res eò deducta eſt, ut inter

(q) Stradæ de bello Belg. lib. 1.

Digitized by Google

inter *Caletum*, *Andream* & *Gravelinum*. A*nglicæ*, *Gallicæ*, *Burgundicæ* ditionis oppida, velut in triangulo poſita, locum idoneum & ſiccum in mediâ planitie diligi juberetur, & excavatis circum foſſis, quatuor ibidem domicilia conſtructa, temporanea quidem, ſed tamen expolita & accommodata. Ad eum locum Maji die vigeſimo tertio Ann. 1555. *L*egati anno 1555. convenêre, à *Cæſare* quidem inter alios *Atrebatenſis* Epiſcopus, à *Galliæ* autem *Rege Lotharingiæ* Cardinalis & *Conneſtablius*; Ab *Angliâ* Pacificatores aderant *Polus Cardinalis*, *Comes Arundellus &c.* Sed quia in litem veniebant, *Mediolani* Principatus, *Burgundia*, *Sabaudia*, *Pedemontium*, *Corſica*, *Navarra*, *Lotharingia*, *Lucenburgicus* ager, *Tullum*, *Virodunum*, *Metis* &c. re diu multumque diſceptatâ, nullâ re perfectâ diſceſſum fuit. (r) Sed anno ſequenti, interventu prædicti Cardinalis Poli, qui Mariæ Anglicæ nomine, quaſi Sequeſter de pace agebat, urgebatq., dum *Pax*, atque *antiquiarum controverſiarum plenaria compoſitio deſperabatur*



(r) Sleidan. comm. lib. 26. Thuan. hiſt. lib. 15.

Digitized by Google

*tur*, de *induciis* in aliquot annos peragi cæptum eſt. Ad hoc negotium *Cæſaris & Philippi* filii nomine, *Carolus Lalanius* Comes, *Simon Renardus* & alii miſſi. *Pro* Rege *Galliæ Caſper Colinius* maris *Præ*fectus & *Sebaſtianus Albaſpinæus* libellum ſupplicum magiſter. Qui ſub anni initium juxta *Cameracum* in cœnobio, cui *Valuechlis* nomen, congreſſi, poſt longas altercationes tandem in hæc pacta convenêre, ut *terrâ mariq;* tàm in *Belgio*, quàm per *Italiam* & alia loca utriusque Regis ditioni ſubjecta induciæ quinque annos eſſent, quibus ab annisu- trinque abſtineretur, *poſſeſſionem* interea quisque eorum, quæ belli tempore occupaverat, retineret. His comprehenſus ab utraq; parte *Pontifex*, excluſi à Cæſare *Neapolitani* & *Siculi* exules, comprehenſus & fuerat à Rege *Albertus Marchio Brandeburgicus*, ſed poſtea convenit, quòd citra Imperii præjudicium, quod ab utraque parte comprehenſum fuerat, induciarum beneficio uti non poſſet, niſi priùs revocatâ proſcriptione ipſe Imperio reconciliaretur (s)

Induciæ quinque annorum

*Caro-*

(s) Tuanus hiſt lib. 17 Sleidan. l. 26. Hiſtor. Belgic. circa ann. 1556. pag. 131.

*Carolus Cæſar* jam rerum humanarum tædio, evocato ex *Angliâ Philippo filio*, quam Regnorum Imperiique abdicationem dudum animo meditabatur, exequi tandem, ac magnâ orbis terrarum parte ſpoliare ipſe ſe ſtatuit, editurus ignotum Principum aulæ prodigium, ut, quùm poſſet, imperare deſiſteret. *Imperii* ergò *Coronam, Sceptrumq;* *Ferdinando Fratri*, multis ante annis *Regi Romanorum* creato tranſmiſit, per Guilielmum Orangii Principem. *Philippo* verò *filio*, *Regna & Provincias hæreditarias*, extra imperium ſitas, cum *Burgundicis* tamen & *Belgicis* reſignavit, quibus ex *cauſis*, & *quâ ſolennitate* id factum, ac quomodo Cæſar in Hiſpaniam navigaverit, S. *Juſti* cœnobium ingreſſus fuerit, & quæ circa hæc memorabilia inciderint, elegantiſſimè deſcribit *Famian. Strada.* (t) Sed nondum exacto anno induciæ hæ violatæ ſunt, culpâ ab Hiſpano in Gallum, & Gallo in Hiſpanum rejectâ (u) de novo enim, tùm in *Italiâ*, cùm in *Belgio* inter partes concertatum

I 4 fuit.

(t) Strada de bell, Belgic. lib. 1. Hiſtor. Belg. ad ann. 1556, (u) Strada d. decad. 1. lib. 1. in Philippo 2.

Digitized by Google

fuit. *Paulus* quippe *IV. Pontifex* à Cæſare ſalienatus, in *Hiſpanos* tanquam
Ann. 1557. 1558. ſuſpectos impetum fecit. Itaque M. Antonio Columna fortunis everſo, Johannem Montorii comitem fratris filium Paliani Ducem appellat. Mox accitis è Franciâ auxiliis, de Neapolitano bello agitare cœpit. *Dux* ergò *Albanus*, multis Campaniæ oppidis ac Latio potius urbem obſidet. At *Pontifex* Petri Strozziæ ductu, amiſſa magna ex parte recepit, *Galli* verò Guiſio Duce Regnum Neapolitanum ſed fruſtrà tentârunt; (vv) è contra *Philippus*, dum nimiâ quâdam confidentiâ, vel temeritate Gallos neglecta patria, alienum appetere Regnum, & ad Neapolim, Mediolanumque ſimul adſpirare, animadverteret, valido exercitu, ex propinquo Belgio in Franciam contende-

(vv) Turſolin. in epit. hiſt. in Carolo 5. Hiſtor. Belg. pag. 133. Auxit æmulationes inter Henricum & Philippum Reges controverſia de præcedentiâ hiſce temporibus renovata; de quâ Vaſquius in præf. illuſt. controv. Choppin. de doman. Franc. lib. 3. cap. ult. Jacob. Valdeſius tract. pecul. de dignit. Hiſp. in procem.

Digitized by Google

tendebat, quo ſic hoſtium audaciam frangeret, & comperto *Sanquintinum*, quo præcisè reſpiciebat perexiguo præſidio teneri rectà ad eundem locum movit, circa quam urbem loco per metatores caſtris delecto, ſuburbano occupato, nec non propugnaculo flumentano, quod erat in adversâ ripâ, potius Sabaudus, pluteis diſpoſitis, tormentisque admotis obſidionem adornavit, Galſi ut eam obſidionem diſpellerent, totis viribus laborârunt, ſed dum id agunt, prælio occaſionem dedere, quod ipſis contrarium, ita ut ad *Sanctum Quintinum*, Francicæ nobilitatis florem cecidiſſe, nec illuſtriorem victoriam, Auſtriacam domum ex Gallis ſibi peperiſſe, *Hiſtorici* (x) ſcribant. Utcunque verò *Henricus* Rex *Galliæ*, cum ex prælio hoc adverſo, ſibi ſuisq; magnum periculum impendere, prævideret, Guiſium Ducem ad ſe ex Italiâ revocaret, armatoq; ingenti exercitu Hiſpanorũ ex victoriâ Sanquintianâ conceptã



(x) Turſolin. d. loc. in Carolo 5. Hiſtor, Belg. pag. 137, cum ſeqq. Thuan, hiſt, lib. 19.

Digitized by Google

lætitiam interturbare conaretur, atque multa ad Caletum aliaq; loca maritima moliretur, ad eas tamen extremitates demum redactus eſt, ut quam fortunâ blandiente reſpuerat pacem, geminatâ intra annum clade, cæſis veteranis cohortibus, & quod caput eſt, captâ pleraque Regni nobilitate, hoc eſt Gallicæ militiæ robore, non illibenter complexus ſit. Et Philippus Hiſpaniarum Rex, Caleti ad Galliæ Regnum acceſſione commotus, ſimul alternas belli vices expertus, eandem pari ſtudio ſuſceperit. Ita enim uſu plerumq; evenit, *ex colliſis fractisq; nubibus ſerenitas prodit.* Et *ſpes* nunquam major affulget *pacis*, quàm quùm *ſerio bellum geritur*, ſatiatâ nimirum aut feſsâ per cædes irâ. (y) Acceſſit etiam, quod pacem maximè promovebat, *Mors Caroli V. Imperatoris* in *Hiſpania*, & *Mariæ Reginæ Angliæ*, Philippi II. Hiſpaniarum Regis conjugis. Ergò ad Pacis tractatus Regum deputati in urbe *Cameracenſi*, ſeu, ut variant Scriptores (de quo paulò

Pacificatio 17. Cameracenſis ſeu Cambreſienſis de anno 1559. 3. April.

(y) Strada d. decad. 1. lib. 1.

paulò poſt) in *Caſtello Cambreſienſi* convenierunt, quæ demum poſt longam diſceptationem, *Chriſtiernâ Lotharingicâ* promovente; aperiente ſe verè menſe Aprili, in hunc modum confecta & concluſa eſt, referentibus ita diverſis Scriptoribus (z) cum quibus conformes ſunt pacificationis huj9 articuli eodem anno Germanicè Dillingæ impreſſi.

(z) Hiſt. Belg ſæpè allegata pag. 182. cum ſeqq. Tarcagnota d. lib. 3. p. 7. Ulloa d. lib. 5. in fin.

1. Primò omnium, ne *acta conventaque majorem* ullâ ex parte tantillum reſcindatur, ſicuti Reges ipſi biennio ante corroboraſſent, ni nova hæc pactio ſecus ſpeciatimque ſtatueret,

2. Ut inter *Reges, Regios liberos,* atque omnem poſteritatem fraternus ſit amor, mutuum ſtudium, benevolentia, officium, charitas, dilectio, ſocietas, itaque in univerſâ generatim Republicâ, *pax* una conſtans & *perpetua*, quæ nihil habeat inſidiarum, ſive domeſticarum, ſive peregrinarum, ſicuti nullâ in re ſeſe mutuò deinceps per *conventicula* aut *ſodalitates Europæas, Chriſtianorumve*, vel Aſiaticas *Turcorum* ac *Barbarorum* defraudent.

3. Fi-

Digitized by Google

3. Fidem auctoritatemque interponant Reges, quam primum convocando habendoque cum in *honorem Dei* optimi maximi, tùm ad *ſalutem Reipubl. Chriſtianæ* ac tranquillitatem civitatem *Oecumenico* ſeu *univerſali* Concilio.

Amneſtia. 4. Utrivis ſubjectis *populis* aut *clientibus*, quocunque illi tandem *ordine* ac *conditione* eſſent, ſive *ſacris* initiati, ſive *profani*, & quamlibet abacti ſeu *proſcripti*, aut adverſum Dominos *rebellione* intentata conſurrexiſſent, aut *contrà Patronos* bellum armaque geſſiſſent, deſertam liceat *adire hæreditatem*, & poſſeſſionem ſtatorum bonorum cernere, quæ aut *Fiſcus Regius* ſuſtulerat, aut *haſta* in foro poſita, acerbæ voci præconis Prætor ſubjecta vendiderat, exceptis ab hac *liberalitate Regia* qui illis è *Sicilia*, *Neapoli* atque ab *Inſubribus* exulabant.

5. Ut veluti *alterna damna* præſtando, toto octennio, bello aut alio quovis modo uſurpatis civitates invicem *reddant*. Particulatim verò *Franciæ* Rex, *Divodurum*, *Marianum*, *Ivoſium*, *Danvillerium*,

*Mon-*

Digitized by Google

*Moncedium*,*Belgica* municipia, & *Valentiam in Ducatu Mediolanenſi*, unà cum caſtris, oppidis, arcibus, locisq; omnibus, quæ ille *cis, transvè alpes* occupaſſet (eaque omnia ſalva atque integra, præter unum *Ivoſium*, quod mœnibus nudet, ad compenſationem everſæ *Teravanæ*) Philippo reſtituat. Contrà *Philippus* cedat *Auguſtam Verumanduorum*, *Caſtellum*, *Hanenſem* arcem, cum ditione universâ.

6. Philippus poſſeſſum eat, Comitatum *Carolatem* cum *Hesdino*, & toto ejus gentis ſtatu.

7. *Delphinus Franciæ* eò ipſo temporis puncto, quo *promulgatio* hujuscè pacis fieret, uſu capiat *Crepacorium* cum ſubjectâ ei ditione, citrà tamen præjudicium *Cruningij Toparchæ*, qui præſumptâ opinione, id juris ſibi arrogare videtur.

8. Cùm ad corroborationem, fundamentum, ſtabilimentumque *æternæ pacis*, tùm ad veram, ſinceramque amicitiam, reconciliationem, injuriarum ſuperiorum oblivionem, ſimultatum obli-

obliturationem, diſcordiæ exſtirpationem, ceu indiſſolubile *affinitatis vinculum*, *Philippus Iſabellam* filiarum Franciæ Regis majorem natu ( quantumvis ea puella undecennis eſſet ) dictâ dote quadringenties mille aureorum, uxorem ducat.

9. *Franciæ Rex*, *Sabaudiæ* Duci, ex quo deturbatus jam pridem bello fuerat, *Statū* citrà ultrave alpes de integro reſtituat, præter *Taurinum* civitatem, *Pinarolium*, *Chivaſium*, *Chierum Villam novam Aſtenſem* oppida, quæ triennio ſibi reſervaret, Pignoris loco, interea dum lege in eam rem cognoſceretur, jureq; municipali ac juſtis judiciis definiretur ad utrum litigatorum ex æquo & bono, controverſia jam pridem pertineret hæreditas, eâ conditione, ut *Philippus* contrà, ex nepotis ditione *Aſtam* coloniam retineat, & *Vercellas*, quousque Villam novam illam modò commemoratam Rex Franciæ habeat.

10. Alterutrius partis ne ſit *Sabaudus*, ei nubat *Margarita* ſoror Regis Franciæ, quæ præter dotem tercenties mille aureorum

reorum *Ducatu* Barenſi, dum ſupereſſet, utatur, fruatur.

11. Excedat *Franciæ* Rex locis omnibus, quæ ipſe *Senenſis* ditionis in *Hetruriâ* uſurpaſſet, indidem præſidia, ſtationes, cuſtodias, vigiliasque educeret, eâ lege atque conditione tamen, ut cum *Montealcino*, & patriciis eius civitatis, Magiſtratui Senenſi obtemperaturis universè crimen condonetur.

12. Reſtituat itidem *Franciæ* Rex, *Liguribus*, ſeu *Genuenſibus*, quicquid ipſe *Corſicæ* inſulæ invaſiſſet, modò Ligures civibus rebellionis pœnam remittant, qui contra patriam ſub Gallis militaverint.

13. Reddat arcem *Bullanam*, & ſi quid aliud ejus ditionis obtineret, *Eburonum* *Antiſtiti*, reſervato nihilominus negotio *Sedanenſi*.

14. *Maternæ dotis* debitione Maria Luſitana Infans ne deinceps torqueatur.

15. *Philippus* Dominæ *Totivillanæ*, *Comitatum S. Pauli* reſtituat, excepto tamen *jure clientelari*, quod à Regibus ambo-

Digitized by Google

ambobus ſupra eâ ditione, multis rationum involucris obtenditur.

16. *Mantuanorum Duci* reſtituat uterque quicquid municipiorum ipſi *Monferratenſium* ſubtraxiſſent, ſic tamen ut in arbitrio amborum eſſet, atque in voluntate liberum relinqueretur, ſive moles, ſive munitiones abs ſe illic ædificatas exſtructasque demoliri, nec ne.

17. *Franciæ* Rex prior conventa exequatur, trimeſtrique reſtitutionem univerſam expleat, indicatumque faciat, quo præſtito, *Philippus* uno menſe fidem ſuam liberet, promiſſis faciat ſatis, *obſides* det quatuor, quos Franciæ Rex arbitratu ſuo optaſſet, nominatimque delegiſſet, putà *Albanum*, *Barocum*, *Auriacum* & *Egmondanum*.

In hujus fœderis ac ſocietatis partem veniant *Roman. Pontifex*, *Imperator*, *Septemviri Principes*, & *civitates Germaniæ*, Romano ſubditæ Imperio. Complectatur pax eadem *Reges* hoſce, *Polonum*, *Danum*, *Suecum*, *Scotum*, unà cum *Reginâ Britanniæ*. *Reſpub.* item cùm *Venetam*, tùm *Helvetiorum* ac *Rhetorum* ſuperiorum ſocie-

ſocietatem. *Duces* hoſce, *Florentinum, Lotharingum, Sabaudum, Ferrarium, Parmæ* & *Placentiæ, Vrbinatem, Genuenſes, Lucenſes* &c.

Mentionem quoque facit hujus Pacificationis *Famianus Strada* (aa) hiſce verbis; Acceſſere & *nuptiæ* firmamenta fœderum manſura tamen inter Principes quamdiu annuerit *dominandi cupido*, cui plerumque tenaciùs nubunt Reges *Philippo* (defunctâ ſuperiori anno *Mariâ Angliæ Reginâ*) uxor oblata eſt ea, quæ *Carolo* Hiſpaniæ principi pacta erat, *Iſabella* Henrici Regis filia undecennis, quam quia ortus eius in tempus incidit pacis cum Anglo initæ, & nuptiæ occaſione Pacis cum Hiſpano celebratæ ſunt, *Principem à Pace* cognominavêre. Simul Henrici ſororem *Margaritam Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux* uxorem accepit, unà cum urbibus, quibus illum, patremque trans alpes ac citrâ, *Franciſcus Primus* & *Henricus* ipſe, ſpoliaverat.

Nonnihil etiam de hac pace agunt

K *Jaco-*

(aa) Strada de bell. Belg. decad. 1. lib. 1.

*Jocobus Auguſtus Thuanus*, ac *JCti Cravetta*, *Alexander Raudenſis*, *Jacobus Menochius* (bb)

(bb) Thuan. hiſt. lib. 22. Cravett. conſ. 685. Raudenſ. deciſ. 42 Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. c. 302. Idem vol. 1. conſ. 104.

Adjicere etiam libet, quod ab Auctoribus diverſimodè traditur, Pacificationem hanc factam eſſe *Cameraci*, ab aliis *Cambreſii*, ſeu in *Caſtello Cambreſi*, declarationem ſeu potius deſcriptionem utriusq; loci, ex *Gulielmo Cambdemo*, (cc) ubi tradit Caſtellum Cameracenſe, (Chaſteau in Cambreſi) parùm ab urbe Cameraco abeſſe, atque ibidem quoque Eliſabetam Angliæ Reginam eodem anno cum Galliæ Rege tranſegiſſe, ex quo patet facilè civitatem cum caſtello, & hoc cum illâ confundi potuiſſe.

(cc) Cambd. rer. Anglic. lib. 1.

Sed claudat hoc caput infelix *Henrici Galliæ Regis* exitus, qui in ipſis nuptiis eodem anno *Pariſiis* celebratis accidit. Nuptiarum hilaria (ſcribit *Strada* (dd)) nunquam profectò *Gallia* peregit funeſtiori

(dd) Strada de lib. 1. Eadem habet Hiſtor. Belgica. Thuan. hiſt. d. lib. 22.

Digitized by Google

neſtiori cataſtrophe. Inter alios apparatus, equeſtris decurſio indicta eſt, (*Haſtiludium* vocant) atrox enim verò voluptas, ſpecioſumque periculum, quo nec ludere credas, qui ſic præliantur, neç præliari qui demum ludunt, gratum tamen Gallis, ingenuumque ſpectaculum, quippè audenti bellicæque nationi. Jamq; hippodromo in theatri ſpeciem ſuperbè conſtructo, ac flore haſtatorum equitum referto (namque ad hujusmodi ludos totius Europæ haſtas Gallia provocaverat) uno alteroque die Rex ipſe decurrerat, palmari ſemper laude. Eoque glorioſior dum poſtridiè, repetito tertium campo, contra ſuorum preces, cum Prætorianæ cohortis Præfecto (*Gabriele* Comite *Mongomerio*) galeâ præpropere non ſatis occluſâ congreditur, ab adverſæ haſtæ fragmento apertam bucculam irrumpente, transfoſſo dextero oculo, ictoque inde cerebro, *inſpectantibus Reginis Regiisque liberis* infelicem ludum illicò axaminatus &c. quintoque poſt die Princeps juxtà bellicoſus ac prudens, deceſſit.

Reliquit autem *Franciſcum* filium juvenem quindecim annorum Regni ſucceſſorem, cui, quod ſcribit *Tarcagnota*, *obſervantiam pacis* commendârat. At *Philippo Hiſpano* hoc glorioſum fuit, quòd ſub Regno Regis juvenis, eoque nonnihil turbato, & ipſe pacem hanc nunquam ruperit, idem *Tarcagnota*, qua de re capite ſeq.

## CAPUT DECIMUM.

Refert, quæ hinc inde, tùm in Galliâ atque Hiſpaniarum Regnis, cùm etiam in Imperio & Belgio ab anno 1560. ad præſens negotium ſpectantia, notatu digna inciderunt, & in ſpecie agitur de Pacificatione Vervinianâ de anno 1598. quæque prætereà ad hæc usq; tempora inſecuta ſunt, ſummariè & partim remiſſivè.

FRanciſcus II Galliæ brevis Rex, vix enim biennio Regno præfuit, ſucceſſorem habuit fratrem *Carolum IX.* undecim annorum, horum tempore, ab inſe-

infelici Regis Henrici caſu, contemtâ tenera Regum ætate, Chriſtiana res in *Francia* ruere cæpit, utcunque enim graſſante *per Germaniam* Lutheri doctrinâ, incolumem ſe aliquandiu ſervaſſet *Gallia*, anno tamen hujus ſeculi ſexageſimo ſecundo & tertio, per aliquot novæ doctrinæ præcones Calviniſticos tentari primùm cæpta, atque ab illuſtribus perſonis adjuta, tantas egit radices, ut in ſanguinolentum bellum demum proruperit, quam ob rem ad *Gallicos Scriptores* eiusdem tempeſtatis me remitto. Quî certè occaſione *Philippus Hiſpaniarum* Rex, ſi voluiſſet, vel ruptâ, vel ſepoſitâ quodammodo Pace, à prædeceſſoribus, præſertim *Franciſco* I. & *Henrico II.* Regibus violatis fœderib9, illatas injurias, quod *Hiſpani* dicunt, ulciſci potuiſſet, ſed tàm ſanctè illam ſervari voluit, ut prætereà etiam quicquid auxilii Gallus Rex contra rebelles Gallos peteret, ultrò mitteret. (a) Quod nec Galliæ Regibus addictiſſimus *Hiſtoricus* (b) ex Gallico in Latinum translatus, diffitetur, dum ita ſcribit; Licet mul- Ann.156[.] 1561.1562. 1563.

 torum

(a) Strada de bell. Belg. dec. 1. lib. 3. (b) Petr. Matthæ. de bell, inter, Franc. & Hiſp. Reg. pag. 25.

torum eſſet opinio Regem Hiſpaniarum ex æmulatione & magnitudine ſua facilè contra Franciam moturum iri, non aliter quam ſcintilla, flatu leni adjuta ignem ſuum explicat, nunquam tamen viſum fuit prioribus bellis civilibus (id eſt ſub *Franciſco II.* & *Carolo IX,*) Hiſpanum vel ſe miſcuiſſe, vel illis qui ſub prætextu libertatis Regi ſe oppoſuerant, faviſſe, quin imò ſubitò poſt *Amboſianam* conſpirationem Galliæ Regi ſufficiens auxilium, etiam vitam ipſam, ad ſedandam ſeditionem, promiſit.

Verùm dum Francia pacatur, *Flandria* eodem modo, ſub prætextu libertatis concitari cæpit. *Dux Albanus*, ſupplicio de *Comite Egmondano*, cæteriſque conjuratis ſumpto, multorum odia incurrerat. Princeps ergò *Auraicus* Saxonis aliiſque auxiliis Flandriam infeſtat, Zelandiâque & Hollandiâ occupatis, proxima quæque loca tentabat.

De motibus Belgicis, diverſimodè ſcribunt, Meteranus, Conneſtagius, Burgundus, Guicciardinus, Strada Vernulæus &c.

Digitized by Google

bat. Progreſſum *Belgici Scriptores*, iiq; varii ex diverſis judiciis notarunt, quæ hoc tempore cùm ad inſtitutum non faciant, prætermittimus, ordinis tamen causâ, & quia in poſterum horum motuum, mentio fieri poſſet, tangere voluimus. Idque eo magis, cùm, quod *Strada* (c) ſummo judicio notavit, motus ejusmodi *Gallicos* & *Belgicos*, ſive *oririginem cauſamque*, ſeu etiam *auctores*, & *modum* ſpectes, omninò perſimiles eſſe, atque ita non niſi uno remedio ſopiri ſanarique poſſe. Verba comparationis hæc ſunt. Tantum armorum, turbarumque excivit hæreticorum libertas Procerum fovit ambitio &c. Utrobique (in *Galliâ* & *Belgio*) conatus, utriusq; aulæ diſſidia. *Hugonotorum* illic (in Galliâ) hîc (in Belgio) *Geuſiorum* nomina, fortuitu nata, atque inter turbas, *Cardinalem Lotharingium*, cum *Cardinali Granvillano*, *Condæum* cum *Orangio*, *Mediceam* (Reginam) cum *Auſtriaca*, conſimiles nobilium *conſpirationes*, paria Regum *edicta*, geminas ſacrarum ædiũ atq; urbium *direptiones*, eadem fermè

 omnia

(c) Strada d. lib. 3.

Digitized by Google

omnia, nempè ex iisdem cauſis, niſi quod arma celerius *à Gallis* ſumpta pertinaciùs *à Belgis* & pernicioſiùs, retenta; hactenus *Strada*. Cæterum quibus conditionibus & Pacificationibus, bellum hoc Belgicum à primordio per Cæſares, Reges & Principes ſopiri tentatum fuerit, hoc tempore referre, extra inſtitutum eſſet.

*Carolus IX.* Rex *Franciæ* cum fuiſſet Rex annis 13. turbata adhuc Galliâ vivos reliquit anno 1574. *Henricus* eius no-
Ann.1574 minis *tertius*, Dux Andegavenſis, jam ante à *Polonis* in Regem aſcitus, & coronatus, intellecta fratris ſui, Regis Caroli morte, cui ætate proximus erat, ideoque Regnum Francorum ſucceſſionis jure ad ſe ſpectare ſciret, convocatione *Statuum Regni Poloniæ* non exſpectatâ, comitatus duobus domeſticis Gallis, inmtepeſta nocte, equorum incitatiſſimo curſu, ex urbe primaria *Cracoviâ* evadit in *Franciam*, Rexque Francorum eodem anno coronatus eſt. Qui miſerrimum Galliæ ſtatum invenit, deteriorem reliquit. Demum neſcio

quibus

quibus conſiliis & rationibus *Guiſium* Ann. 1585.
*Ducem* per inſidias interfici curavit; Cardinalis etiam *Guiſius* ejus juſſu necatus eſt; *Borbonius* verò Cardinalis Archiepiſcopus *Lugdunenſis*, *Dux Nemoricenſis*, aliique Proceres in cuſtodiam dati, & quid amplius? cum Rege *Navarræ* ſocietatem iniit, *Pariſios* à ſe deficientes circumſedere parabat, quo tempore à Cœnobitâ Dominicano percuſſus, Regno, vitâque exuitur anno hujus ſeculi 1589. moriens *Regi Navarræ* Franciæ Ann 1589.
Regnum per manus tradidit. Ab eo deinde *Lutetia Pariſiorum* acriter obſeſſa. Ventum erat ad ultimum inopiæ, periculiq;, cùm *Farneſius Dux Parmenſis* opportuno adventu obſidionem ſolvit anno 1590. (d)

(d) Turſolin. in epit. hiſtor. lib. 10. in Imperatore Rudolpho II.

Cur verò etiam contra Henricum Regem Philippus Hiſpaniarum Rex *Ligæ Catholicæ* in Galliâ auxilium miſerit, idq; poſtea contra *Henricum IV. Navarræum* continuarit, varia fuerunt, & adhuc ſunt hominum judicia, notum eſt quid



Digitized by Google

*Pontificis* curâ anno 1598. 6. Maij hoc Ann. 1598.
modo inter utrumque *Regem Henricum IV. Gallum*, & *Philippum II. Hiſpanum* conventum fuit. Pacificationem hanc, poſt alios refert *Marta Neapolitanus*. (g) Cùm *Galliæ* & *Hiſpaniarum* Regna, Germaniæ inferior, Anglia, & Sabaudiæ Ducis ditio, ex præteritis bellis maxima damna contraxerint, nemo ignorat Sanctiſſimum Pontificem Dominum Patremque noſtrum Clementem VIII. cognito ex ipſorum Regnorum excidio, communis Chriſtianæ *Reip.* hoſtis incremento paterno amore ductum, nil intentatum reliquiſſe, quo per nuntium apud Catholicum Regem permanentem, ampliſſimumq; Florentiæ Cardinalem ſuum, ac ſanctæ ſedis Apoſtolicæ legatum, apud Chriſtianiſſimum Regem, eos ad pacem hortaretur, quouſque ad eam ritè atque ex animo faciendam induceret. Hinc piis ſummi Pontificis admonitionibus ducti, quo debitum honorem Deo tribuerent, ac populum amore teneri ſe oſtenderent. Præpoſitis ad eam rem agen-

Pacificatio 18. Vervi-niana de Ann. 1598. 6. Maji.

(g) Marta, tract. de juriſdict. part. 1, cap. 40.

Digitized by Google

gendam, *pro Rege Chriſtianiſſimo*, illuſtriſſimis viris Pomponio de Belieure equite, &c. Nicolao Brulart equite &c. Ac *pro Catholico Rege*, ſereniſſimo Principe Alberto Cardinali Auſtriæ Archiduce, Johanne Ricardot equite &c. Johanne Baptiſta de Salſis, & Ludovico Vereichen &c. iisque ſummâ de rebus jam dictis auctoritate ab iisdem Regibus tradita, quod Deo ſit gloriæ, totique Reipublicæ Chriſtianæ ſaluti, ad firmandam pacem, ut infrà, convenerunt.

1. Servanda eſſe pacta ab iisdem Regibus infrà deſcribenda, prout in pace nunc iterum confirmatâ, in oppido *Cambreſi* ſive *Cameracenſi*; cap. antecedenti; anno 1559. inter *Henricum II.* glorioſæ memoriæ & *Philippum Catholicum* Regem inita, cujus nihil immutetur præter illud, *cui pax præſens refragatur.*

2. Poſt hujus conventionis diem, mox eſto bona, tuta, ſtabilis ac *perpetua Pax*, fœdus & amicitia inter hoſce Reges, eorum natos, & naſcituros hæredes & ſucceſſores, eorumque Regiones ac ſub-

ſubditi fraterno ſe amore colunto, mutuum rerum omnium incrementum pro viribus perquirendo, omnem ſibimet ipſius cauſam damni inferendi viciſſim fugiento, nemini quâvis apertâ vel fictâ ratione, in cujusvis eorum jacturam favento, finem cuivis diſſidiorum generi imponunto, omnia fœdera quovis modo cum aliis habita, quæ utrique eorum detrimentum eſſent allatura, hujus pactionis vi ac robore, pro irritis habento, gravi eos pœnà puniunto, qui terrâ marivè, ſeu quâvis aliâ ratione iis adfuerint, qui damnum cuivis eorum Regum moliantur.

3. Amborum *Regum ſubditi* (legibusq; moribus Regionum ſervatis) ubiq; vivere, verſari, manere, ire, diſcedere poſſint, ſive mercium, ſive aliarum rerum causâ, terrâ marique, ubi ipſi Reges dominantur, habitâ tamen vectigalium ratione.

4. Litteræ ad intercipiendum miſſæ non valeant, neque aliæ concedantur. niſi

niſi in eos, qui hanc pacem non ſervaverint, vel ubi jus locum non habeat.

5. Totius *Flandriæ* ditionis ſubditi, atque incolæ, aliæ provinciæ, ac Regna, ſub *Hiſpaniarum Rege*, privilegiis, ab aliis Galliæ Regibus conceſſis, fruantur. Quique *Francorum Regi* parent, itidem ab Hiſpanorum Regibus privilegia conceſſa retineant.

6. Si *Catholicus* Rex teſtamento, munere, aſſignatione vel aliter quovis nomine donet, cedat aut transferat Sereniſſimæ *Iſabellæ* primogenitæ ſuæ, vel aliis omnes *Germaniæ inferioris provincias*, & *Burgundiæ* & *Carolis* Comitum ditiones, omnes in hoc fœdere eſſe debeant, prout erant anno 1559. Ipſaq; ſereniſſima ejus filia vel alius, in quem Catholicus Rex, ut ſuprà has ditiones contulerit, hâc pace fruantur, nullo alio negotio accedente.

De quo cap. 9. Pacif. 17.

7. Tàm *Eccleſiaſtici*, quàm *Seculares*, ſub utriusque Regis Imperio, ad ſua munera ac beneficia revertantur, licèt *inimicis* inſervierint, dummodò ante menſis Decembris finem anno 1588. eadem

fue-

fuerint conſecuti (iis exceptis, qui ritè Eccleſiis fuerint præpoſiti) neque *immobilium bonorum* fructus repetantur, quæ usque ad diem, quâ fœdus hoc prodierit, fuerint occupata, neque ut *ære alieno* leventur, in quod his de cauſis ad dictam diem inciderint.

8. Redeat quivis horúm Regum ſubditus, in ſuorum *immobilium bonorum* poſſeſſionem, ſolitisq; fruatur *fructibus*, nullâ impediente *donatione*, *conceſſione*, *declaratione*, aut *publicatione* jam factâ, neque *civilibus*, *criminalibusvè* cauſis, quod apud adverſarios fuerit, requiratur, ſi aliam non accuſetur ob cauſam.

9. Qui ab utriusque Regibus fuerit *beneficia* conſecutus, quorum collatio ad ipſos pertineat, iisdem fruatur.

10. Alter eorum Regum, viciſſim alteri, quod poſt annum 1559. occupavit, reſtituat, imprimisq; *Rex Chriſtianiſſimus* reddat Catholico *Regi* Comitatum *Carolis*, quodque ad ipſum pertineat, intrà duos menſes poſt hoc initum fœdus.

11. *Catholicus Rex* reddat Chriſtianiſ-

ſimo

ſimo præſidia, poſt tractatum Cameracenſem occupata, & præſertim *Calais*, *Ardres*, *Dorlens*, *Caſtellet*, *Chapelle*, *Monthulin*, *Blavet*, & quicquid in *Belgio*, *Armoricisq;* çivitatibus captum ab eo fuerit.

12. *D*uobus menſibus poſt diem compoſitæ pacis, reſtituantur *Calais*, *Monthulia*, *Dorlens*, *Chapelle* & Caſtellet, nullis horum oppidorum mœnibus dejectis, neque repetitis ſumptibus ad muniendum, aliamque ob cauſam factis, primumque *Calais* & *Ardres* reſtituantur. Reliqua verò tempore jam præſcripto.

13. *T*ribus poſt initum fœdus *Blavet* reſtituatur, dejicianturque ſi, Catholico Regi videbitur, mœnia.

14. Datur Catholico Regi, ut per ſuos tormenta, pulvis, pilæ, arma, commeatus, aliæque munitiones exportentur, quæ in iis præſidiis ab eo collatæ invenientur, iis relictis, quæ in ipſorum expugnatione fuerint inventæ, ſecumque milites impedimenta ſua efferant, quæ tamen

tamen civibus, oppidaniſque non abſtulerint.

15. *Chriſtianiſſimus Rex*, naves militibus Hiſpanis præſidii *Blavet*, curabit, quibus ſuis cum impedimentis in Hiſpaniam transvehantur, datis tamen ab eo vadibus, tutum ſe iter habituros.

16. *Catholicus Rex*, Galliæ Regi quatuor dabit *obſides*, quorum duo mox, poſt *Belgii præſidiorum* reſtitutionem dimittantur, reliqui verò apud Chriſtianiſſimum retineantur, quousque *Blavet* fuerit reſtitutum.

17. Ut quæ anno 1559. de *S. Pauli Comitis* ditione acta, ſed ad finem perducta non fuerunt, de finitimis ipſorum Regum regionibus, de immunitatibus, & vectigalibus, quorum jus ſibi aſſcribunt *Burgundiæ* Comitatus ſubditi *Terovannæ* Epiſcopatus, *Bullionis Ducatus*, de aliquot oppidorum, quæ ab utroque Rege fuerunt, viciſſim occupatâ reſtitutione, ab arbitris, ab ipſis Regibus electis, decidantur ac judicentur.

L 18, Sum-

18. Summi Pontificis auctoritate, ab utroque Rege viri delegantur, quibus controverſias quotidie inter urbium *Ammiens* & *Arras* Epiſcopos orientes, componendi cura demandetur, cauſa quorundam oppidorum ad ſuos Epiſcopatus pertinentium, idque anni unius tempore.

19. Ab utraque parte omnes *captivi* milites dimittantur, expenſas verò, quodque aliis debent, ſolvere teneantur, ſi *ante hoc fœdus* initum, de ſe redimendo non convenerint, nullo impendio pro redemptis habeantur.

20. *Triremibus* utrinque addicti, mox ab omni ſumptu immunes dimittantur.

21. Utrique Regi, hæredibus & poſteris eorum, ac Sereniſſimæ *Iſabellæ*, integra ſerventur *Regnorum Regionumq; ſuarum jura*, judiciis verò, at non armis exequenda.

22. Cùm monuerit *Catholicus* Rex præſtare, hujus pacis ſecuritate, *Sabaudiæ* Ducem, eidem intereſſe affinitatis causâ, quâ eſt cum utroque Rege conjunctus, concedente id *Chriſtianiſſimo*

*Rege*

*Rege*, idem Dux, Chriſtianiſſimæ Majeſtati ſatisfacturus oppidum a que arcem *Berræ*, duobus poſt præſens fœdus menſibus reſtituat, nulla ejus parte demolita, ſive dejecta, neque pro factis muniendi expenſis, aliisque rebus aliqua repetita.

23. Idem Dux præſidium à *Scurra* Burgundiæ deducet, neque opem alicui feret, qui illius contra Regem Chriſtianiſſimum potiri conabitur,

24. Diſſenſiones inter ipſos Chriſtianiſſimum Regem, ac *Sabaudiæ* Ducem, deputatorum conſenſu, Paci conſulentium, *Summo Pontifici* judicandæ relinquantur, unius anni poſt perfectam hanc Pacem tempore, juxta Chriſtianiſſimi Regis reſponſum, quod ſub die 4. Junii hujus anni 1598. ſcriptum apparet, omniaque rata ſe habituros promittunt, quæ fuerint à ſuâ beatitudine judicata, neque novi quicquam ſe interim eſſe novaturos. NB.

25. *Ipſi Reges*, *filiæq;* ac eorum poſteri incorruptam colent amicitiam, neque ullam ob cauſam, *alter alteri bellum* inferre ſtudeat.

26. Utriusque partis *ſubditi* tàm Eccleſiæ, quàm ſeculo ſervientes, poſſint, quod eorum fuerit, recuperare, iis exceptis, qui Provinciis præfuerunt.

27. D*ux Sabaudiæ* ab utroque ſolutus, atque utrique Regi ſit *æquè amicus*, commeatumque liberum per eorum regiones tùm habeat, cùm ipſorum ſubditis tribuat.

28. Hâc in Pace, ſi velint, pro incluſis habeantur, ipſorum Regum conſenſu, cum *Chriſtianiſſimo* R*ege*, Summus *Pontifex*, Apoſtolica ſedes, *Imperator*, *Principes Eccleſiaſtici*, *ſeculares*, *oppida*, *communitates*, & *Imperii ditiones*, & inprimis C*omes Palatinus Elector*, *Marchio Brandeburgenſis*, *Dux Wirtenbergicus*, *Landgrafius Haſſiæ*, & alii plures.

29. Sint cum *Catholico* Rege, *S. Pontifex*, *Imperator*, & ſi velint, plures alii relati; qui omnes unâ hàc pace fruantur. Hinc pro expreſſo habito, ut nemo *duorum* Reg*um ritè vel contrà per ſe ipſum*, *vel per alios*, *cuivis eorum moleſtiam poſſit afferre*, ſique ipſorum aliquis ab eis

quiç-

quicquam ſit repetiturus, *judiciis*, non *armis* uſuros eſſe intelligant.

30. In hac etiam *Pace* ſint omnes illi, qui utriusque Regis conſenſu nominari poſſunt, dummodò ſex menſibus poſt hujus pacis editionem extent eorum litteræ, quibus, ut par eſt, declaratio, ac eorum obligatio appareat.

31. Et quò hæc omnia, de quibus actum eſt, omnesque eorum partes & capita, tutiora exiſtant, in *Pariſiorum* aliisque *Gallici* R*egni* conciliis firmabuntur, notabuntur, atque edentur, idque ipſum fiet in magno, aliisque *Catholici* R*egis conciliis*, in ſuis *inferioris* G*ermaniæ regionibus* juxta formam, quæ in eo, quod actum eſt anno 1559. continetur, hisq; de rebus, tribus poſt hujus *P*acis editionem menſibus, diplomata expedientur.

32. Supraſcripta conventtonis capita, quodque in ipſis continetur, acta, confirmata, & ſtipulata fuerunt inter ſupra dictos electos ſupradictorum Regum nomine, & eorum mandatis promiſerunt, ac promittunt cujuscunque

eorum Regis ac Domini præſentium, futurorumq; bonorum obligatione, ab ipſis nullà re impediente ſervanda, perficiendaque eſſe. Promitrunt etiam ea comprobari debere, & ab utroque comprobationis litteras firmatas, atque obſignatas habere, in quibus ad verbum, quod in hoc fœdere continetur, ſit narrandum, videlicet à *Chriſtianiſſimo Rege, Cardinale Archiduce* & *Sabaudiæ Duce*, unico menſe poſt Pacem hanc initam, & à *Rege Catholico* dictus jam Cardinalis Archidux, trium menſium intervallo easdem litteras dari debere. Inſuper ipſi electi ſuorum Dominorum nomine promiſerunt, ac promittunt, habitis ipſius confirmationis litteris, *Regem Chriſtianiſſimum, Cardinalem Archiducem* & *Sabaudiæ Ducem* ſolemni more, *ſuprà crucem, ſancta Dei Evangelia, miſſæ Canonem,* & *honorem ſuum eſſe juraturos*, coràm quocunque ipſis videbitur, cumulatè, *regiè* ac *fideliter*, illud ſervare ac perficere, quod in his continetur, idemque facturum *Catholicum Regem*, tribus poſt harum rerum nuncium menſibus

ſibus, in quorum fidem ipſi electi *propriâ manu* omnia firmarunt, *Vervini* ſexto Nonas Maii anno 1598. Amen.

Hanc Pacificationem etiam habet *Emanuel Meteranus* (h) & poſt eum *Johann Wilhelm Neumairs* (i) atque eius quoque mentionem faciunt, Continuator *Tarcagnotæ* & *Petrus Matthæus*, (k) ſubjungitq; prædictus *Matthæus* in fin. hiſtor. *Publicationem*, quemadmodum Pacificatio hæc in Gallia fuerit publicata 10. Junii anno 1598. & plenius de eâdem tractat in vitâ Henrici quarti, ubi recenſet *Proceſſum tractandi* & *publicandi* hanc pacificationem. Sed *Philippus Hiſpanus* hiſcè pene confectis, eodem anno, menſe Septembri diem obiit, relicto omnium Regnorum hærede *Philippo III.* (i)

(h) Meteran de reb. Belg. lib. 19. (i) Neumairs tract. von Fridenshandlungen cap. 6. (k) Contin. Tarcagnotæ part. 3. lib. 10. Petr. Matthæ. de bell. inter Gall. & Hiſp. p. 45. & in vitâ Henrici IV. l. 1. narrat. 2. 3. (l) Matthæ d. lib. 1. narrat. 4.

Ducis quoque *Sabaudiæ*, qui hactenus Hiſpano adhæſerat, in pacificatione fuit facta mentio, qui cum Galliæ Rege jam permultos annos præcipuè

de *Salaſſiorum* (Saluzzo) ditione, eiuſque pertinentiis, litem aluerat, quæ licet controverſia in ſuperiori Pacificatione anno 1559. diſputata & quodammodo compoſita fuerit, hoc tamen tempore cum aliis in Scenam rurſus producta eſt, quoniam verò deciſio vel accommodatio hujus litis, Pacificationem inter Hiſpanum & Gallum, magno ſubditorum damno impediviſſet, remiſſa & *S. Pontificis* judicio atque arbi-
Ann. 1599. 1600. 1601. trio ſubmiſſa fuit, (m) Pontifex cùm cunctaret, & ſententiam differret, atque inter *Henricum Galliæ* Regem & *Sabaudum*, ſpes reconciliandi, poſt longam tractàtionem evanuerat, *Gallus* Pace religionis Hugonottis datâ, bello *Sabaudum* aggreditur, cui demum *Hiſpanus* adſiſtit, donec tandem haſce inter partes 1601. 17. Januarii, pax inita & formata, quâ de *Matthaus.* (n) Et quoniam *Sabaudi* actiones ad Auſtro-Hiſpano-Gallicas multum faciant, etiam hanc Pacificationem, quam idem *Mar-*

*ta*

(m) Marta d. tract. lib. 1 cap. 40. n. 5. (n) Matthæ. in vitâ Henrici IV. libr. 2. nartat. 2, 5. & lib. 3. narrat. 1. 2. 3 4. lib. 4. narrat. 1.

*ta* (o) poſt *Matthæum* & alios latinè tradit, hic inſerere placuit.

(o) Mart. d, cap. 40.

# Capitula Pacis

## Inter Regem Chriſtianiſſimum & Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, firmatæ ſub die 17. Januarii Anno 1601.

1. Quòd præfatus Sereniſſimus Dux cedit, transfert, ac relinquit *Chriſtianiſſimo Galliæ Regi* ſingulas regiones ditionesque *Breſſæ Burgei*, *Verominis*, & generaliter quicquid ad eum pertinere poteſt, usque ad flumen *Rhodani* complectendo ipſum flumen, ita ut ab exitu *Genevæ*, totum dictum Rhodani flumen ſit Regni Galliæ, ſpectetque ad ipſum Regem eiusq; poſteros. Suntque ex oris quarum ut ſuprafacta eſt ceſſio, cum ſingulis earum pertinentiis, tâm in dominio, juſtitia, ac ditione, Vaſallis & ſubditis, omnique recto

nomine, ratione & actione, quæ pertinere poſſent, ad ipſum D. Ducem in prædictis regionibꝰ aut ratione vel cauſa ipſorum. Nihil igitur ſibi reſervat, ac retinet, præterquam quod opportunitate tranſitus, ipſi Sereniſſimo Duci remanebit *Pons Greſin* ſuper dictûm fluvium Rhodani, inter *Cluſam* & | pontem *Arli*, quæ res ob præſentem tractatum, erunt ipſius Chriſtianiſſimi. Sed ultra Rhodanum remanebunt penes ipſum D. Ducem Parochiæ, *Lea*, *Aueran*, & *Chezerii*, cum omni eorum agro, inter flumen *Gaucernies*, & *Logan* Montanæ appellatæ Granerędus, usq; ad locum dictum *Reviera*. Et poſt dictum fluvium Gaucermes locus nuncupatus *Negrocomes*, ad ingreſſum viciniorem eundi, ac tranſeundi ad Burgundiam: hoc addito pacto, ne penes ipſum D. Ducem facultas ſit, ullam inibi *arcem ædificandi*: tranſitus autem liberè remanebit per dictum pontem Greſin, & quicquid etiam eſt reſervatum, tàm per ſubditos ipſius Regis, quàm per omnes alios ituros & reverſuros in Galliam, ſine aliquâ illorum itineris

neris moleſtiâ, perturbatione ac impedimento: transeuntes tamen exercitus & militum copiæ pro ipſo Sereniſſ. Duce, ſive altero Principe attingere nunquam valeant regionem ſeu oppida Regis Chriſtianiſſimi, niſi priùs licentiâ impetratâ ab eius Majeſtate, ſive Gubernatoribus vel Genrealibus Præſidentibus: nec ſubditis dictæ Majeſtatis aliquod inferent incommodum.

2. Et ut affectum reduci poſſint omnia ſupra dicta, Sereniſs. Dux rediget in poteſtatem Regis Chriſtianiſſimi, ſive à ſuà Majeſtate deputati, arcem *Burgi* in eum, quo reperitur ſtatum, nihil demoliendo, vaſtando, nec deſtruendo, cum omnibus tormentis bellicis, pulvere & aliis præparatoriis bellicis, quæ inerunt in dictâ arce, cum tradita fuerint.

3. Et inſuper inita eſt conventio, quòd ipſe Sereniſs. Dux cedat, transferat & relinquat Majeſtati *Ripas* trans Rhodanum, loca, oppida & pagos Haiie, Cauſi, Ameſſi, Pontis *Arli*, *Seiſſel*, *Chiava* & *Perrachiaſtol* cum omni ſuperio-

perioritate, juſtitia, dominatione omnibusq; emolumentis, quæ ex præhabitis locorum ceſſionibus & ipſismet colonis deduci poſſunt, non aliter comprehendendo in his plurimos præfatorum locorum eorumque agri defectus.

4. Item ipſo D. Dux dictæ Majeſtati transfert, relinquit ac cedit Baroniam ſive poteſtatem *Gez* cum omnibus acceſſionibus, pertinentiis, & juribus, eodemque modo, quo ipſe D. Dux eiusque Prædeceſſores potiti ſunt, & ſine ullâ reſervatione atque retentione, præter illud, quod eſt ab alterâ parte Rhodani, exceptis tamen locis atque pagis *Aire, Cauſi* & *Ameſi*, ſuperius exactè nominatis, & cum conditione, quod omnia ſupradicta çeſſa & conceſſa ſint unita, & *incorporata Coronæ Galliæ Regis*, & deinceps æſtimentur de dominio & patrimonio eiusdem Coronæ, à quâ, nullâ unquam occaſione, nullo unquam tempore ſeparari neque alienari valeant, ſed ſemper ſint in loco & natura locorum permutatorum, de quibus infrà.

5. San-

5. Sancitum eſt etiam, ut ipſe Dux reddat & reſtituat in effectum dictæ Majeſtati, vel à dictâ Majeſtate ad hoc ſpecialiter deputatis, locum, vallem & cætera oppida *Caſtri Delphinii*, ſimul cum turri pontis, & omnia, quæ ex *Delphinatu* occupata fuerunt, ab ipſo Sereniſs. Duce, vel ejus dependentibus in eo ſtatu, quo nunc reperiuntur, ullam rem quovis pacto minimè demoliendo, vaſtando, aut ullo detrimento afficiendo. Imò pulverem, pileas, tormenta, aliasque bellicas copias in dictis locis hoc tempore manentes deſeret: Sed milites, turmaque militaris, & alii ex dictis præſidiis exeuntes, poterunt curare ut extrahantur eorum ſupellectilia: eis tamen non liceat exigere rem aliquam ab incolis dictorum caſtrorum, vel provinciæ, neque aliquod ad ipſos incolas pertinens extrahere.

6. Item quod ipſe Chriſtianiſſim9 Rex jubeat, ruendam, demoliendam, & funditùs evertendam eſſe arcem *Boccedelphini*, quæ inſtante præſenti bello

con-

condita fuit, & Sereniſs. Dux pro tranſitu ei conceſſo ſupraque nominato & reſervato, ſolvent ſummam centum millium Scutorum, pretio in ſingulis trium Francorum, monetæ Gallicæ, vel tantidem in hac Lugduni civitate, quibus onus exigendi ab ipſa Majeſtate impoſitum fuerit, videlicet quinquaginta millia hoc præſenti tempore, cùm primùm Arx *Carbonera* reſtituetur ſibi, & reliqua quinquaginta ab hinc ſex menſibus.

7. Et ob cauſam dictarum ceſſionum omnia tormenta bellica, pulvis, & commeatus acquiſiti à ſua Majeſtate, ſibi omninò reſtabunt. Et virtute præfatorum omnium ipſe Rex pro quiete pacis contentus eſt relaxare, cedere & transferre ipſi Duci eiusque hæredibus & ſucceſſoribus, prout nunc relaxat, cedit & transfert omnia ſua jura, nomina & actiones, & omnia & quæcunq; prætendi poſſunt à Regibus & Galliæ Delphino ſuper *Marchionatu Saluciij*, cum ſuis pertinentibus & dependentibus; Item ſuper locis *Centales Mont* & *Ar-*

*cis*

*cis Sparveriæ,* nihil ſibi reſervando & retinendo: Itemque ipſe Rex Chriſtianiſs. quietavit, remiſit & renunciavit D. Sereniſs. Duci omnia tormenta bellica, & copias repertas in dictis caſtellis dicti *Marchionatus* & *Centalis* de anno 1588.

8. Pollicetur etiam ipſe Rex óperam dare, & in effectu reſtituere ipſi Duci, reverà & perfectâ fide, vel cui ab ipſo Duce dabitur ad id facultas, totam regionem præſidia & loca, quæ nunc reperiuntur occupata, & à ſua Majeſtate, vel ſuis famulis detinentur, & acquiſita fuerunt ab ipſo Duce poſt ann. 1588. & omnia prædicta reſtituere eo modo & formâ, prout ad præſens reperiuntur, nihil ullo pacto demoliendo, vaſtando aut detrimento afficiendo.

9. In reſtituendis dictis præſidiis, poſſit ipſe Rex Chriſtianisſimus extrahere omnia inſtrumenta bellica, pulverem, pileas, vectigalia, cæterosque commeatus, qui tempore reſtitutionis prædictæ reperientur intus dicta præſidia: imò etiam milites, & omnis gens militaris,

cæte-

cæterique ex dictis caſtris exituri poterunt operam navare, ut eorum ſupellectilia, ad eos ſpectantia tollantur, omni eisdem ereptâ poteſtate exigendi rem aliquam à dictorum locorum incolis, vel vicinæ regionis, vel iſtorum aliquid diſtrahendi.

10. Utriusque partis *reſtitutio* fiet ſtatim quòd præſentes compoſitiones ratæ, firmæ & completæ fuerint, videlicet ipſe Dux curabit, ut reponatur in manibus ſuæ Majeſtatis, aut illorum, quibus á ſua Majeſtate impoſitum fuerit, *Arx Burgi*, cum tormentis bellicis, pulvere, pileis, omnibusque commeatibus, qui intra dictum caſtellum repe-riuntur, poſt hanc reſtitutionem, Rex Chriſtianiſſimus curabit etiam, ut reſtituantur loca & caſtra *Chamberi* & *Momigliani* ipſi Sereniſs. Duci, qui illicò imponat & mandet, ut reddatur caſtrum *Delphini*, cum omnibus ſuis membris, ut ſuprà dictum eſt, quæ omnia cùm re ipſa, perfecteque ab ipſo Duce peracta fuerint, reſtituentur eidem infra menſem *Vallis* & *Vicariatus Barcellonectæ*, o-

mnia-

mniaque ſalia præſidia & loca præſenti tractatu promiſſa, eidemque rationabilis ſecuritas pro ut volet, tribuetur.

11. Omnes *ſcripturæ*, *tituli & documenta*, quæ adhiberi poſſunt in juſtificandis juribus, rerum invicem inter ſe permntatarum, reſtituentur, & revera reddentur tàm ex una, quam ex altera parte.

12. Dicta Majeſtas non teneatur pro *retributionibus*, *donis & aſſignationibus* factis ab ipſo Sereniſs. Duce vel ejus Prædeceſſoribus, ſuper terris & dominationibus per illum ſuæ Majeſtati ceſſis: Nec teneatur ratas habere *hypothecas* ſuper eisdem factas; ſed ratione *venditionum* & *alienationum* ad *titulum oneroſum* peractarum ſub formâ conſueta & requiſita veritate ante hanc ultimam diſſenſionem S. M. in hoc devicta ſit, ſicuti etiam Ser. Dux, & non priùs, idem obſervetur, circa *dona*, *remunerationes*, & *alienationes*, in d. rebus á S. M. ceſſis.

13. Quas ob res, ac etiam ob tractatum

*Vervini*, pax erit à die & datà præſentis tractatus ſtabilis amicitia & proba vicina inter prædictos, Regem Chriſtianiſſimum & Sereniſs. Ducem, eorumque filios natos, naſcituros, eorumque hæredes & ſucceſſores, eorum regna, regiones & ſubditos, erepta qualibet poteſtate, aliquod facinus ineundi, cum detrimento aliquorum, ſive eorum regionum ac ſubditorum, quâcunque ex causâ ſive prætextu, ſitque commercium liberum inter ſubditos, & regiones utriusque Principis, ſolvendo tamen jura & impoſitiones á propriis ſubditis regionis ſolvendas.

14. *Subditi* & utriusque partes *ſervi*, tàm *Eccleſiaſtici*, quàm *ſeculares*, quamvis adverſæ parti fuerint famulati, ſummâ cum pace revertentur, cumulateq; fruentur omnibus eorum *bonis*, *officiis* & *beneficiis*, prout continetur in ſeptimo articulo dicti tractatus *Veruini*, ereptâ omni Gubernatoribus facultate quicquam agendi ſive perturbandi.

15. Omnes *captivi*, atque cæteri, qui belli occaſione, ab utrâque pare detinentur

nentur, in libertatem reſtituantur, ſi ſolverint impenſas, atque omne æs alienum, quod jure debent, nec teneantur ad debitum talionis, niſi jam prius convenerint de ſolvendo eo. At ſi in conditionibus erit exceſſus, vel ipſæ conditiones eſſent exorbitantes, ordo ab eo Principe ponatur, in cujus regionibus erunt.

16. Quilibet *in carceribus* detenti ſubditi præfatorum Regis & Ducis, præſertim ex *Marchionatu Salutii*, aliorumque locorum, quorum ceſſio facta eſt, qui ob belli calamitatem poſſent detineri in triremibus dictorum Principum, promptè *in libertatem* reponantur, amotâ facultate aliquid ab eis requirendi, nec ex causâ redemptionis, nec propter expenſas ſibi factas,

17. Omnes *proceſſus*, *judicia*, *arreſta*, *ſententiæq;* prolatæ ab anno 1588. in ſubditos Marchionatus *Salutii* reliquorumque locorum, de quibus ceſſio à dicta Majeſtate facta fuit, & poſt hæc noviſſima bella à *judicibus & conſiliariis ordinariis in Sabaudia Breſſâ*, cæterisque locis recu-



Digitized by Google

peratis à S. M. conſequentur, eorum plenum, integrumq́; effectum. in quibus ſint ſalva jura ipſis, quomodo libet competentibus: Verum ſi ſententiæ in contumaciam latæ fuerint, aut lite non conteſtata, ſint nullæ, nulliusque effectus, tanquam prolatæ non eſſent, & quoad inſtantias indeciſas non judicatas, nec peractas, cognitio ſit officialis illius Principis, ad quem pertinebit.

18. Incolæ & Subditi otarum & regionum ad invicem datarum, ob præſentem tractatum nullâ moleſtiâ afficiantur, nec quovis modo vexentur, ſi famulatum præſtiterint parti contrariæ, vel qualibet aliâ præliorum præteritorum ratione, immò *redintegrentur in plenâ poſſeſſione & dominio omnium & quorumcunq; bonorum, rationum, graduum, privilegiorum, immunitatum* & omnium eorum *mobilium*, quæ tunc reperientur, iisq́ue liceat, prout libuerit ire, recedere, ſolumq́; vertere, poterunt etiam omnibus bonis frui, vendere, commutare & & ad liberam voluntatem quomodo libet diſponere.

19. Et

19. Et quia incolæ *Marchionatus Salucii* & aliorum locorum, de quibus dicta ceſſio à S. M. facta fuit, eorum facultatibus potiti non fuerunt, poſt pacis tractatum *Vervini* factum reſtituentur, & dabuntur *immobilium bonorum fructus* olim non habiti, atque *cenſus* ac *proventus*, ex illo tempore, quo potiti non ſunt, poſt dicti tractatus *Vervini* proſcriptionem usque ad initium noviſſimi belli, & circa *officiales Salucij*, & alios, qui ſerviverunt Regibus Galliæ in *Pedimontium* regionibus, potientur immunitatibus & exemptionibus eis datis & conceſſis temporibus præteritis in aliis tractatibus à Regibus *Carolo IX. & Henrico III.* cum eodem Dn. *Duce Sabaudiæ* initis, & poſteà confirmatis à Duce regnante.

20. Pollicetur etiam Sereniſſimus Dux omnes *officiales* & alios *Salucii incolas*, atque aliorum locorum à S. M. ceſſorum, nequaquam moleſtiâ afficiendos eſſe, vel vexandos, aut jure vel injuriâ quovis modo agitandos, ob aliquã occaſionem præteritorum bellorum inter d. M. & d. Ducem, immo in libertate,

eorumq; ſecuritate conſervabuntur, ut tranquillè, pacificè & libere fruantur eorum bonis, & quod ad regionum onera & gravamina pertinet, illi nimium non gravabuntur, ſed potius leniter atque benignè, ut condemnati à S. M. accipiantur, de quibus ipſe Seren. Dux litteras dabit, ac privilegia in formâ validâ.

21. *Antiſtites ordinarij* S. M. ſubditi habentes beneficia ad ſuas collationes in oris d. Dom. Ducis poterunt conferre dicta beneficia cùm opus fuerit, & qui ritè & canonicè electi fuerint, fructibus eorum beneficiorum fruentur ſine ullâ eorum moleſtiâ, atque incommodo, idem ſervabitur, quantùm ſpectat ad beneficia ſita in Francia, quorum collatio ſpectat ad Antiſtitem alicujus ex regionibus d. Ducis.

22. Rationes quas contrà d. Ducem prætendit, reſervatæ ſunt d. Majeſtati, ſi ſequatur, quod continetur in tractatu facto ſub anno 1599. in caſtro *Cambreſi* & *Taurini* ſub anno 1574.

23. Quod d. *Dux Nemours* & *Genevois*,

qui

Digitized by Google

qui ſolebat posſidere & habere omnia oppida, tributa, collationes & cenſus à ſuo *appanagio*, emanantes ſub ditione Sereniſs. Sabaudiæ Ducis, eosdem virtute præſentis concordiæ deinceps habebit ab utroque Principe, ſcilicet *ſua Majeſt.* & *Duce Sabaudiæ*, qui illum benignè ut bonum conſanguineum promiſerunt habere, illiusque habere rationem, ut nec juribus, nec auctoritatibus, quæ ex *appanagio d. Ducis Nemours* exſtant, contraveniatur, vel aliquo modo derogetur, ut illis pacificè potiri poſſit, juxta ſententias, conditiones & conventiones dicti ſui *appanagii*; & inſuper promiſerunt, quòd ſi deinceps aliqua differentia reſpectu d. *Appanagii* orietur, ſummariè familiariter & amicè ſine proceſſu diffiniri mandabunt.

24. Item ad inſtantiam Illuſtriſſimi & Ampliſſimi Legati, nomine ſuæ Sanctitatis factam, ſancitum fuit, ut *omnes copiæ militares* vel paratæ, vel ſtipendiis unitæ, cauſâ hujus noviſſimi belli dimittantur, tàm in *Galliâ*, quàm in *Germaniâ* infra menſem, poſt hujus præſen-

tis tractatus publicationem, ut quisque valeat univerſali pace gaudere, & quiete promiſſa, in dicto tractatu *Vervini*, qui *confirmatus eſt in omnibus punctis & articulis*, præterquam quòd per præſentem tractatum mutatum eſſet, vel expreſſè derogatum.

25. Ob majorem ſecuritatem hujus tractatus, omniumque ejus rationum, pactionum, articulorumque in ipſo contentorum, ipſe idem tractatus publicabitur, & acceptabitur in *Parlamento Pariſienſi*, & inibi regiſtrabitur, ſicuti etiam approbabitur in Senatu *Chamberi*, atque in Senatu *Taurini*, & in quibuslibet aliis locis ſolitis, cujus publicationis, ratificationis, atque regiſtrationis ab utraque parte literæ Patentes præſtabuntur, infra tres menſes poſt publicationem hujus præſentis tractatus.

26. Qui articuli & capita ſupra nominata & comprehenſa, & quantum ſingulis iſtorum, tractatum, transactum, & ſtipulatum eſt per ipſos deputatos à præfatis & Principibus, qui vigore facultatis & auctoritatis eisdem demandatæ,

datæ, & ſub illorum nominibus promiſerunt, & promittunt ſub obligatione omnium & ſingulorum, bona præſentia, & futura dictorum Majeſt. & Sereniſs. Ducis, & quod ab ipſis inviolabiliter obſervabuntur, & ad effectum deducentur; Et amplius pollicentur, quod ſibi alter alteri litteras authenticas ratificationis dabunt, approbatas, ſubſcriptas & obſignatas, quibus totus præſens tractatus inſertus erit, idque efficietur intra menſem, à die & datâ præſentis tractatus. Præterea d. Majeſt. & d. Dux, *in Corona* eorum, quos ſuo arbitratu eligent, omni *ſolenni modo jurabunt* exactè bonâ fide, & realiter obſervare, quantum in d. articulis continetur &c. In quarum rerum fide d. *Legatus*, & præfati Domini *Deputati* ſubſcripſerunt eorum proprio nomine præſentem tractatum Lugduni die 17. Februar. anno 1602. Concluſa Pax anno 1602.

*Petrus Cardinalis Aldobrandinus.*
*Nicolaus Brulart de Sylleri.*
*Franc. Arconatus.*

*Petrus Feherinus.*
*Renatus de Luſigne.*

Pace tum *Vervinenſi* inter Hiſpaniarum & Galliæ Reges, cùm etiam prædictâ *Lugdunenſi* inter Gallum & Sabaudum omni ex parte concluſâ firmataque univerſus orbis Chriſtianus exultare videbatur, anxius tamen & dubius, tàm quòd prudentes & rerum periti fluxam Regum, atque eorum, à quorum conſiliis dependent, fidem non ignorabant, quàm quoque quia ſtatim graviſſimæ ſuſpicionum cauſæ emergebant. Ann. 1602. *Hiſpani* enim *Comite Fontium Mediolanenſium Gubernatore* auctore, *Finarienſem Marchionatum* invadebant, eiusq; portum occupabant, muniebantque, quæ res Gallis plane ſuſpecta accidit. (p) Quam ſuſpicionem mirificè augebat, quòd Dux *Bironius Burgundiæ Gubernator*, atque cum hoc alii, erga Henricum Galliæ Regem, vel quòd acatholicis in Regno plus nimium tribueret, vel etiam quia hæreticos Belgas pecuniâ juvaret, malè affecti, occulti

(p) pet. Matth. in vitâ Henrici IV. lib. 5. narrat. 1. Vide tamen de hoc Finarienſi Marchionatu Imperii feudo Menoch. & alios JCtos in cauſa Finarienſi.

Digitized by Google

ti quid contra eundem molirentur, quod licet *Bironius* carceri tandem mancipatus pernegaret, juſſu tamen Henrici Regis capite truncatus eſt. (q)

(q) Matthæ d. lib. 5. narrat. 2. 3, & ſeqq.

E contrà *Hiſpanos* non parùm mordebat, quòd *Galliæ Rex* undique circumvicinorum Regum & Rerumpublicarum amicitiis Regni ſui ſtatum ſtabilire, Hiſpanæque fidei & auctoritati non parùm detrahere dicebatur. Cum *Helvetiis* enim novum arctiſſimumque fœdus contraxerat, quem tractatum idem *Matthaus* (r) Henrici hiſtoricus graphicè deſcribit, additque eò magis Helvetiis Galli amicitiam plauſiſſe, quòd Rex eosdem in ſolenni convivio veterum Helvetiorum & Germanorum more tractaſſet, atque, aureis torquibus donaſſet. Accedebat quod Galliæ Rex *Superioritatem*, quam olim ſuprà *Comitatum S. Pauli* & provincias *Atrebatenſem Hannonienſemque* prætenderat, ſed ſuperioribus Pacificationibus, *Madritanâ* aliisque remiſerat, nunc cùm *Albertum Archiducem* bello *Belgico* implici

(r) Matth d. lib. 5. & 6.

plicitum videret, ſib rurſus tribuere conaretur, quod promiſſis omninò contrarium judicabant. (t) Quinimo licet Galliæ Reges, aliquot Pacificationibus promiſerint, atque in noviſſimâ *Vervinenſi art.* 2. hiſce verbis diſertè cautum fuerit (*omnem ſibimet ipſis cauſam damni inferendi, viciſſim fugiunto, nemini quavis apertâ vel ficta ratione, in cujusvis eorum jacturam favento, finem cuivis diſſidiorum generi imponunto, omnia fœdera quovis modo cum aliis habita, quæ utrique eorum detrimentum eſſent allatura, hujus pactionis vi ac robore pro irritis habendo.*) Quod omnes confœderationes, maximè cum alterius Subditis, irritæ eſſe deberent, Henricum tamen Regem non deſtitiſſe, poſt ſolemnem illam & à ſe juratam Pactionem, quin *Auſtro-Hiſpanorum* ſubditos rebelles *Belgas*, militum & pecuniarum ſubſidiis juvaret, quod certè factum quamvis nullo modo juſtificari poſſet, atque a Pontifice *Clemente VIII.* teſte *Cardinale Gallo Oſſato* (u) pro

(t) Contin. Tarcagnotæ d. part. 5. l. 10. (u) Card. Oſſatus epiſt. 327.

Digitized by Google

pro iniquo habitum fuerit, ab *Henrico* tamen ejusque *Succeſſoribus* hactenus continuatum eſſe conſtat.

Referemus quoque & alias cauſas, quæ ſucceſſu temporis emerſerunt, quarum occaſione Pax illa (ſi veteres *Gallorum* rumpendi modos intueamur) inter utramque *Auſtro Hiſpanam* & *Gallicam* domum facilè violari potuiſſet, niſi Deus ſingulari gratiâ & amore in miſerum populum Chriſtianum, id avertiſſet, quæ nihilominus ad id inſervient, ut exinde videamus, quàm lubricæ plerunque ſint, hæ *Magnatum pactiones*, & ſi non directò, quæſita tamen occaſione extrinſecâ, ab illis ſecedere ſoleant; *Dux Sabaudus*, jam pridem *Gallo* reconciliatus, ex causâ veteri *Genevenſibus* infeſtus, civitatem illam ſtratagemate occupare tentabat, res male ceſſit, quod ubi *Sabaudus* aperto Marte perficere conſtituiſſet, *Gallus* contra *Saubaudum Genevenſibus* auxilia & protectionem promiſit; nec defuiſſe etiam *Hiſpanum Sabaudo* facilè credendum eſt, niſi partium hoc diſſidiū maturè compo

ſitum

ſitum fuiſſet. (vv) Circa idem ferè tempus de *Argentoratenſi Epiſcopatu*, grave ſatis & funeſtum exortum eſt bellum, inter *Cardinalem Lotharingium* & *Marchionem Brandeburgicum*, quod tamen interventu *Regis Galliæ* (y) (non ſine myſterio) quodammodo ſopitum eſt. Præterea *Gallos* cum civibus, præcipuis urbis primariæ, *Regni Navarræi Pampellonæ*, ad recuperandum & obtinendum
Ann. 1604 tale Regnum (cujus tamen controverſia ſuperioribus pacificationibus ſopita fuerat) circa idem tempus conſpiraſſe ſcribitur, quam tamen perfidiam *Domini de Villeroi* Galliæ Regis in Hiſpaniâ legati ſubſtitutus ad Hiſpanum retuliſſe, propterea creditur, quòd civium plus quam ducenti in civitate *Pampellona* ſecuri percuſſi fuerint, de ſubſtituti quoque illius morte agit *Matthæus*. (z) Cæterùm de *Ducis Nivernenſis* Galliæ Principis in Ducatum *Clivenſem* ſubitaneâ expeditione, ut propriâ auctoritate, Cæſaris Majeſtate neglecta prætenſam dotem extorqueret: Deque *Bironii*

(vv) Matthæ. d. libr. 5. narrat. 7. (y) Mercur. G. B. tom. 5. lib 1. (z) Matthæ. in vit. Henrici 4. lib. 4. 5. Mercur. d. tom. 5. lib. 4

*ronii Ducis* non ita pridem in *G*allia ob prætenſam cum *Hiſpanis* conſpirationem decapitati, conſociis inter quos numerabatur Dux *Bullionæus*, quem Galliæ Rex propterea bello petebet; Ac demum de *Venetorum* cum *Pontifice* gravisſimis controverſiis, eorumque excommunicatione, omnia hæc incidebant tempora, atque (prout aliis temporibus ut plurimum accidit) alterutri partium vel *Pontifici* vel *Venetis* ſeſe jungendi occaſionem præbere, ſive etiam (quod aiunt) novam cauſam rumpendi dare potuiſſent, niſi Deo ſummo Pacis auctore ſic volente, & quia utraque Sereniſſima domus bellis feſſa, enervata & debilitata, ut ultrò à mutuâ cæde abſtinere, quàm humanum ſanguinem ulteriùs effundere voluiſſe credatur, nunc plura tractare ſuperſedeo.

Ann 1605 1606. 1667.

*Germania* noſtra jam per aliquot ſecula, ſub *Ferdinando I. Maximiliano* & *Rudolpho II.* pacificis Cæſaribus, poſt *Auguſtanam Pacificationem*, de quâ ſupra *cap.* 9. in ſuis viſceribus quieverat, licet intereà Auguſti, in Hungariâ, atque Hiſpani-

ſpaniarum *R*ex Philippus III. per mare per terras alibi contra communem Chriſtianorum hoſtem *Turcam* prælia-ri, flagrantique bello *Belgas* Hiſpano in-obedientes perſequi neceſſitate quaſi adacti fuerint; nec tamen extrinſeca hæcce, & armorum inter ipſos conci-ves quies, quorundam internas animi *Paſſiones* omninò frænare potuit, quin non aliquando prorumperent, & malum futurum præſagirent; Pax Auguſtana utcunque tam in prophanis quàm Ec-cleſiaſticis ſatis clara eſſet, & ſi forſan dubium incidiſſet, id publica auctoritate interpretationem accipere potuiſſet, non defuêre tamen, qui plurima ſuo ce-rebro declarando & metiendo, tùm verbis cum ſcriptis literiſque, non ſo-lùm æquales & conſtatus, ſed ipſum et-iam Cæſarem laceſſerent. (aa) Ex quo demum (ut nunc brevitati ſtudeam) ef-fectum, quùm in cauſis prætenſis dubiis, *S. Cæſarea Majeſtas*, atque *ſuprema Im-perii tribunalia* ſpernerentur, & juſtitia pedibus quaſi conculcaretur, è contra non

(aa) Auctor. turbati Imper. ſtatus Ungersdorff, & a-lia eius temporis ſcripta.

non niſi de *unionibus, correſpondentiis* aliisque confœderationibus bellorum inteſtinorum præſagiis ſermones ſpargerentur, ut quæ actiones & negotia legitimo juris tramite decidi impedirentur, armis dirimi neceſſum fuerit; *Donavverdenſes* (bb) à ſe initum fieri voluerunt. Ab his enim *Abbas S. Crucis*, Cœnobii intra ejusdem civitatis mœnia Prælatus, cùm Proceſſiones publicè per forum inſtituere, more hactenus in urbe iſtâ uſitato, conaretur, & jam urbem egreſſus, Sacra in pago quodam peregiſſet, in reditu malè excipitur, tractaturq́; , turbatione & violentiâ hâc ad Cæſarem delatâ, & quoniam aliâ ratione & viâ cives in ordinem redigi non potuerant, à Cæſareâ Majeſtate Seren. Bavariæ Duci Maximiliano executio demandata fuit facta, ac pro merito inobedientes caſtigati; Quam rem nonnulli Proceres maximè verò Principes & Status *Circuli Suevici Lutheri* doctrinæ addicti ægrè tulerunt, atque Ann. 1607

N *Vlma*

(bb) Mercur. G. B. tom 7. libr. 3, & exſtant de cauſa Donavverdenſi Scripta anonyma.

*Ulmæ* Conventum inſtituêrunt, ſed adventantibus etiam Cæſareis legatis, qui Statibus negotium & juſtitiam neceſſariæ expeditionis explicarunt, non niſi interceſſiones ad S. Cæſ. Majeſt. & reliquos Imperii Electores Principes pro Donavverdâ decretæ ſunt. (cc)

(cc) Mercur. de lib. 3.

Verum quæ de Germaniæ Principum inter ſe, & cum Cæſare clanculum natis diſſidiis hactenus dicta, & quæ de majoribus ſubſequuturis prudentes omnes Ann. 1608 ominabuntur, ſtatim eo tempore id impedimenti attulerunt, ut quamvis Cæſar Comitiis *Ratiſponæ* indictis, per *Ferdinandum Archiducem*, præclara aliquot atque Reipublicæ ſalutaria negotia ibidem conſultanda & de liberanda proponi curarit, Comitia tamen ſine ullâ capitum & rerum, ad quietem tutelamque Imperii ſpectantium Ann. 1609 tractatione vel conſultatione finita fuerint. Fatalis quoque fuit, internis Germaniæ motibus, *Johannis Guilielmi*, ultimi ejusdem Proſapiæ *Juliacenſium*, *Clivenſium & Bergenſium* Ducis &c. (dd) inte-

(dd) De cauſa & ſucceſſione Juliacenſi, exſtant discurſus Hiſtorico-Politici: item Apologia Saxonica, atque alia Scripta complura.

interitus ſine omni prole, Ampliſſimas defuncti provincias nonnulli ex parte ambiebant, alii ex aſſe, Inter priores fuere *Comites de Marca. Bullionenſis* reſpectivè *Lumaxenſis*, & *Carolus Gonzaga Dux Nivernenſis* Galliæ nationi & partibus adducti; Cæterum proximiores eſſe dicebantur *Saxoniæ & Brandenburgici* Electores principesque, & *Wolffgangus Wilhelmus* Comes Palatinus Rheni *Neoburgicus* &c. quorum jura inter ſe quoque adhuc incerta dubiaque erant, &, licet Cæſareo judicio Gordius hic nodus ſolvendus, litigioſa tamen hæcce hæreditas, Auſtro-Hiſpanæ domus æmulis & hoſtibus, non ſemel, *ſolito protectionis juris prætextu*, in Imperio motus novos ciendi occaſionem dedit, atque adhuc ſub judice lis eſt, incerti quid alter annus vel dies feret.

Monuimus ſuprà hoc capite in principio, quemadmodum inter *Philippum II. Hiſpaniarum Regem & Ordines* quosdam *Belgii*, periculoſiſſimi motus excitati fuerint, qui cum hactenus nullâ pacis ratione ſopiri potuerint, in gra-

viſſimum bellum proruperunt; Quoniam verò *Belgicæ* hæ *provinciæ* ad Imperium pertineant, atque hujus Superioritatem Majeſtatemque ſemper agnoverint, nec negari poſſit, quin *Gallorum* ope & ſubſidiis, Belgarum hæc rebellio adjuta, aucta totque per annos continuata

Ann. 1609. Induciæ Belgicæ.

ſit, *inducias* Galliæ *R*egis aliorumque vicinorum conſilio, toties tractatas, hoc demum anno, poſt multos labores & diverſa partium ſtudia concluſas, inſerere hîc placuit, negotium autem hoc deſcribit *Domin. Baudius* (ee) cujus *Capitula* hæc eſt:

(ee) Dom. Baudius de induc. Belg. per tot. & in fin. Neumei tract. von Friedens-Händeln cap. 6

I. Primùm *Sereniſſimi Archiduces* tàm ſuo, quàm Regis *Hiſpaniarum* nomine declarant ſe paratos eſſe cum Ordinibus *unitarum* Provinciarum agere, *tanquam cum libero populo*, † ſuis legibus, moribus, atque inſtitutis utente, in quem nihil juris prætendunt, quemadmodum nunc præſentem induciarum contractum cum iis inierunt, ſub pactis & con-

† De hac qualitate vide Alex. Patrit. in Marte Gallico lib. 2. cap. 5.

Digitized by Google

& conditionibus, quæ deinceps ſubjiciuntur.

II. Ut per XII. proximè ſequentes annos, firmæ, fidæ, & inviolabiles ſint ac ſerventur Induciæ, quibus labentibus ſuperſedebitur *ab omni actu hoſtilitatis terrâ mariq; fluminibusq;*, inter ſubditos, incolas & advenas Regis Hiſpaniarum Archiducumque & Ordinum confœderatorum ſine ulla exceptione locorum perſonarumvè.

III. Utraque pars placidè pacificeque retineto ſalvam & incolumem *poſſeſſionem regionum, urbium, locorum, terrarum & Dominorum*, quæ nunc detinet, absque ulla injuriâ & moleſtiâ, Quod & locum obtinebit, in pagis, vicis ac territoriis, quæ inde expendent.

IV. *Subditi & iuquilini utriusque partis* tàm Regis & Archiducum, quàm fœderatorum Ordinum, invicem colunto mutuam benevolentiam, & amicitiam; nec fas jusque eſto præteriti temporis *damna vel offenſiones ulciſci* aut exprobare ſuntoque libera utrinq; *negotiandi commercia* per *terras*, per *maria*, per *flumina*.



Digitized by Google

Quod tamen Rex Hiſpaniarum cupit reſtringi ad regiones, terras ac provincias, quas poſſidet *in Europa*: vel ad alia regna dominiaque, quò Regum ac Principum amicorum ſubditi negotiandi causâ commeare ſolent. Ab iis verò locis urbibus, portubus atque inſulis, quæ extra fines prædictos ſub eiusdem Regis Imperio ſitæ ſunt, Ordines eorumque ſubditi abſtinendo, neq; eò commerciorum causâ proficiſcuntor niſi impetrato Regis conſenſu commeatuq;. Quod verò attinet ad loca, quæ aliis Regibus, Proceribus aut populis ſubjecta ſunt, etiam extra limites Europæos, liceto Ordinibus eorumque ſubditis iis in locis ac regionibus commercari ac negotiari, dum id fiat permittentibus locorum Dominis, nec ullam moram aut impedimentum objiciet Rex eiusvè Adminiſtri, Vicarii & Officiarii, quo minus Domini locorum eam libertatem ſuo arbitratu concedant, nec ipſis Ordinum ſubditis negotium aut moleſtiam faceſſet, minus eo jure commeandi mercandiq; liberè utantur.

V. Et

Digitized by Google

V. Et quoniam longi temporis tractu opus eſt, priusquam certiores fieri poſ, ſint, qui *extra fines Europæ* cùm inſtructu & navibus commercia exercent, ut ab omni hoſtilitate deſiſtant, placuit ex communi ſententia *initium Induciarum* fore demum intra annum ab hodierno die ſupputandum. Tamen ſi citius perveniat ad eos notitia pactorum conventorum, rectè & ordine, atq; ex bonæ fidei præſcripto facient, ſi ab eo tempore ſeſe ab omni actu hoſtili contineant. Quòd ſi *poſt illud ſpatium* ulla hoſtilitas admiſſa fuerit, damnum & injuria con ti nuò & ſine tergiverſatione reparabitur.

VI. Subditi & incolæ Regionum tàm Regis Archiducumque, quàm Ordinum fœderatorum ultrò citroque negotiantes, ne gravioribus *tributis*, *portoriis* ac *vectigalibus* onerentur, quàm ipſi earum regionum, ubi illa ſolvuntur, ſubjecti, amici & fœderati, qui minimis oneribus adſtringuntur.

VII. Subditi & incolæ Dominorum Ordinum eâdem *ſecuritate* ac *libertate* fruuntor in locis ac dominiis Regi &

Archiducum Imperio ſubjectis , quæ conceſſa ſunt ſubditis magnæ Britanniæ in tractatu pacis nuper cum ipſo conventæ , ſecundùm arcanos articulos, qui cum Comeſtabilio Caſtiliæ pacti fuêre.

VIII. Non eſto fas ſiſtere,aut manum injicere in mercatores, magiſtros navium, exercitores, nautas, nec in eorum naves, pecunias, merces, bona, quocunque prætextu id fiat, ſive ex causâ generalis aut ſpecialis mandati, ſive per occaſionem belli, ſive quæſito colore conſervandi defendendiq; fines. Nec tamē unà ibidem comprehenduntur, ſi quæ manus injectiones factæ ſunt per *legitimos Juſtitiæ tramites* ob debiti æris nexum & obligationes ritè contractas, quæ obtinebunt ſuum vigorem, & in iis ſervabuntur ſolemnes viæ ac formulæ iudiciorum.

IX. Et qūod ad *Commercia* attinet, quæ in Belgicis regionibus frequentabuntur, & ſi ex iuſtis querelis apparebit quædam *vectigalia* propter belli erogationes, & neceſſitates introducta modum

dum excedere, ut inde mutua negotiatio plurimum capiat detrimenti, propoſitis ab alterutra parte rationibus gravaminum, delegabuntur continuò judices, qui ſuper ea re cognoſcant, & ex communis conſilii ſententia, quoad eius fieri poteſt, omnia, ad moderationem debitam reducentur, ueque tamen, ſi id obtineri non poſſit, ideò violatas eſſe inducias exiſtimari debebit.

X. Si quæ *ſententiæ judiciaq́;* reddita fuerint in contrariarum partium ſequutores, tanquam incontumaces quorum defenſionem nemo ſuſcepit, tàm in civili, quam criminali cauſa, non poterunt *pendentibus Induciis mandari executioni*, nec adverſus perſonas, nec adverſus bona condemnatorum.

XI. Literæ *pignorationis* aut *repræſaliorum* non obtinebuntur pendente eo tempore, niſi ex dextro cauſa cognita, quibus caſibus id per leges & conſtitutiones Cæſarii Juris concedi ſolet.

XII. Fas jusq; ne eſto *appellendi ad portus, plagas*, promontoria alterius partis

cum tali numero navium, aut armatorum, ut *juſti timoris ſuſpicio* generari poſſit vim parari, niſi ex permiſſu eius, ſub cujus ditione loca illa ſita ſunt, aut niſi tempeſtatibus aliqua neceſsitate delati illuc fuerint, ad majorem vim, aut naufragii periculum effugiendum.

XIII. Hi horumvè *hæredes* aut *ſucceſſores* vel *mandatarii,* quorum bona belli, vel partium odio per manus injectionem capta, aut *fiſco* addicta fuerint, durantibus Induciis, ac privatæ authoritatis arbitrio, non implorato legum ac magiſtratuum auxilio vindicanto à quibuscunque poſſeſſoribus, eisque utuntor, fruuntor vi & vigore præſentis tractatus, etiamſi *in fiſci jus & naturam tranſierint*, aut per *oppignorationes*, *donationes*, *pacta*, *conventa*, *tranſactiones*, aut quascunque *renunciationum clauſulas* alienata fuerint ad excludendos eos, quibus jure competunt. Ita tamen ut de iis non ſit libera diſponendi poteſtas, alienandivè aut oppignorandi, niſi impetrata venia ab Archiducibus vel Ordinibus.

XIV.

Digitized by Google

XIV. Quod & locum obtineto in hæredibus *Principis Arauſionenſis* ex cauſa juris, quod ipſis competit in *Salmas Burgundici Comitatus*, quarum uſus fructus ipſis reſtituitor cum ſilvis & ſaltibus inde dependentibus. Et quod ad litem *Caſtellobelini* attinet, jam vivo Principe intentatam in ſupremo Senatu curiæ Mechlinienſis contra fiſci procuratorem Regis Catholici, promittunt & ſpondent Archiduces ſe bonâ fide daturos operam omnique ſtudio ac diligentia curaturos, ut ſententia ritè feratur intra anni ſpacium, ex quo lis conteſtata fuerit ſine ullа longinquiori mora vel comperendinatione.

XV. *Si à fiſco diſtracta* fuerint utrinq; bona, contenti eſſe debebuntii, ad quos ea iure & vi præſentis tractatus pertinebunt, uſuris ſex nummorum cum quadrante in ſingulos centum conſtitutis, quæ fideliter ſolventur, à poſſeſſoribus dictorum bonorum pendentibus Induciis, ſi autem illi non morâ fuerint, tunc

pro-

proprietariis è fundo prædiorum, & ex capite ac ſorte ſatisfiet.

XVI. Sed ſi ejusmodi bonorum *diſtra-ctio in Judicio* facta fuerit, ſervatis ſolennibus ob expungenda nomina juſta & legitima eorum, ad quos ea bona pertinebant, antequam fiſco addicerentur, licebit ipſis aut eorum hæredibus vel ſucceſſoribus ea redimere ſolvendo pretium intra anni ſpacium numerandum à die præſentis tractatus, poſt quod tempus non amplius comperet talis facultas. De *redemptis* verò ſtatuere ac diſponere pro ſuo arbitratu poterunt ſine interpretatione commeatus, aut illius indulti.

XVII. Hujusmodi tamen redemptio ſeu redhibitio non extenditor ad *ædes ſive domos, quæ in urbibus atq; oppidis ſitæ ſunt*, ſi quæ ex ea cauſa venditæ diſtractæque fuerint propter maxima incommoda ac detrimenta, quæ inde poſſent oriri contra poſſeſſores talium locorum, qui inſtaurandis iis aut reficiendis ingentes ſumptus impendiſſe potuerunt, quorum ratio futura eſſet,

&

Digitized by Google

& ſpatio longinqua, & factu minimè expedita.

XVIII. Quod verò ad *refectiones* & *meliorationes* attinet in aliis bonis divenditis, quorum *retractus* ſeu *redhibitio* vi præſentis tractatus permittitur, ſi quis eo jure ſe munitum putat idonei & competentes judices in rem præſentem venient, & cognita cauſa decretum interponent, manebuntque prædia, de quibus controverſia eſt hypothecæ nomine obligata pro dictis meliorationibus, ita tamen ut emptoribus non ſit fas jure retentionis uti quo illis ſolvatur aut ſatisfiat.

XIX. Si quæ *propugnacuca*, vel *opera publica* fuerint utriuque ædificata permiſſu & authoritate ſupremi Magiſtratus in is locis, quæ ſecundum formulam hujus conventionis reſtitui debent & proprietarii contenti eſſe debebant pretio & æſtimatione factâ per eos, qui juriſdictioni præſunt, niſi ex mutuo conſenſu partes inter ſe conveniant.

XX. Quod ad *Eccleſiaſtica bona*, *Collegia*, *Cœnobia*, & id generis *pia loca* attinet

quæ

quæ ſitæ in Provinciis unitis, ſpectantq; ad Eccleſias beneficia & collegia ditioni Archiducumque ſubjecta, quæ non venierunt ante Kal. Jan. anni cIↃ IↃ cVII. redduntor, & reſtituuntor, idq; privatâ authoritate ſine miniſterio apparitoris aut ordine Judiciorum, ut iis utantur, fruuntur, quamdiu durabunt Induciæ, non tamen ut habeant alienandi minuendivè facultatem, quemadmodum antea dictum fuit. Quæ verò ante dictum diem vendita erunt, aut ab Ordinibus quarundam Provinciarum in ſolutum data, reditus annui ex eâ cauſâ ſolventur, redactis uſuris ad decimum ſextum quemque nummum à Provinciâ, quæ hujusmodi bona vendiderit. Siremps lex, jus, cauſa eſto ex parte Archiducem.

XXI. Quibus *confiſcata bona* reſtituenda ſunt, non tenentur ſolvere reditus retrò lapſos, onera & officia prædiis aut hærediis annexa pro eo tempore, quo talia Jura non perceperunt, ac ſi quid moleſtiæ ipſis utrinque hoc nomine exhibeatur, abſolvuntor indemnesque dimittuntor.

XXII.

Digitized by Google

XXII. Siremps lex eſto, ſi quæ bona diſtracta conceſſavè fuerint *ſub conditione meliorationis refectionisvè*, nec alia jura vel onera vindicantor, quam quibus ſe devinxerunt poſſeſſores ex lege venditionis aut conceſſionis, cum uſuris nummorum in anteceſſum datorum redactis ad eum modum, quem ſupra diximus.

XXIII. *Res judicata, judiciaq́;* ob cauſam confiſcatorum bonorum pronunciata contra eos, qui ſubiecti fuerunt Jurisdictioni, aut ultrò conceſſerunt in Judicem, quique rectè & ordine defenſi ſunt, rata, firma & immota ſunt, nec alia pacto reſcinduntor, quàm per uſitatas Juris vias.

XXIV. Sereniſſimi Archiduces, & fœderati Ordines delegato Magiſtratus, & adminiſtratos aptos & idoneos, qui *jura judiciaq́, reddant*, ordinemq́ue conſtituant in iis locis, oppidis, caſtellis quæ proprietariis reſtitui debent utenda fruenda durante tempore Induciarum.

XXV. *Mobilia* bona *fiſco adjudicata*

&

& *fructus*, quorum dies ante hunc contractum initium ceſſit ne repoſcuntor, non reſtitutioni obnoxia ſunto.

XXVI. *Rerum mobilium actiones*, quæ ab Archiducibus & Ordinibus ante Kal. Januar cIↄ Iↄ cVII. *remiſſæ* fuerunt in gratiam & commodum privatorum utrinque ne reviviſcunto, ſed extinctæ manendo.

XXVII. Tempora quæ ab exordio Belgicorum motuum, hoc eſt ab anno cIↄ Iↄ LXVII. ad hanc usque diem præterfluxere, ne numerantor & imputantor *ad imducendam præſcriptionem* aut *uſucapionem* inter eos, qui à diverſis partibus ſtetêre.

XXVIII. Qui durante bello conceſſere in regiones *neutrarum partium*, huius quoque conventionis fructu ac beneficio potiuntor, iisq; liberum ac licitum eſto ſedem deligere, quibus in locis placuerit, aut ad antiquum domiciiium reverti, ut ibi habitent ſecutè pacificeque, dum tamen ſecundum leges, mores atque inſtituta, cujusq; regionis vitam inſtituant, nec ob cauſam

de-

delecti pro arbitrio domicilii bona eorum conveniri poterunt, aut ipſi excidere dominio rerum ſuarum.

XXIX. Nulla *nova caſtella* aut *propugnacula* pendentibus induciis ab ambobus populis in omni Belgio exſtruuntur.

XXX. *Proceres ex familia domoq; Naſſovica* durantibus induciis, nec quoad bona, nec quoad perſonas conveniuntur, aut inquietantor, vel ob debita ab *Arauſionenſi Principe* ab anno cIↄ Iↄ LXVII. usque ad obitum ipſius contracta, vel ob reditus non ſolutos, ex quo bona fuerunt annotata & iis Regia manus injecta.

XXXI. Si quid *adverſus hanc conventionem fraude* vel *temeritate privatorum* ſine publico conſilio Regis Archiducumque, vel Ordinum admiſſum fuerit, damnum ibidem reſartiunto, ubi noxa facta fuerit, ſi tamen injuriæ vel maleficii authores ibi deprehendantur: vel in loco domicilii, nec alibi liceto adverſus eorum corpora ſeu bona litem aut actionem intentare. Nec ob

eam rem ad arma veniendum erit, aut *violandæ Induciæ*, ſed ſi juſtitiæ aſylum inclutatur, ad uſitata remedia literarum pignorationi, ſeu repræſaliorum procedere jus, fasque eſto.

XXXII. Omnes *exhæreditationes*, & diſpoſitiones partium aut belli odio factæ, nullius momenti ſunto, ruptæque & irritæ manento, perinde ac ſi nunquam factæ eſſento.

XXXIII. Subditi & incolæ tàm ſub Archiducum, quam ſub Ordinum imperio, cujuscunque ſtatus aut conditionis ſint, apti & idonei ſunto *ad ſuccedendum invicem* ſive ex teſtamento, ſive lege ab inteſtato juxta mores, & ſtatuta locorum, ac ſi qua forte *hæreditas*, vel *bonorum poſſeſſio* ante hoc tempus cuipiam obveniſſet, jus cuique ſalvum & inviolatum permaneto.

XXXIV. Omnes utrinque *bello capti* ſine redemptionis pretio liberi dimittuntor.

XXXV. Et ut hic tractatus Induciarum melius atque exactius obſervetur, tàm Regia Majeſtas & Archiduces,

quam

quàm Ordines pro ſe quisque promittuntur ac ſpondent, ſe omnem curam & diligentiam adhibituros, ut *itinera, maria flumina* ſint libera tutaque ab incurſionibus & graſſaturis turbidorum hominum, prædonum, piratarum, latronum, adverſus quos, ſi deprehendi queant, ſerveriter animadverteretur.

XXXVI. Iidem pollicentur inſuper, ſe nihil contra præſentem tractatum, aut in fraudem ac præjudicium eſſe facturos, aut ab aliis fieri paſſuros *directè* vel *indirectè*; ſi quid ſecus admiſſum fuerit, id ſine ulla cunctatione aut moleſtia reparatum iri. Cujus rei ut certior ſit fides & authoritas, REX & *Archiduces* ſe & *ſucceſſores* ſuos eo| nomine obligavere omnibusq; legibus, moribus ac ſtatutis huic contractui repugnantibus atque contrariis renuntiavere.

XXXVII. Præſens hic tractatus ab iisdem, nimirum à Rege Hiſpaniarum, Archiducibus, itemq; ab Ordinibꝰ confirmator & approbator, litteræq; ratihabitionis in debita ſolennique forma expediuntor, intra quadrituum ab Archiducibus, atq; Ordinibus, & ab una

eam rem ad arma veniendum erit, aut *violandæ Induciæ*, ſed ſi juſtitiæ aſylum inclutatur, ad uſitata remedia literarum pignorationi, ſeu repræſaliorum procedere jus, fasque eſto.

XXXII. Omnes *exhæreditationes*, & diſpoſitiones partium aut belli odio factæ, nullius momenti ſunto, ruptæque & irritæ manento, perinde ac ſi nunquam factæ eſſento.

XXXIII. Subditi & incolæ tàm ſub Archiducum, quam ſub Ordinum imperio, cujuscunque ſtatus aut conditionis ſint, apti & idonei ſunto *ad ſuccedendum invicem* ſive ex teſtamento, ſive lege ab inteſtato juxta mores, & ſtatuta locorum, ac ſi qua forte *hæreditas*, vel *bonorum poſſeſſio* ante hoc tempus cuipiam obveniſſet, jus cuique ſalvum & inviolatum permaneto.

XXXIV. Omnes utrinque *bello capti* ſine redemptionis pretio liberi dimittuntor.

XXXV. Et ut hic tractatus Induciarum melius atque exactius obſervetur, tàm Regia Majeſtas & Archiduces,

quam

quàm Ordines pro ſe quisque promittuntur ac ſpondent, ſe omnem curam & diligentiam adhibituros, ut *itinera, maria flumina* ſint libera tutaque ab incurſionibus & graſſaturis turbidorum hominum, prædonum, piratarum, latronum, adverſus quos, ſi deprehendi queant, ſerveriter animadverteretur.

XXXVI. Iidem pollicentur inſuper, ſe nihil contra præſentem tractatum, aut in fraudem ac præjudicium eſſe facturos, aut ab aliis fieri paſſuros *directè* vel *indirectè*; ſi quid ſecus admiſſum fuerit, id ſine ulla cunctatione aut moleſtia reparatum iri. Cujus rei ut certior ſit fides & authoritas, Rex & *Archiduces* ſe & *ſucceſſores* ſuos eo nomine obligavere omnibusq; legibus, moribus ac ſtatutis huic contractui repugnantibus atque contrariis renuntiavere.

XXXVII. Præſens hic tractatus ab iisdem, nimirum à Rege Hiſpaniarum, Archiducibus, itemq; ab Ordinibꝰ confirmator & approbator, litteræq; ratihabitionis in debita ſolennique forma expediuntor, intra quadrituum ab Archiducibus, atq; Ordinibus, & ab una

parte alteri traduntor, quod autem ad Regiam Majeſtatem attinet, Archiduces fidem ſuam devinxere, intra trimeſtre ſpatium ratihabitionem debito itidem more rituque conceptam ab Hiſpano Rege adfuturam, quæ & Ordinibus tradatur, ut ipſi & eorum ſubditi placidè ac pacificè beneficio conventionis hujus frui poſſint.

XXXVIII. Contractus hic omnibus locis, ubi de more ſolet & expedire videbitur, ſtatim poſt ratihabitionem utrinque datam & acceptam, publicè proclamator & promulgator. Jamq; nunc decretum & conſtitutum eſto, ut ab omni hoſtilitate abſiſtatur.

Firmatis Belgicis induciis *Henricus IV. Galliæ Rex*, poſtquam dudum animo agiteverat, quemadmodum rebus Germaniæ contra Cæſarem & Auſtriam domum (quod idem in Belgio per aliquot annos fecerat) ſe immiſceret, quod occaſione Juliacenſium controverſiarum demum accidiſſe, ſi diutius vixiſſet, rerum periti judicabant, in

civi-

civitate *Pariſienſi* à parricidâ miſerè Ann. 1610
confuſſus vita finiit, anno, quem verſiculus hicce exhibet:

TrIſtIa ſangVIneo LILIa rore MaDent

*Gallia* itaque, *Italia*, *Belgium* aliaque *Regna* & *Provinciæ*, dum quiete & pace gaudent, quicquid vitiorum, & pravorum conſiliorum unquam aliis in regionibus viguerat, Germanorum corrupti mores & animi imbuerunt, idque effecerunt, ut ne annus quidem præterierit, quo non nova conſilia, novæque machinationes contra pacem & quietem publicam in lucem prodiêre. Præter Juliacenſes enim adhuc ambiguâ fortuna nutantes motus, in *Aquisgranenſi*
Imperiali olim aulâ, & etiamnum coro- Ann. 1611.
natione Cæſareâ clariſſimâ, atque Imperio Germanico ſingulari fide obſtrictâ civitate funeſta ſeditio exorta eſt, quæ eò periculoſior, quòd *Brandeburgicus* & *Neoburgicus*, qui Juliacenſem hæreditatem non ita pridem occuparant, à rebellium civium partibus ſtare videbantur, nec quoq; tandem Gallici Legati deerant falcem in alienã meſſem miſſuri Taceo de *Tutela Electorali Palatinâ*, inter

*Neoburgicum* & *Bipontinum* acerrimam diſputationem. (ff) Inter haſce & plurimas alias animi ſollicitudines obiit *Rudolpus II.* pacificus Cæſar, cujus in locum ſubleƈtus eſt *Mitthias*; Quo tempore quoque C*oloniæ* Agrippinæ, nonnulli ſpiritu vertiginis corrupti Reipublicæ ſtatum turbaſſent, niſi maturè ejeƈti fuiſſent, at relegati, *Mülheimij* non procul à Coloniâ ſedem elegerunt, eumque locum Juliacenſium Principum aliorumque munire cæperunt, donec tandem Imperialibus reſcriptis territi & fortificationes à Colonienſibus demolitæ fuerint. (gg) Inciderunt & plurima alia quotidie, quæ pacem Germaniæ turbare, & vicinis Imperium invadendi occaſionem dare potuiſſent, ſed Matthias Cæſar Comitia *Ratiſponæ* indixit, ut gliſcentia inter partes diſſidia & æmulationes, antequam nimium creſcerent

(ff) Merenr. d. tom. 9. lib. 1, & exſtant ſcripta de Tutela Electorali Freheri, Gotofredi, Zeſchlini &c. Anno 1612. (gg) De hoc Colonienſium privilegio Gail. libr. 2 obſ. 69. n. 24. exſtant etiam hac de re alia Scripta.

rent, ſopiret, componeretque verùm cum Rudolpho anteceſſore in caſſum laboravit, (hh) ſtante in hoc dubio ſtatu Germaniâ, & Procerum nonnullorum conſiliis inter ſe concertantibus pacemvè ampliùs habere, vel Bellonam amplecti mallent; In *Italiâ Franciſco Mantuæ Duce* ſine maſculo hærede ſublato, & fratre *Ferdinando Cardinale*, Ducatus poſſeſſionem apprehendente, inter hunc & *Sabaudiæ* Ducem, ſub prætextu tutelæ & educationis relictæ à Franciſco filiæ, ſimulatque hujus ſucceſſionis in Ducatu Montisferratenſi, lis bellumque exortum eſt, (ii) cui demum *Mediolanenſis gubernator* ſeſe immiſcuit, ſed *Galli* Sabaudi cauſam ſuſpectam habentes, durante adhuc Regis minorennitate armis abſtinere maluerunt, quamobrem mox controverſia hæcce transactione finita eſt. (kk) *Cæſar*, ut qui ex præparatoriis,

Ann. 1613.

Ann. 1614. 1615.

O 4 quid

(hh) Auctor turbati Imp. ſtatus, adde Comitia Ratiſp. ejusdem anni (ii) Capriata in hiſt. Ital. lib. 1. Mercur: tom. 9 lib. 4. & t. 10. l. 4. (kk.) Capriata d. loc. libr. 2. Mercur. d. tom. 10. lib. 4.

Digitized by Google

quid in imperio futurum prudenter prævidebat, neceſſitate ſic efflagitante, cum *Turcis ad annos viginti inducias* pepigit. (ll) Hæc inter quid prætereà in *Galliâ*, inter regem Ludovicum XIII, poſt acceptam Regni adminiſtrationem, & contractum matrimonium cum infante Hiſpaniarum Regis ſorore, & Condæum aliosque Galliæ Proceres? Quid in *Italiâ* inter Hiſpanes & Sabaudum? Quid in *confinibus Italiæ*, inter Ferdinandum Archi Ducem & Venetos, atque alibi inter alios actum, non eſt, ut huic loco ampliùs inſeramus; Tempus jam erat, quo in *Germania* fœdera fœderibus opponebantur, & à confœderatis publici conventus haberentur, ex quo nihil aliud quàm civilia bella oriri puterunt, & certè licet Cæſar *unitos Heilbronnæ*, ut à propoſito deſiſterent, paternè admonuerit, nec alibi officio ſuo deeſſet, aleâ tamen ſemel jactâ, & conſiliis turbulentis eò tendentibus, ut nullã ampliùs, quàm

Ann. 1615. 1616.

(ll) vid. Mercur. tom. II. lib. 2. ubi earum capita recenſet.

Digitized by Google

quàm in armis quietem turbulenti exiſtimarent, animis armisque paratis, unam belli occaſionem præſtolabantur, tandem quam magnis ignibus hactenus clanculùm coxerant conſpirationem, per *Bohemorum* rebellionem in apertum bellum ebulliit, & per totam deinde Germaniam conſperſa, totam (quod proh dolor nunc experimur) aduſſit; Idque ipſum *externis* quibusdam *Regibus* & Rebuspubl. qui partium ſtudia & disſidia eum in finem callidè promovebant, ut Gens Germana aliàs potentiſſima, inteſtinis motibus diviſa, obnoxium proximis latus aperiret, longæque libertatis licentiâ diviſis partimque hinc inde dilaceratis membris concideret.

*Matthias* ergò *Imperator* ætate curisque fractus cùm ſobole careret, poſtquam *Ferdinandum* patruelem, *Regno Bohemiæ* inaugurandum curaſſet, tumultuantibus adhuc Bohemis moritur, cui legitimâ Electorum Electione Francofurti habitâ *Ferdinandus* ejus nominis ſecundus, uti in Regno Bohemiæ, ita quoque in Imperio ſucceſſiit; Ann. 1618.

At *Bohemi* nihil hiſce moti, Matthiâ mortuo, Ferdinandum abdicant, & *Fridericum Palatinum* in Regem eligunt; hinc illa tempeſtas, quæ totam inũdavit Germaniam, hinc tot populorum ruinæ & interitus; Cæterum de *bello* hoc *Bohemico*, (mm) ejusque *origine*, *cauſis & progreſſu*, tum quòd perplurimi in eo ſcribendi genere ſe exercuerint, cùm quia adhuc res ipſa in luce verſatur, atque omnibus nota eſt, plura agere ſuperſedemus, de eo ſatis conſtat, atque ab aliis hactenus luculenter oſtenſum, inq; publicis Imperii Comitiis & conventibus confirmatum eſt, *Ferdinandum Imperatorem legitimum fuiſſe Bohemiæ* Regem, *& contrà omne jus, fas & æquitatem Palatinum eam Coronam ambiiſſe.* † Res ergò uti cæpta, ita ceſſit, *Palatinus* enim & ſequaces toto ferè Imperio profligati, & qui ex illis pœnitentiam non egerunt,

Ann. 1619. ad annum 1629.

(mm) De bello Bohemico, ejusque cauſis, multorum ſcripta & tractatus exſtant.

† De controverſiâ Palatinâ ratione Electoratus antiquâ & modernâ, agunt Frehetus, Geuvvoldus, Burgundus Rusdorffius, quem nuperrimè refutavit Dn. Adelsreutter, præter alia ſcripta anonyma.

Digitized by Google

runt, aut miſerè periêre, aut miſerè adhuc vivunt, atque hæc quidem per decennium ad annum usque *1629.* magnis cladibus peracta ſunt, quo tempore *Daniæ Rex*, qui & ipſe fortunam ſuam expertus, Pacem accepit. Interea finitis *Belli Belgici induciis*, ſuperiorib9 annis factis, & hi bellum, ut Palatinæ factioni & ſociis præſtò eſſent, redintegrarunt, nec minori curâ *Rex Galliæ*, ut Regnum ſtabiliret, & ad externa animum adjiceret, bellum *Hugonottis* ſuis non ſolùm indixit, ſed magnâ etiam ex parte vicit, atque in ordinem redegit.

Dum hæc alibi fiunt; Fata inter *Auſtro-Hiſpanos*, maximè verò *Cæſarem*, & *Gallos* ad aperta diſſidia jam magis magisque inclinare videbantur, nam licet *Galli* hactenus Cæſaris & Imperii hoſtibus clàm faviſſent, neutrales tamen & conciliatores potiùs quàm inimici videri voluêrunt. Ecce ergò in *Italiâ Vincentio* Gonzagâ *Mantuæ* (nn) & *Montisferrati* Duce ſine liberis mortuo *Carolus*

(nn) De hâc Mantuanâ controverſiâ agunt Franc. Niger Cyriacus. Frid. Poſius. Marta Neapolitanus pecul. liberis.

*rolus* *Dux Nivernenſis* itidem ex Gonzagâ familiâ oriundus, ſed in Galliâ natus educatusque, hu us ſe ſucceſſorem & agnatum proximum profitebatur, quare hæreditatis à vincentio relictæ, clàm palamvè, quàm benè poterat, poſſeſſionem apprehendit, quæ res *Cæſarem, Hiſpanum* & *Sabaudum* non parùm mordebat. *Cæſarem*, quod Mantuæ & Montisferratenſis Ducatus, Imperii feudum eſſet, atque inconſulto Cæſare feudi Domino Carolus inangurationem maturaſſet, *Hiſpanum*, quia Carolum Gallum, & Gallicis affectibus indulgere ſciebat, vicinum ergò nolebat, maximè cùm nondum à Cæſare feudo inveſtitus eſſet, *Sabaudum*, quoniam & hic in Ducatum Montisferratenſem prætendebat (uti ſupra aliquoties dictum) Erat quoque *Dux Guaſtallæ* demortui agnatus, qui hæreditati ſe immiſcere ſatagebat; hinc neceſſariò ad arma ventum, ex quo vetera partium, inter *Auſtros* & *Callos* ſtudia recruduerunt, *Galliæ* enim *Rex*, licet ab initio *Rupellanâ obſidione* diſtrictus, attamen eâ finitâ, & rebus in Galliâ

expe-

Digitized by Google

expeditis, *Italiam* magno cum exercitu ingreditur, atque unà cum *Venetis Nivernenſis* partes contra *Cæſarem*, *Hiſpanum, Sabaudum* & alios defendere conabatur, unde crudeliſſimum bellum exortum, donec *Mantuâ* aliisque locis captis Carolus ad pacem & preces verteretur. Convenêre itaque inter legatos certæ *pacis leges*, quæ demum *Ratiſponæ*, *per Cæſareos & Galliæ Regis legatos, conſenſu Sabaudiæ Ducis ſunt confirmatæ.* Sunt autem hæ:

Pacificatio 19. Ratisponenſis de anno 1630. 13. Octob.

1. *Pax* (puta inter Cæſarem & Galliæ Regem atque utriusque ſocios) *univerſalis* non ſolùm in *Italiâ*, ſed etiam *Germaniâ* eſto, ita ut pars altera alteram nec lædere, nec ejus hoſtibus ſuppetias dare debeat.

2. *Sabaudiæ Duci* pro prætenſionibus in Ducatum *Montisferratenſem*, *Trinum* & alia loca, unde quotannis 80000. coronæ millium reditus habeat, cedentur.

3. *Lotharingicæ* prætenſiones, poſt Nivernenſis inveſtituram, intra ſex menſes amicabiliter componi debebunt.

4. Dux

4. *Dux Guaſtallæ* pro ſuâ portione, quotannis ex Ducatu Mantuæ 6000. millia coron. habebit.

5. *Dux Nivernenſis* delicta commiſſa coràm Sac. Cæſarea Majeſtate deprecabitur.

6. Quo facto ſua Majeſtas, intercedente Sum. Pontifice, & Rege Franciæ Nivernenſi *feuda utriusque Ducatus* concedet.

7. Vigore cujus inveſtituræ Cæſarea Majeſtas Mantuanum contra omnes hoſtes defendet & tuebitur.

8. Poſt ſubſcriptionem & publicationem hujus Pacificationis quævis hoſtilia in *Italiâ* ceſſabunt.

9. Ac demum intra quinque hebdomadas exercitus Cæſareus, exceptâ *Mantuâ* & *Canneto* ex Italiâ deducetur.

10. Civitas, arx & fortalitium *Caſalenſe*, cum omnibus aliis locis in Ducatu Montisferratenſi (iis duntaxat exceptis quæ *art. 2.* Duci Sabaudiæ aſſignata ſunt) Nivernenſi Duci reſtituentur, ita ut eadem ad placitum proprio milite cuſtodire poſſit.

11. Tunc

11. Tunc etiam Sac. Cæſ. Majeſt. *Mantuam* & *Cannettum* Duci Nivernenſi, prout quoque Rex Galliæ Sabaudo *Pinarolum*, *Pricaras*, *Suſam* & *Aveglianum* reſtituet.

12. Quoſcunque *paſſus* & *fortalitia* Cæſar in *Valletellina* & vicinis locis extrui fecerit, & teneat, demolientur, ac in priſtinum ſtatum reſtituentur.

13. In majorem ſecuritatem utriusque partis *obſides*, donec omnia executioni mandentur, vel S. Pontifici, vel Magno Duci Hetruriæ, vel alii cuidam Principi Catholico Germaniæ dabuntur.

14. Comprehendentur quoque ſub hâc pace *Veneti*, atque exercitum ſuum dimittent.

15. *Controverſiæ* inter Cæſaream, & Galliæ Regis Majeſtatem, de *Metenſi*, *Tullenſi* & *Verdunenſi* Epiſcopatibus, uti quoque de Abbatiâ *Gœrzenſi*, ad componendum in aliud tempus rejicientur, interim fortalitium *Meyenvvick* in priſtino ſuo ſtatu manebit.

*16. Lo-*

16. *Lotharingiæ* *Dux* ſub hâc quoque Pacificatione ſit comprehenſus.

17. Hanc compoſitionem *amniſtia univerſalis*, & abolitio omnium iniuriarum, etiam reſtitutionis mobilium & bonorum raptorum, captivorumque utriusque partis absque omni ſumptu ſequetur.

18. Hæc omnia à Sac. Cæſareâ, & Regis Galliæ Majeſtate, nec non à Duce Sabaudiæ fideliter & absque fraude *R*atisponæ 13. Octob. Anno 1630. accordatara & concluſa ſunt.

Subſcripta *ex parte Cæſaris*

*à Dn.* { *Anthonio Abbate in Crembsmünſter.*
*Ottone à Noſtitz Barone.*
*Herm. à Queſtenberch Barone.* }

Nomine *R*egis Franciæ.

*M. Brulard. Reg. Maj. Conſiliarius & Orator.*

*Fr. Joſephus Capuzius adſiſtens.*

Ann. 1630. 1631. Quæ dum alibi geruntur, Cæſar publicis edictis *reſtitutionem Eccleſiaſticorum* (oo) contra Pacem religioſam à Pro-

(oo) De reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum Auctor, de compoſ. Pacis.

Proteſtantibus occupatorum repetiit, quæ res acatholicos, etiam *Saxonem* Electorem, hactenus Cæſari fidum ad deſperationem adegit; Conventu itaque *Lipſiæ* habito, novum fœdus invito Cæſare pangitur; *Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex*, jam aliquot per annos tùm contra *Moſchos*, cùm etiam *Polonos*, felicia bella geſſerat, atque cum utraque gente inducias fecerat, cũ hoc *Bogis laus XIV.* atq; ultimus ejus familiæ *Pomeraniæ Dux*, certum clientelare & commerciorum fœdus (uti in principio præ ſe ferebat) variis ex cauſis iniit, atque inſimul Suecus cum exercitu *Rugiam* inſulam, & *Pomeraniam* invadit, adventus ſui & hoſtilitatis contra Imperium *cauſas ſpecioſas* (pp) afferens, quaſi bellum hoc, tùm protectitium, cùm vindicatorium (prout titulus ejus erat) propterea contra Cæſarem moveret, quòd Cæſar Regi *Poloniæ* copias auxiliares miſerit, cùm

P tamen

(pp) Publicatæ ſunt hæc cauſæ Latinè & Germanicè, easque pro Sueciæ Rege defendit Balthaſ. Henckel peculiari ſcripto, ſed vide Vernulæi diſcurſ. de bello Sueco - German. Burgum in Marte Suecico &c.

tamen Rex Sueciæ, nulla omnino injuria Imperatorem vel imperium affecerit; Idque factum eſſe nulla clarigatione præmiſſa; Cæſarianos non ſine contumeliæ notâ *Regis Sueciæ legatos* à tractatu *Lubecenſi* excluſiſſe, litteras Regis ad *Bethlemum* deſtinatas intercepiſſe, Imperatoris Legatum, ſine aliqua juſtâ causâ *Gedanum* reliquiſſe, atque ita ſtudium reducendæ pacis deſeruiſſe; Sueciæ Regem, bello Danico jam ſopito, præſertim occupatis omnibus maritimis *Pomeraniæ* ac *Mechlenburgii* locis, & inſulis, à Cæſarianis, claſſeque in *mare Balthico* exſtructâ, nudæ Imperatoris fidei ampliùs ſe committere non potuiſſe; Sed jure & merito vicinorum Principum (putà Germaniæ) periculo cautiorem factum, præveniendo majoribus malis obviaſſe, quinimo pro gloriâ DEI pugnando, *Germaniæ Principes Conſcientiæ, pacisque publicæ* cauſa oppreſſos in Patrocinium ſuſcipere debuiſſe; Acceſſerunt & aliæ minutiores, quibus omnibus Cæſar reſpondit, easque in Regem merito retorſit, prout ſuo

loco

Digitized by Google

loco demonſtrabimus; Sed litteris in arma converſis, *Suecus* magnam Pomeraniæ partem ſuæ poteſtatis fecit, è *Pomeraniâ* itaque *Marchiam Brandeburgicam*, *Sileſiam* ac *Saxoniam* reſpiciens *Lipſiæ conventus* novam confœderationem parturientis, prodector & caput ſupervenit, nec aliter Germani confœderati illum acceperunt, miſſisq; legatis omnium facta eſt unio eadem, confœderatio una; Primo equidem intuitu conjunctio hæc magnum videbatur habere applauſum, ſed num tanti fuerit, & adhuc ſit momenti, ut graviſſimum illud damnum & periculum, quod *Germania*, per *vicini* R*egis protectionem* incurrebat, & adhuc præ oculis eſt, recompenſet, non merito ambigitur.

Verum ut ad *Pacificationes* noſtras revertamur, cum R*ex Sueciæ*, blandiente fortunâ, tot tantosque progreſſus faciebat, *Gallicus Legatus Hercules Charnacæus* pro more tempori ſe accommodans, cùm *Boerwalda* R*ex* in ſtativis per aliquot dies moraretur, confœderationem, ſeu conventionem (procul

dubio dudum conceptam, & à *Rege Galliæ* comprobatam) ad quinquennium nomine ſui Regis cum Sueco iniit, (qq) Quæ inter alia hæcce continebat capita; Fœdus iniri pro defenſione omnium amicorum qui oppreſſi ſunt pro ſecuritate commercii maritimi, & ut *reſtituantur in ſtatus ſuos omnes Principes atq; Ordines Imperii*, quemadmodum ante Germanicum bellum fuerant &c. Denique ut *omnia reſtituantur* in eundem locum, quem ante tumulaus Germanicos habuerunt; (rr) Si itaque examinandæ erunt cauſæ, cur à *Ratiſponenſi* (ut antiquiores taceam) *Pacificatione*, vix ante annum confirmatâ diſceſſum; Novæ certè ob quas diſcedere licuiſſet, ex parte Cæſaris & Catholicorum Statuum Germaniæ nullæ intervenerunt; vix ulla à Gallis excogitari poterit; Et licet hoc fœdere exceptum videatur, ne quid fiat in detrimentum Catholicæ religionis, & contra confœdera-

cos

(qq) Burgus in Marte, Sueco Germ. lib. 2. (rr) Alex. Patric. in Marte Gallic. lib. 3. cap. 7. & 12.

tos Catholicos ; *Ridicula* tamen hæc erat *exceptio* & prorſus captioſa , cùm Rex Succiæ, & confœderati Status Lipſiæ , præter Catholicos nullum haberent hoſtem, quinimo principalis fœderis illius cauſa, fuit reſtitutio bonorum Ecclaſiaſticorum , quæ directo militabat contra Catholicos , non ſolùm Cæſarem, ſed etiam reliquos Status , nec ignorabant Galli, Cæſaris & fœderatorum Statuum Catholicum exercitum non ita pridem, exauctorato *Walſteinio* , ſub ductu *Tillii* in unum corpus coaluiſſe, vix ergo aliud dignoſci poterit, quàm ſub vocabulo *reſtitutionis omnium Principum & Ordinum &c.* Et rurſus *omnium*, id eſt, *bonorum* tàm *Eccleſiaſticorum* quàm *Secularium*, utrumque Regem Gallum & Suecum iisdem motum eſſe cauſis, & ad eundem (niſi quatenus diverſum intereſſe impedit) tendere finem , quod etiam ſucceſſu temporis experti ſumus, & nî Deus avertat, ulteriùs experiemur.

Quòd ſi moderniores Gallos audiamus, quos proſperi ſucceſſus elatiores reddidêre, illi cum *Charnacao*, cauſas

ſas non diſſimulant, *Tractatus* enim *Ulamenſis violationem*, *Palatinorum*, *Trevirenſisq́ꝫ Electoris reſtitutionem*, & ſimilia ali obtendunt, atque ſatis ſuperque nonnullos incredulos confundunt, qui perſuaderi ſibi patiuntur *arma Gallorum* ad perniciem & ruinam *Auſtriacorum* principalem habere reſpectum, reliquos ſtatus tantoperè non periclitari, quod nihil aliud eſt, quàm caput à membris & hæc à capite divellere; Ex recentioribus hiſce eſt, qui ſe *Dominum de Silhon* (ſſ) nuncupat, homo (uti apparet) non infimæ ſortis, qui ſub deſcriptione miniſtri vel conſiliarii ſtatus, *Cardinalis Richelii* defuncti perſonam egregiè agit, ejusque conſilia & actiones acerrime defendit explicatque, cujus quoque *cap. ultimo* mentionem faciemus.

(ſſ) Le miniſtre d'eſtat, avec. le veritable. uſagè de la Politique moderne Parle Sieur de Silhon. Anno 1632. cum ſeqq.

Hac ſocietate inter *Gallum* & *Suecum* aliosque Catholicæ religionis inimicos peractâ, *Suecus* per Marchiam in Saxoniam atque in ipſa Imperii viſcera penetrabat

trabat, *Gallus* contra ſuperiorem Pacificationem Ratiſponæ confirmatam (quâ *art. 16,* Lotharingiæ quoque Dux comprehendebatur) occupatâ *Lotharingiâ* (tt) diverſis vicibus *Alſatiam* & *Brabantiam* petebat, ac demum cum Suecis ſe conjuxit, progreſſum deſcripſerunt alii, atque ipſæ ruinæ *Germaniæ* & B*elgij*, præcipuè verò Catholicorum ditionum (licet quoque ſuis clientibus non pepercerint) ſufficienter oſtendunt & atteſtantur, eos *qui libertatis defenſionem prætexerunt*, *eandem ſubvertere ſolere.* Cæterùm de ſollicitâ *Pacis reducendæ* curâ & *qualem* utraque pars exoptet, *cap ultimo* referemus.

(tt) Cauſas vide diverſimodè apud Vernulæ in diſcurſu. de bel lo Gallo-Lotharing.

Atq; hæc quidem de variis *Pacificationibus* ab annis plusquam ducentis inter *Auſtro-Hiſpanos* & *Gallos*, atque utriusque partis *Socios* initis; Quarum nunc *recapitulationem* quandam, cùm præcipuis circa easdem occurrentibus *fundamentis* & *motivis* ſubjiciemus.

## CAP. UNDECIMUM.

Recapitulationem omnium harum Pacificationum cum præcipuis earundem fundamentis & motivis exhibet.

LIcet in recitatione harum Pacificationum, hoc tempore, & pro moderno iſtituto brevitati magis, quam prolixitati ſtuduerimus, Ea tamen quæ hactenus dicta ſunt, ſuccinctius repetemus, atque inſimul *principalia controverſiarum puncta,* quæ circa Pacificationes haſce, earumque, ſubſtantiam, quodammodo mota, vel etiamnum moveri poterint, adjiciemus.

Pacif. 1. Prima ergò inter *Gallicam* & *Burgundicam* (quam demum *Auſtro-Hiſpanica* excepit) domum incidens controverſia ex ambitione Gallorum exorta eſt. *Ludovicus* enim *Dux Andeganvenſis, Philippum Burgundum* præire ſatagebat, quod diſſidium *Carolus VI. Galliæ Rex* compoſuit, & *pro Burgundo* judicavit; Haud fallax augurium, fore ſcilicet, ut

ambi-

ambitioſi hi affectus *Burgundicam* quidem *felicitatem* concomitarentur, nunquàm tamen eandem ſint oppreſſuri, *juſtitiâ reſiſtente, cap.* 1.

Secunda ejusdem farinæ eſſe videtur, nam quum Carolus VI. Rex Galliæ in mentis alienationem incidiſſet, atque inter *Johannem Burgundum*, & *Ludovicum Aurelianenſem* de Regni adminiſtratione quæſtio exoriretur, *Burgundo* adminiſtratio commiſſa eſt, cum verò *Aurelianenſis* nihilominus Regnum affectaſſet, *Pariſiis* interfectus, quod licet *Burgundo* imputaretur, à Rege tamen abſolutus, & *Aurelianenſem* boni public causâ interfectum eſſe, concluſum fuit *cap.* 1. Pacif. 2.

Tertium autem diſſidium juſtiſſimâ ex cauſa pro *Burgundis* eſt compoſitum, contrà enim jus gentium & datam fidem, *Aurelianenſes* Galli, *Johannem Burgundum* apud *Monſtrelium* interfecere, unde inter *Gallos* & *PhilippumBonum Burgundiæ* Ducem diuturnum bellum geſtum cumque Burgundi laude pacificatum; *cap.* 1. Pacif. 3.

Pacif 4. Quartæ æmulatio *Ludovici XI. Regis Galliæ*, & *Caroli Ducis Burgundiæ* multorum erat capitum, ut enim uterque erat conſilio præceps & ingenio vario, ita variis ex cauſis inter eos controverſiæ naſcebantur, ſi tamen *principium* ſpectes, in eo *Ludovicum* peccaſſe videtur, quòd *Carolo* in paterno ſolo inſidiatus fuerit quam ob rem *Carolus Burgundus Galliæ Proceribus*, qui à Rege more inaudito, novis oneribus vexabantur, & privilegiis juribusque privabantur, (*Ludovicus* enim hic Primus Regum Franciæ eſſe ſcribitur, qui reſtrictâ Principum libertate, Regiam auctoritatem ſibi conciliavit) adhæſit, atque ita quamdiu vixit, ſuſpectum illum habuit, ſed tamen hæc omnia certis conditionibns ſopita fuêre, *cap. 1.*

Pacif 5. Quinto inter *Ludovicum Galliæ Regem* & *Maximilianum Auſtriacum*, de *Burgundicis* & *Belgicis* provinciis diſſidium & bellum incidebat, *Maximilianus* jure uxorio (prout etiam tàm *Burgundiæ* quàm *Provinciæ Belgicæ* ad *Burgiones* pervenerant) & matrimoniali nexu in ſe ſuam-

Digitized by Google

ſuamque domum easdem tranſtuliſſe aſſerebat, atque Galli ultrò conceſſerunt, Regem nihil juris in ejusmodi Provincias habere (ſi non *Gallicum jus le droict de bien ſeançe*) Quid ergò bellum injuſtum, *Pacificatio pro Auſtriis* juſtiſſima, quâ *Belgium* cum incorporatis Provinciis iisdem permanſit; *Cap.* 2.

Sextò ſine omni controverſiâ, repudiato *Maximiliani Auſtriaci* filiæ *Margaritæ Burgundicæ*, & raptus *Annæ Britannicæ* Maximiliano deſponſatæ, à *Carolo* VIII, Galliæ Rege commiſſus juſtiſſimi belli vindicatorii cauſa, & mitiſſimi *Maximiliani* erga pacem & quietem cum Regibus Galliæ animi index fuit; Quis enim privatorum, filiam unicam ſolenniter alicui promiſſam & domum deductam, repudiari, atque è contra propriam ſponſam ſibi eripi patietur? *Cap.* 2. Pacif. 6.

Septimò, circa *Neapolitanum* & *Siculum* Regnum variæ occurrunt controverſiæ; Sed ut *vetuſtiores* hoc tempore omittam, utpote quæ per jura & pacta poſteriora vel finitæ vel obliteratæ ſunt; Indubium eſt, *Ferdinandum Catholicum*

*Hiſpaniarum* Regem, A*lphonſi Arragonii* ejus nominis I. Utriusque Neapolitani & Siciliæ Regni Regis, *patruelem*, ſive fratris filium fuiſſe, ad eum ergò, excluſo Alphonſi filio ſpurio utrumque Regnum pertinuiſſe, omniquc jure ad ejus acquiſitionem animum adjeciſſe; Ut verò expeditionem hanc per aliquot tempora dilatam, faciliorem ſibi redde-
Pacif. 7. ret, cum Rege Galliæ (qui ſive de jure, ſive de facto ſimiliter, in Regnum Neapolitanum prætendebat) de invadendo, occupando & inter ſe dividendo Regno pacem iniit, ſucceſſerunt omnia benè; *Cap*. 3.

Octavo; At *Galli* in Regno licet diviſio quietè ſtare non potuerunt, ergò cùm *Galliæ ProRex* contra *Hiſpanos* causâ non ſatis probabili bellum moveret, *Galli* tandem Regno pulſi, æquam tamen, intercedente inter *Ferdinandum*
pacif. 8. *Hiſpanum* cum *Gallis Regis ſorore* matrimonio obtinuerunt pacem: *Cap*. 3.

Nono; *Mediolanenſis Ducatus Imperii feudum*, primò *Vicarios*, deinde *Duces*, qui ei Imperii nomine præerant, habuit, inter

Digitized by Google

ter eos fuit *Galeacius*, qui duos reliquit filios, *Johannem* & *Philippum Mariam*, atq; unicam filiam *Valentinam Ludovico Aurelianenſi* nuptam. *Galeacii* itaque filiis ſine maſculâ prole exſtinctis, *Ludovici Aurelianenſis* filii occaſione prætenſi juris materni Ducatum invadebant, ſed repulſi; demum *Ludovicus Galliæ* Rex ex *Valentinâ* nepos, eundem occupavit, *Maximilianus Cæſar*, eò quòd Mediolanum Imperii feudum & quidem ad maſculos ſaltem tranſitorium eſſet, & per conſequens demortuis *Galeacii* filiis ad Imperium ſit reverſum, aſſerebat, *Gallo* omnem ſucceſſionem & meritò quidem denegabat; Poſtea tamen certis conditionibus pacem cum eo pepigit; Pacif. 9. *Cap.* 4.

Decimò, hæ pacis conditiones (nec enim *Rex Ludovicus* clauſulas præſertim matrimoniales pactioni conſentaneas eique inſertas adimplevit) à *Gallis* non fuerunt obſervatæ; Et licet præterea *Cameraci* inter Cæſarem & Regem Galliæ, de prædicto Ducatu, alia intercesſerit Pacificatio, cùm tamen ea in

præ-

Digitized by Google

præjudicium *Caroli Auſtriaci* facta, atque *Ludovicus Galliæ* Rex, ſe *Conciliabuli Piſani* defenſorem præbuiſſet, Cæſarique ſe oppoſuiſſet, conventio hæc meritò annullata fuit; Et quod amplius *Valentina* deſcendentibus, & ſtirpe *Valeſiâ* exſtinctâ, *Borboniis* modernis Galliæ Regibus nihil juris in *Ducatu Mediolanenſi* competat, Cæſariani validis juris fundamentis ſtatuunt; *Cap*. 4.

Undecimò; Regni *Navarræ* occupatio & poſſesſio, ob inobedientiam & hoſtilitates *Ludovici Galliæ Regis*, *Ferdinando Catholico Hiſpaniarum* Regi adjudicata fuit, ubi ſpreta S. Pontificis poteſtas diſputabatur, verùm ſingulari *Pacificatione*, *Ferdinando* Regnum iſtud remanſit, quod idem de *Roſcionenſi Comitatu* dicendum; C*ap*. 5.

Pacif. 11.

Duodecimò; Ludovico XII. Galliæ Regi defuncto *Franciſcus* I. ſucceſſerat, qui contra pacta ſuperiora *Ducatum Mediolanenſem* invaſit & occupavit, ſed rurſus, ob juventutem & periculoſum ſtatum Regnorum *Caroli Auſtriaci* jam novi *Hiſpaniarum* Regis, ſub conditione

Pacif. 12.

ali-

aliquâ matrimoniali *Pacificatio* facta eſt; *Cap. 6.*

Decimo tertiò; ſed qvùm interea *Maximilianus* qucque *Cæſar* diem obierat, *Franciſcus* Rex *Galliæ* varia contra *Carolum Auſtriacum* movit; Primò Prætenſiones contra *Imperii* quædam *loca* ex orco revocavit. Secundò *Imperialem Coronam* contra Carolum Auſtriacum, vel alium quempiam Germaniæ principem, quem libera electio daret, ambiit. Tertio, *Carolum* variis injuriis & contumeliis affecit, ac poſtquam ambitum Imperialis dignitatis fruſtraneum vidiſſet, Quartò ad *veteres* jam dudum inter utriusque anteceſſores deciſas ſopitasq; *cauſas* recurrit, *Navarram* aggreditur, *Mediolanenſem Ducatum* invadit, atque *Belgii fines* infeſtat, unde ineptum eſt bellum *Italicum* variâ fortunâ geſtum, donec *Franciſcus* ipſe pœnam luens caperetur, atque in Hiſpaniam mitteretur, quam captivitatem ſubſeqvuta eſt *Pacificatio Madritana*, quá Rex Galliæ omnium ſuorum Prædeceſſorum promiſſa & pacta renovavit, confirmavitque, atque Pacif. 13.

plura

plura alia pollicitus, libertatem recupe-ravit. *Cap. 6.*

Decimò quartò; ſed nihil horum præſtitit more ſuo *Gallus*, quamprimùm enim in Galliam rediit, tùm quòd *coactus* illa promiſiſſe dicebat, cùm quia *Proceres Regni* (uti prætendebat) *promiſſa approbare* nollent, novum in *Italiâ* bellum incepit, quod aliorum interceſſione rurſus *Cameraci* ſopitum, memorabilibus

Pacif. 14. punctis (præterea, quæ *Madritanæ* transactioni inſertæ fuerant) adjectis; Inter quæ & hicce articulus erat, *ne Rex Galliæ in poſterum Italiæ, vel Germaniæ rebus ſe immiſeret, nec ulli Principi, in Cæſaris damnum ſuppetias daret*; *cap. 7.*

Decimo quintò; At *Franciſcus* non ſolùm *Smalcaldici* fœderis ſociis *Proteſtantibus* 6. Principibus & Statibus in Germaniâ favebat, *Ferdinandi Cæſaris fratris* electionem in *Regem Romanorum* impedire conabatur, in *Italiâ* novas turbas ciebat, *Mediolanenſi Ducatui* inhiabat, ſed etiam contra *Cæſarem Tunetano bello* impeditum multa alia moliebatur, quæ res Cæſaris animum ad juſtam vindictam

Digitized by Google

dictam commovebat, ſed interventu *S. Pontificis Nizæ* nova pax, vel potius *novennales induciæ* factæ ſunt.; *Cap. 7.*

Decimo ſexto; Licet poſt inducias Nicenſes in duobus colloquiis magna inter Cæſarem & Franciſcum familiaritas interceſſerit, brevis tamen induciarum operatio & effectus erat; Nam R*ex* *Franciæ* cùm nec Pacis tractationibus, nec familiaribus colloquiis *Mediolanenſem Ducatum* pro filio obtinere poſſet, novas & quidem prohibitas amicitias cum G*uilielmo* Cle*venſium Duce*, qui *Ducatum Geldrenſem* ad *Carolum Cæſarem* devolutum (quæ quæſtio tùm temporis poſt *Caroli Geldriæ Ducis* mortem agitabatur) ad ſe pertinere prætendebat, atque *Principibus Germaniæ* religionis cauſâ à Cæſare diſſidentibus, ſibi conciliavit, acceſſit & aliud infortunium, quod Galli Legati, ad *Turcicam portam* cum literis deſtinati, ab H*iſpanis* intercepti fuerint; *Cæſarem* ergò, dum ab infelici *Africanâ* expeditione in *Italiam* redit, G*allus* quinq; diverſis exercitibus, quib9 claſſem Turcicam maritimam, cui *Polinig* Paeif. 15

Q Regis

Regis Legatus aderat, junxerat, aggreditur verum Cæſarianis ſe ſtrenuè defendentibus, pace *Crepinenſi* omnia in priſtinum ſtatum fuêre reſtituta; *Cap. 8.* Pacif. 16.

Decimo ſeptimo, Dum *Cæſar* Germanicum bellum, à *Johanne Friderico Saxone*, & *Philippo Haſſiæ Landgravio* religionis causâ excitatum componit, *Franciſcus Rex Galliæ* moritur, & filium *Henricum II.* Regni & æmulationis erga *Auſtrios* hæredem reliquit; Hic ex levi accidente, ad ſe non pertinente, ob occupatam in tumultu à Cæſarianis *Placentiam*, in *Italiâ* bellum reſuſcitavit, atque demum *Germanicis rebus*, contrà pacta prædeceſſorum ſe immiſcens, cum *Mauritio Saxone*, *Cæſari* ex improviſo bellum infert, *Turcicis* etiam armis, ut Italiam infeſtarent (quod & factum) arctiori fœdere, magno cum Chriſtianorum damno & ſcandalo, ſibi junctis, quo ipſo *Proteſtantibus* in *Germaniâ* Pacem religionis à *Cæſare* & *Ferdinando* fratre Romanorum Rege extorſit, & quoad reliquas controverſias, ex tractatu in *Cœnobio Vallecluſenſi* propè *Cameracum* habi-

habito, *Induciæ quinquennales* ſubſequutæ ſunt; *Cap. 9.* Quibus obtentis, *Carolus Cæſar* tædio vitæ *Ferdinando fratri* Imperium, *Philippo* verò filio, Regna hæreditaria, cum aliis provinciis reſignat, atque in *Hiſpaniam* navigans *S. Juſti Cœnobium* ingreditur. Sed pactæ induciæ vix annum durarunt, ergò rurſus in *Italiâ* & *Belgio* armis concertatum, donec inſigne illud prælium apud *Sanctum Quintinum*, quo flos nobilitatis Gallicæ cecidit, *ſolenni Pacificationi Cameracenſi* viam aperuit, quâ inter *Philippum II. Hiſpaniarum, & Henricum II. Galliæ Reges* atque utriusque ſocios, non ſolum omnes controverſiæ ſopitæ, ſed ſimul etiam contracta amicitia matrimoniali vinculo firmata fuit; *Cap. 9.* Pacif. in

Decimo octavò, *Henrico* II. Galliæ Rege in infelici haſtiludio interfecto, miſerrimus ſub *Franciſci II. Caroli IX. & Henrici* III. imperiis, fuit Galliæ ſtatus, quem ſi voluiſſet, *Philippus* magis interturbare potuiſſet, ſed paci, Catholicæque religioni conſulere maluit; Tandem cum *Henrico Navarræo*, primo Re-

gni hujus invaſore, deinde *Henrico III.* exſtincto ejusdem legitimo *Rege*, ejus nominis quarto, tùm quòd hic prætenſiones *Navarræas* renovaret, cum quoque rebellibus *Belgis* auxilium mitteret aliquamdiu bellum gerere coactus fuit. Quod demum inter utrumque Regem, & ſocios, *Pace Vervinenſi* ſopitum, hæcque Pacificatio ſolennibus juramentis confirmata fuit *Gap.* 10.

Pacif. 18.

Decimo nono; *Henricus* tamen *Navarræus* (quod promiſerat) à *Belgicis auxiliis* non abſtinuit, quin imo eadem poſtea ſingulari conventione & pacto iisdem confirmavit; Atque dum *Germanorum Principum* aliorumque *in vel extra Germaniam Imperio devinctorum* Cæſari obedientiam denegantium, juſſaque ſupremorum *Imperii Tribunalium* ſpernentium *Protectionem* (contra Anteceſſorum & propria pacta) pro *peculiari Galliæ jure* habuit, eamque perſuaſionem *Succeſſoribus* reliquit, Germaniæ negotia exinde non ſemel difficiliora reddita ſunt, quæ cauſa etiam eſt, cur (cæteris omiſſis) demum *Ludovicus* ejus filius *Mantuano* bello aliisque *Itali*-

*cis*

Digitized by Google

*cis negotiis* ſeſe immiſcuit, quæ tamen ultima difficultatis *Ratiſponenſi Pacificat.* Pacif. 19.
ſatis ſublata fuiſſet, ſi in eâdem *Galli* acquieviſſent, atque ab ulteriori, cum *Suecis*, aliisque juratis Imperii hoſtibus, in ipſius *Imperii* ejusque *fidelium Statuum* perniciem, colligatione & conſpiratione abſtinuiſſent, quo ipſo tandē *Galli Chriſtianiſſimi* (ut videri volunt) in *cauſa Palatinatus*, *reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum*, *abolitionis* omnium criminum contra *Imperium*, *Cæſaream Majeſtatem*, & fideles *Imperii Status*, præſertim *Catholicos* commiſſorum, atque aliorum ſimilium, ſe ſuſpectos reddidêre; *Cap. 10.*

Hoc caput ut claudam, lectorem moneo, me non ignorare, ultra eas, quas breviter recenſui, *Pacificationum* enarratarum tùm *conſtitutarum* cùm *violatarum* cauſas, adhuc alias prætendi referrique poſſe, verum animadvertendum, ne cum imperitis *cauſas* cum *prætextu* confundamus, Id enim peculiare eſſe Regibus poſt *Cominæum in comment. Gallicis* ſcribit *Alber. Gentiles* (a) ut

 ſemper

(a) Gentil d jur. belli lib. 1, cap. 7.

Digitized by Google

ſemper aliquam *probabilem cauſam vel prætextum* ſuſcipiendorū bellorum (adde quoque violandarum Pacificationum) præ ſe ferant, quamvis ſæpè nulla cauſa ſubſit; non ergo quid prætenditur, ſed quid revera agatur, inſpiciendum, atq; inde rei veritas judicanda, quod non niſi rerum ordine benè cognito, quo ſcilicet tempore, & quibus circumſtantiis geſtum, fieri poterit.

## CAP. DUODECIMUM.

### Cujusnam Gallici Scriptoris de Pace futura Germaniæ, diſcurſus continet; Quis eam hactenus impedierit? cujus conditionis eſſe debeat? & quomodo ſatis ſecura reddi poſſit?

POſtquam *Pacificationes Auſtro Hiſpano-Gallicas*, hactenus inter utramque gentem initas recenſuimus, *Gallicus* quidam *Scriptor* nobis occaſionem dedit, ut de *Pace futura* (quam ipſe & procul dubio alii cum eo, vel ſibi imaginantur,

vel

vel ſaltem certis ex cauſis prætexunt) nonnulla referamus, quæ licet iis, qui publicis hujusmodi negotiis interſunt, ſuperflua & non neceſſaria videri poterint, cùm tamen aliis æque non ſint obvia, hiſce laborem non ingratum futurum exiſtimavimus; *Gallicum* autem *idioma* non de verbo ad verbum tranſtulimus, operam tamen dedimus, ut de mente auctoris ſatis conſtaret; Eſt autem Scriptor, quem ſupra *cap. 10.* nominavimus, nuperus quidam *Silhonius* nomine, qui partes duas (quarum tertiam quoque promittit) diſcurſuum, ſi rerum varietatem & novitatem ſpectes non condemnendorum, ſiveritatem & exemplorum malam applicationem conſideres, vix ferendorum, conſcripſit; Is (inquam Auctor) præter alia, juſto examine (quod aliis temporibus relinquimus) non indigna, *tria* hæc, quæ præſentis maximè ſunt materiæ, inculcare voluit;

1. *Cæſarem in culpâ eſſe, cur Pacificationis hoc negotium tantopere differatur, & tantum humani ſanguinis ſine causâ effundatur.*

ſemper aliquam *probabilem cauſam vel prætextum* ſuſcipiendorū bellorum (adde quoque violandarum Pacificationum) præ ſe ferant, quamvis ſæpè nulla cauſa ſubſit; non ergo quid prætenditur, ſed quid revera agatur, inſpiciendum, atq; inde rei veritas judicanda, quod non niſi rerum ordine benè cognito, quo ſcilicet tempore, & quibus circumſtantiis geſtum, fieri poterit.

## CAP. DUODECIMUM.

Cujusnam Gallici *S*criptoris de Pace futura Germaniæ, diſcurſus continet; Quis eam hactenus impedierit? cujus conditionis eſſe debeat? & quomodo ſatis ſecura reddi poſſit?

POſtquam *Pacificationes Auſtro Hiſpano-Gallicas*, hactenus inter utramque gentem initas recenſuimus, *Gallicus* quidam *Scriptor* nobis occaſionem dedit, ut de *Pace futura* (quam ipſe & procul dubio alii cum eo, vel ſibi imaginantur, vel



Digitized by Google

vel ſaltem certis ex cauſis prætexunt) nonnulla referamus, quæ licet iis, qui publicis hujusmodi negotiis interſunt, ſuperflua & non neceſſaria videri poterint, cùm tamen aliis æque non ſint obvia, hiſce laborem non ingratum futurum exiſtimavimus; *Gallicum* autem *idioma* non de verbo ad verbum tranſtulimus, operam tamen dedimus, ut de mente auctoris ſatis conſtaret; Eſt autem Scriptor, quem ſupra *cap. 10.* nominavimus, nuperus quidam *Silhonius* nomine, qui partes duas (quarum tertiam quoque promittit) diſcurſuum, ſi rerum varietatem & novitatem ſpectes non condemnendorum, ſiveritatem & exemplorum malam applicationem conſideres, vix ferendorum, conſcripſit; Is (inquam Auctor) præter alia, juſto examine (quód aliis temporibus relinquimus) non indigna, *tria* hæc, quæ præſentis maximè ſunt materiæ, inculcare voluit;

1. *Cæſarem in culpâ eſſe, cur Pacificationis hoc negotium tantopere differatur, & tantum humani ſanguinis ſine causâ effundatur.*

2. *Pacem futuram debere eſſe generalem, id eſt omnium partium tùm principalium, cum iisdem confœderatorum.*
3. *Quomodo Pax hæc generalis, omnibus membris ſemel communicata, ex parte Gallorum eorumq; adhærentium ſecura & inviolabilis reddi debeat?*

Quod *priorem diſcurſum* attinet, quem *Auctor* (a) prolixè proponit, conatur omnibus perſuadere, quicquid hactenus in Pacificationis negotio, etiam Coloniæ, ex S. Pontificis interpoſitione tentatum, atque alibi actum, non niſi diſſimulatè, & ad hunc finem factum eſſe, ut mundus fallatur, atque ſimpliciores zelum pacis reducendæ credant, cùm tamen è contra Cæſariani oleum (quod dicitur in proverbio) camino addiderint, & bellum omnibus modis promoverint; Deinde ut adverſarii tepidiores redderentur & confœderati interea ad ſeparatos pacis tractatus allicerentur, (quod etiam partim tentatum effectumque eſſe) ex quo demum *Gallis* id eveniret, quod *Politicorum Maxima*

(a) Silhonius in conſil. Status part. 2. lib. 1. diſcurſ. 12.

*ma* tradit, confœderatos nimirum, qui primo loco ſe accommodant meliores conſequi conditiones, & colligere granum, quod alii ſeminarunt, *ultimos* vel ſecundum Oraculi illius effatum, *devorari*, vel demum univerſam belli molem ſuſtinere, neceſſum habere;

Quæ omnia ita eſſe, ex ſequentibus clariſſimè patere *Auctor* cenſet; Nam *primo* cùm *Legatus Florentinus* anno 1637 menſe Julio *Viennæ* neceſſarias litteras ſalvi conductus, pro Gallis eorumque confœderatis peteret, à Cæſarianis reſponſum accepit, ſe id facere non poſſe, Cæſarem enim cum *Suecis* in particulari tractaturum, quod Germaniæ Principes ſibi ſubjectos, ſed hactenus rebelles, attineret, qui arma adhuc in manibus haberent, inter quos ſunt *Heſſi*, cum hiſce ſimiliter particulares tractatus inſtituendos fore, reliquos eſſe incapaces, ut cum illis tractaretur, auctoritate Cæſareâ & Imperii Legibus ad unionem reduci poſſe; Denique Galliæ Regem immeritò rebus Germanicis ſe immiſcere, quod ſi idem Cæſari,

faceret in Gallicis, Regem id male habiturum &c. Hoc reſponſum poſtquam multis modis examinaſſet, tandem ad *ſecundam* dilationis *cauſam* progreditur, quam in eo ſtatuit, quod *Regis Hungariæ* (ita enim *Cæſarem Ferdinandum III.* ex rationibus, quas ſe parte 3. ſuorum diſcurſuum allaturum pollicetur) Legati *Hamburgi*, circa præliminaria generalium tractatuum non ſatis fideliter rem geſſerint, ſed quoniam (dum hæc ſcribo) A*cta tractatuum præliminarium, circa negotium Pacis generalis*, ab ipſo *Legato Gallico Claudio de Meſmes*, cum iisdem ſcholiis, ſeu potius ſcommatibus ex falſis præſuppoſitis confectis anno præterlapſo in lucem edita viderim, ordinis gratiâ libare hæc non etiam ulterius proſequi volui, hoc ſaltem nunc addo, ex prædictis ſcholiis atque cauſis contra Cæſarem adductis iis, qui jura Germaniæ norunt, & de illis ſepoſito ſiniſtro affectu judicant, ſatis conſtare, talia fuiſſe, quæ ex parte Cæſaris remoram hactenus injecêre, ut ſalvâ Imperii auctoritate, & abſque læſione Legum fun-

da-

damentalium neutiquam cedi potuerint, id quod ex demonſtratione cauſarum. (quam nunc omittimus) luce meridianâ clarius evaderet; Quid ſi (ut juridicis *Politica*, quæ plus valent apud exteros, ſubnectamus) Cæſariani prævideriint, idem quod illis forſan falſo objicitur à *Gallis* & *Suecis* practicari, ſcilicer, ſub prætextu tractationis, de Pace generali. *Neq; enim novum, ſed commune nimisq; quotidianum eſt, ut ſub umbrâ pacis bellum lateat. Petrarcha de remed. utriusq; fort. lib.* 1. (quæ quam difficilis futura, poſtea nonnihil attingemus) præcipuè id quæri ut dum tractatus particulares, (ſive cum exteris, ſive cum illis Imperii Statibus, qui nondum ad obedientiam rediêre) diſſuadentur, horum confœderatorum ope in viſceribus Imperii bellum in infinitum trahatur, perpetua exinde inimicitia, inter caput eiusque membra alatur, atque (quod *Gallici Scriptores* pro indubitato aſſerunt) ut *univerſalis diſſolutio harmoniæ ſtatusq; Imperii* (quod Deus avertat) tandem ſubſequatur, evidens certè ſignum

gnum & indicium, quid *Galli*, quid *Sueci*, aliique eorum confœderati, ſub *Auſtriæ domus* (quæ ſola prætenditur) diminutione vel ruina intelligant, & quæ clades totius Imperii eam ſubſecutura ſit.

*Secundum* nunc accedamus *Silhonii*(b) *diſcurſum*, qui eſt de *qualitate futuræ pacis*, de quâ ita ſtatuit, *eam ſſe debere generalem*, *& tractatus particulares alios qui eosdem appetunt*, *minari ruinam*; Quod omiſſis ſuperfluis & ad rem non pertinentibus, ita oſtendere conatur; Præſupponit, non niſi pacem hanc generalem poſſe eſſe ſecuram, cujus ſecuritatem ex eo promittit; quod, dum omnes confœderati tanquam unum corpus pacem tractant, ſimul etiam de ſecuritate hâc ſibi cavere poterint & debeant, eo ſcilicet modo, ut ad obſervantiam eorum, quæ paciſcuntur omnes confœderati obligati maneant, atque talibus mediis defenſivis ſe muniant, quibus in omnem eventum pacta tueri poſſint, prout ad *diſc*, 3. dicetur; Secus eſſe in *tractatibus particu-*

(b) Silhon. part 2. lib. 2 diſcurſ. 9.

Digitized by Google

*ticularibus*, quos efficere, ut non ſolum corpus unitum infirmetur & diſſolvatur, ſed etiam ſinguli facilius decipiantur, & quod ſumma rei, quoniam tantæ non ſint potentiæ, ut violationem ſœderum prohibere vel vindicare queant, quòd eadem facilè vel intereant, vel etiam violentur, atq; omnia ad priſtinum ſtatum redeant; Vnicum hoc eſſe remediū, *Auſtriacam domum intra terminos aſſignatos & praſcriptos tenere &c.* Unde liquêre quàm graviſſimè *Saxonia Elector*, & alii *Germania Principes*, qui ab hâc viâ ſalutari receſſerunt, peccârint, quòd Pacificatione *Pragenſi* tam care libertatem ſuam vendiderint, & ſe in extremam ſervitutem præcipitarint, injuriâ eos affeciſſe, & ſe ſociosque, *ſe* quia relictis ſociis æqualibus ad infelix illud & priſtinum jugum redire, *ſocios* & maximè *Suecos*, quòd erga eos ceu liberatores ingrati exiſtere voluerint.

*Tractatus* hoſce *particulares* eſſe nocentisſimos, & ſi non ex *Politica* Hiſpanorum, quæ non ſolum *Matriti* in Hiſpania, ſed etiam *Viennæ* in Auſtriâ, in viridi ſit obſervantiâ commenſurandi, ſaltem Ductrice experientiâ reſpui debuiſſent.

Quis

Quis ignorat Pacem Pragenſem ex
NB. parte Cæſaris fuiſſe coactam? Nihil aliud ergo ſupereſſe, quam quod præſertim Succeſſores, (quos non teneri præſtare factum Cæſaris) eam non ſint ſervaturi, ex quo neceſſarium conſequens, vincere aut vinci Auſtrios, Saxonem aliosque novos amicos, fore prædam victoris. Et ſolere Auſtrios ejusmodi pacta & paces particulares violare, exempla poſſe recenſeri infinita, paucis id nunc declarandum, iisque noviſſimis Italiæ & Germaniæ; Ex Italicis nonnulla cum Sabaudiæ Duce geſta & non ſervata refert; ex Germanicis tractatum Ulmenſem, præſente *Regis* Galliæ Legato concluſum à Cæſarianis & adhærentibus violatum valde exaggerat; Hinc inſecutam eſſe cladem

cladem *Pragenſem*, profugatum *Palatinum*, *Electorali dignitate* & omni Imperio exutum; *Magnæ Britanniæ* Regem dum de Palatinatu reſtituendo particulares tractatus inſtituit, ſæpiſſimè eſſe deceptum, maximè poſt infauſtum Suecis aliiſque confœderatis *Prælium Norlingenſe*, poſt cujus obtentam victoriam, Palatinatum antea ad vitam *Bavariæ Duci* conceſſum, excluſis Palatini filiis & Palatino *Neoburgico*, Bavaro ejusq; familiæ hæreditario contigiſſe, omnem nunc eâ de re ſpem, etiam ulteriùs tractandi evanuiſſe, præſertim rebus in *Anglia* ſic ſtantibus, ut Rex cum Parlamento non conveniat; Perſimili modo Auſtrios valde laborare *Suecos* particulari pace, ut faciliùs decipiantur, circumvenire; Hoſce eſſe *effectus* privatarum harum pactionum, quæ utcunque fiant nunquam tam firmæ erunt, quin non occaſione temporis violari, & ſubtili quâdam ratione everti poſſint; Hæreticis non ſervandam eſſe fidem, libertatem religionis iiſdem datam, æquè illis relinquendam, ac furioſo cul-

tellum in manu, ita concludit *G*allus homo Cardinali Richelio addictisſimus, &, uti præ ſe fert, Catholicus.

Sed non novum hoc *Gallorum* commentum eſt (*amice Lector*) pacis tractatus particulares contemnere, atque è contra generales ſuadere, eandem *Henrici II. Galliæ* Regis cum ſociis *Chambortici fœderis* (cujus *ſup cap. 9.* mentionem fecimus) quoque mens & intentio fuit quare cùm Mauritius Saxo ab eâdem confœderatione diſcederet, & cum Cæſare ſe conciliaret, male â Gallis audiebat, & *Bodino* (c) teſte, perfidiæ prorſus inſimulabatur, ſed graviſſimè *à noſtris*, quos alibi notavimus, refutatur nec enim fœderis leges prædurae & perpetuæ ſervituti cauſam præbere debent, ſocietas liberè inita habet quidem vinculum obligationis, & ne quis doloſe vel fraudulenter ſocius eſſe deſinat, ſed tamen ceſſante NB. causâ fœderis, ipſa quoque obligatio ceſſare debet, à bello enim deſi-

(c) Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6. pag. 964.

Digitized by Google

deſiſtendum eſt, quando conſequimur in pace cauſam, propter quam ſuſcipiendum bellum erat; *Thom. Morus in Vtopia.* maximè ſi talia cum alterius ſubjectis ſint contracta, qui ſi perpetuo nexu, contra ſuperiorem devincirentur, quid aliud eveniret, quàm *ſub fœderis & patrocinij ſpecie cives alienos à Principum ſuorum obſequio & obedientiâ diſtrahere*, quod ipſe Bodinus (d) Gallicum mancipium, iniquum & nefas eſſe duxit. *Saxoniæ* ergò *Elector* meritò *Mauritij* prædeceſſoris veſtigia ſecutus Gallicam amicitiam, quàm citò potuit deſeruit; quod exemplum omnes bonos imitari oportebat; Eſto enim eos quandam ſeceſſionis ſuæ cauſam habuiſſe, ergonè æterna habebunt odio? numnè patriam Germaniam perpetuis exterorum Regum depopulationibus objicient, atque ex Regno juſtitiæ, ſpeluncam latronum efficient? Quod verò *de firmitate pacis*

R gene-

(d) Bodin. d. cap. 6. adde infr. conſult. 5. n. 18. & ſeqq.

*generalis* (qualem in ſuo genere omnes boni deſiderant, ſed forſitan optanda magis, quàm ſperanda) & *de violatione fœderum* Auſtriacis, aliisq; Imperii fidelibus Principibus imputata, prolixius quàm fas erat, ab Auctore diſputatum, vel meræ chymeræ & imaginationes, vel graviſſimæ injuriæ & contumeliæ in *Auſtrios* & univerſam *Germanicam gentem* ſunt, & facili labore in ipſos Gallos retorqueri poterunt.

Succedit nunc *tertius Silhonij* (e) *diſcurſus*, quo efficere ſatagit, *quemadmodum pax iſta generalis ſecura reddi & conſervari poſsit*, In cujus perſuaſione egregiè laborat, idq; eò magis facere debuit, quo facilè prævideret, in eo omnem diſputationis cardinem verſari.

Accedamus ergò ad *Silhonij diſcurſum*, qui ſic ulteriùs ratiocinatur; illud igitur certò certius eſt, (ſicuti ſupra monuimus) omnis futuræ quietis & ſecuritatis, fundamentum & baſin eſſe pacem generalem, nec hanc fore firmam, niſi omnium intereſſentium & unitorum *con-*

(e) Silhon, d. part. 2, lib, 2, diſcurſ. 10.

*confœderatione permanente* conſervetur, talem verum eſſe fundamentum & cardinem, contra omnium machinationes; atq; unicum illud remedium, quo *Auſtrii eorumq; confœderati* & dependentes in officio contineri, & ne ampliùs aliena ambiant, impediri queant; Iamverò ad propoſitum deveniendo, confœderationem, quæ etiam num inter R*egem Galliæ*, atq; alios *Principes* ipſi nunc aſſiſtentes, viget eſſe ejusmodi, ut ejus virtute non ſolùm Pax honeſta & ſecura univerſæ Chriſtianitati procurari, ſed etiam ad ejus manutentionem contra domum Auſtriacam ejusq; ſocios, omnibus modis & conditionibus neceſſariis unio & perfecta correſpondentia formari poſſit; Ita evinci arbitratur, ſi famoſiſſimorum quorundam fœderum & unionum, quas in duobus penè ſeculis vidimus, natura, conditiones, & defectus, ob quos perire neceſſum fuit, expendantur, & vice verſâ, quemadmodum de hiſce omnibus *in præſenti Gallica confœderatione* cautum ſatisq; proviſum ſit, oſtendatur.

Hoc ut fiat, auctor *duo fœderum ge-*



Digitized by Google

*nera* præmittit, quorum *prius* ex primariâ ſuâ intentione ad hunc finem contrahit, ut quidem fæderati ſe non moveant, ſed tamen impediant, ne quid damni, quod timent, patiantur, & ſe contra turbulentorum invaſiones vigilantiâ ſuâ præſervent. *Poſterius* fœderum genus totum in actione & motu conſiſtere, cum malum, quo quis de facto premitur & afficitur, ipſo facto, & vi contrariâ, vel repellat, vel avertere conetur; Inter *prioris generis exempla* refert, *Fœdus Italorum Principum*, *Laurentio Medicæo* auctore, pro conſervandâ pace & tranquillitate publica Italiæ, tum temporis contra Venetos præcipuè, tanquam potentiores. hoc conſilio pactum, ut ſi quis Italiæ ſtatum (cujus arbiter Laurentius erat, & eſſe volebat) turbaturus, omnes confœderati contra eum inſurgerent, ac quovis modo conatus reprimerent, quod licet ſapientiſſimum fuerit *L*aurentii inſtitutum, cùm tamen in ipſius ſolius prudentiâ, abſq; alterius cujusdam R*egis manu fortiori* fundaretur, cum Laurentii morte idem quoq; fœdus interiiſſe, *Ludovicus*

*dovicus* enim *Sfortia*, ut *Mediolanenſem Ducatum* uſurparet, *Carolo* VIII. Galliæ Regi, ad invadendum Regnum Neapolitanum (de quo ſupra *cap.* 3.) viam adaperuit, quem poſteà *Germani*, *Hiſpani* & aliæ nationes ſequutæ, ex quo miſerrimus Italiæ ſtatus, & totius harmoniæ diſſolutio originem traxit; Si præter *Laurentii* prudentiam, potentior quidam Rex, qui validâ manu confæderatos unitos tenuiſſet, fæderi interfuiſſet. Nec ſolam alicujus potentiam (pergit auctor) ſufficere, ut liga vel unio quædam diu conſervetur, ſed prætereà etiam requiri, ut *potentia* illa ſit *moderata*, & directa ad finem communem fæderis vel unionis, nam ſecus ſi fiat, ceſſante bono publico & communi, mox ſociorum unitorumvè fiet ſeparatio; Idem accidiſſe *fæderi Schmalcaldico*, quod ex Principibus minùs potentibus conflatum, cùm *Cæſar Carolus V.* eidem potentiorem ligam (cui Pontifex etiam intererat) oppoſuiſſet, unico enim quaſi ictu & prælio utrumque fœdus exſpiraſſe, *Schmalcaldicum* quidem, quòd fortu-

nam adverſam haberet, & potenti manu, quæ minus potentibus ſubveniret, careret; *Cæſareum* verò cum Pontifice & aliis Catholicis Schmalcaldico oppoſitum, quod Pontifex, poſt devictos à Cæſare Germaniæ principes, jam pridem animadverteret, bellum hoc non religionis causâ, & ut hæreſes extirparentur, ſed (quod Auctori placet) pro dominandi libidine, & ad ſupprimendam Germaniæ libertatem, geſtum eſſe, quam ob cauſam Pontificē & alios ulteriores ſuppetias Cæſari denegaſſe, atque ita famoſam hanc ligam eſſe deſiiſſe. Növiſſimam *Proteſtantium in Germaniâ unionem*, ejusdem cum Schmalcaldico fœdere fuiſſe conditionis, nam quicquid *Daniæ Regem, Halberſtadium, Mansfeldium*, & alios poſt devictum Palatinum, & clade ſemel acceptâ, attulerint, nihil aliud juvaſſe, quàm quod ægrotis evenire ſolêre, quorum quidem vitam pretioſis medicamentis prolongare, ſed prorſus ab interitu liberare non licere; E contrà *Catholicorum Ligam*, ſub alis Imperialibus eſſe firmiorem, utpotè cujus da-

mnum,

mnum, ſi quod perpeſſa, potentiâ Cæſa-ris reſarciri queat; Nam licet *Germaniæ Principes*, jam dudum à temporibus *Franciſci I.* ab ejusd. legato *Langeio*, aliisque exemplis edocti, ne *Auſtriis* dominatum affectantibus ampliùs fiderent, & propterea directionem ligæ *Duci Bavariæ* commiſerint, nihil tamen inde effectum fuiſſe, nam transmutatis vexillis, Imperatorem quod directò habere non potuit, per obliquum aſſequutum fuiſſe, &c. Hæc omnia poſtea per *Regis Sueciæ* adventum, ejusque liberiorem directionem, quoad Proteſtantium fœdus in aliam formam redacta fuiſſe, *Gallico fœdere* ita firmata, ut aſſeverare oporteat *unionem quæ nunc eſt inter Gallos & confœderatos, ejusmodi neceſſariis conditionibus & requiſitis conſtare*, ut bellum contra *Auſtrios* & conſocios usque dum ſecura pax ſubſequatur, continuare poſſit; Eſſe hîc *potentiam illam* ſufficientem (Gallicam) ad ſubſiſtentiam & conſervationem fœderis perpetui contra domum Auſtriacam & dependentes, neceſſariam; Eſſe eandem ita *moderatam*, ut

Galliæ Reges (quod nunquam) nec hoc tempore alium finem & intentionem, quam omnium fœderatorum libertatem, pacem & tranquillitatem ſibi proponant, eſſe eos ab omni ambitione alienos, ac propterea confœderatos ut ſocios tractaturos, eosq; in cauſa communi nullo tempore deſerturos, quæ & alia multis exemplis Auctor firmare conatus fuit, quæ hoc tempore præterimus.

Verùm quàm difficilia hæc ſint, quæ Gallus per diſcurſum tàm plauſibiliter proponit, idem ipſe ex *Cominæo* (f) *Galliæ Hiſtorico* diſcere potuiſſet; Qui de difficultate horum negotiorum in hæc verba ſcribit; *Facilè quidem & proclive eſt, ut inter potentes Principes bellum exſuſcitetur, ſed ob diverſitatem rerum, quæ incidūt, vix magnâ difficultate componitur; Nocere enim quisq; ſtudet adverſario ſuo quantùm poteſt, & celeres plerunque ſunt in ejusmodi rebus animorum motus, qui poſtquam ſimul in actionem tranſierunt, ſiſti non poſſunt, aut revocari*; Hæc prudentiſſimè *Cominæus*, cùm de paucorum reconciliatione ageret; Quale ipſius judicium (ſi adhuc viveret)

(f) Cominæ. comment. de Ludov. 11. cap. 3.

veret) futurum, ſi *de omnium ferè Chriſtiani orbis Imperatorum, Regum, Principum ac Rerumpublicarum tot capitibus inter ſe diſſentientium mutuâ amicitiâ reconciliandâ* interrogaretur? Sed eſto ex ſingulari Dei providentiâ ſubſecuturam aliquando pacem illam generalem, numnè in illâ plus ſecuritatis, quàm ſi ſe legibus Imperii & legitimo capiti quisque rurſus ſubjiciat, habebit? Quemadmodum (ſi pacifica tempora præſertim noſtri imperii intueamur) ſub alis aquilæ Imperialis, & ſub clypeo juſtitiæ omnes & ſinguli, qui quietè vivere voluerunt hactenus vixerint notum eſt, nec dubitandum, quin tempora meliora, ſub Rege pio, & viridi legum obſervantiâ ſint ſubſeqvutura. At quis rerum ſtatus ſub novâ illâ unione futurus, nemo eſt qui ignorat, quàm qui fœderum naturam non ſatis perſpectam habet, nam qualiscunq; tandem eorum forma effingatur, tractu temporis vel pereunt, vel minus potentes, magno cum pudore & damno deſeruntur. (g) Quod in *fædere Gallico* cum Pontifice & aliis, (de quo *ſupra cap. 7.*) *Venetis* & *Florenti-*

R 5 nis

(g) vid. infra conſult. 3.

*nus* accidiſſe, *Jovius* (h) hiſce verbis atteſtatur: *Nam hoc fœdere* (i.e. novâ Pacificatione) *cùm Veneti, tùm Florentini facilè ſunt prætermiſſi, qui non ſine calumnia Gallorum, eo pacis beneficio nihil adjuti, ſed magnoperè injuriâ affecti, de fluxâ fide Regis cóquerebantur*; Et quod de *Potentiâ* R*egis fœderis moderatrice* tantoperè inculcat *Gallus*, perpendant prudentiores illud, quod monet ſæpè citatus *Cominæus*; (i) *Vix enim eſt* (ſcribit) *ut providere ſibi aliquis diligenter ſatis poſſit, quò minꝰ fallatur, & quò ſunt potentiores* Principes, *eò major eſt inſidiis & improbitati locus*; *Nam & ſuâ quâdam ſponte illi eò propendent, ut quod libet, licitè ſibi putent &c.* plura nunc omitto; Cæterùm an plus *Gallis* vel *Auſtriacis* eorumque adhærentibus, in obſervatione Pacificationum fidendum (de quo tantoperè garrit & Auſtriacos calumniatur Silhonius) prolixius quidem Examen, quod nunc brevitatis causâ effugimus, requireret, non obſcurè tamen ex hactenus relatis id apparêre arbitramur, quænam pars alteri, *toties juratas Pacificationes rumpendi & violandi* occaſionem dederit.

(h) Jovius hiſtor. lib. 26. (i) Cominæ. d. lib. 3.

CONSUL-

# CONSULTA-
# TIONES.

Digitized by Google

# CONSVLTATIO
## PRIMA.
## CAPTIVORUM MATERIA.

Ubi diſſeritur, de perſonis captis in bello juſto, quid juris victor in easdem conſequatur? Capti quomodo ſint tractandi? An interficiendi? Ad quid victori ſint obſtricti? quomodo permutandi, dimittendi, redimendi?

SUMMARIA.

1. *Bellorum variæ ſpecies cur in hâc primâ quæſtione ſint præmittendæ?*
2. *Belli diviſio in publicum & privatum.*
3. *Inſolenne & minus ſolenne.*
4. *In juſtum & legitimum, vel minus juſtum & illegitimum.*
5. *Bellum juſtum & legitimum an poſſit eſſe ab utraque parte tale?*
6. *Bellum injuſtum & illegitimum quodnam?*

7. *Bello-*

*7. Bellorum diviſio in externum & internum.*

*8. De quâ bellorum ſpecie in ſubjectis quæſtionibus ſimus dicturi?*

*9. Tranſitio ad quæſtionem propoſitam.*

*10. Capti in bello juſto, jure Gentium ſervi efficiuntur, & quis inde effectus?*

*11. Ea hodie apud Chriſtianos non obtinent, & quare?*

*12. Victor in genere quid, & quantum poſſit in captivos?*

*13. Duo captivorum genera.*

*14. An captivos aliquo modo interficere liceat? pro affirmativa cum exemplis.*

*15. Pro negativa.*

*16. Quod etiam ad privatos extendendum & quatenus?*

*17. Captivos cùm regulariter interficere non liceat, iidem rurſus victori quodammodo ſunt obſtricti.*

*18. Ergò aliis dedere ſe non poſſunt.*

*19. Nec Domino, cujus in manibus ſunt, reſiſtere.*

*20. Nec ſine causâ aufugere.*

*21. Quomodo hodiè liberentur, vel permutentur.*

*22. Cognatarum ad hanc materiam pertinentium quæſtionum remiſſiones.*

Bello-

1. B*Ellorum variæ ſpecies* (quas *in præfatione citati* Scriptores plenius pertractant) varios quoque & diverſos producunt effectus; Unde quod juris eſt in una, in altera ſæpenumerò non procedit. Ne igitur actum agam, & in ſubſequentibus quæſtionibus, confusè procedam, & diſtinctiones quasdam fundamentales ſæpiùs (quàm par eſt) repetam, rem ab ovo (quod dicitur) exordiar, & præmiſſis bellorum diſtinctionibus, de quâ ſpecie belli deciſiones noſtræ in effectu loquantur, in primordio o-
2 ſtendam: Bellum autem aliud *publicum*, aliud *privatum* eſſe Dd. ſtatuunt; De hoc nihil amplius. *Publicum* illud intelligunt, quod
3 publicâ auctoritate geritur. Hoc rurſus in *ſolenne* & *minus ſolenne* diſpeſcunt, *Bellum ſolenne* ex jure gentium perhibetur id, quod geritur primò utrinque ab iis, qui ſummam in Imperio ſeu Republica habent poteſtatem; Secundò cui certi quidam ritus & forma indicendi (qualis eſt Clarigatio, de quâ alibi) adhibetur. *Bellum minus ſolenne* id eſſe ajunt, quod quidem auctoritate ſummi Magiſtratus geritur, ſine tamen prædictis ſolennitatibus ſubſiſtit, & in privatos quoque (pu-



Digitized by Google

ta rebelles immorigeros) geri poteſt. Utrumque ex cauſâ, ob quam geritur, *juſtum* & *legitimum* eſt, vel *injuſtum* & *illegitimum*. Sola enim cauſa, illud ab hoc diſcernit, & bona cauſa in bello dicitur *Caput bonæ ſpei*, quòd nimirum triumphus, fortuna & bonus eventus inde ſpectari debeat; Ita *Livius lib. 5. in Rhodior. oratione* diſſerit, *certè quidem vos eſtis Romani, qui ideò felicia bella veſtra, quia juſta ſint, præ vobis fertis, nec tàm exitu eorum, quòd vincatis, quàm principiis, quòd non ſine causâ ſuſcipiatis gloriamini.* Unde tritum illud: 4

*- - - - tandem bona cauſa triumphat.*

Et *Propertius*:

*Frangit & attollit vires in milite cauſa,*
*Quæ niſi juſta ſubeſt, excutet arma timor.*

Et certè quin bellum ab unâ parte poterit eſſe juſtum & legitimum, ab alterâ verò injuſtum & iniquum, nemo dubitat. *Anne verò ab utrâque parte, juſtum, legitimum & licitum haberi poſſit?* ambigunt nonnulli, *Antonius Quatta* JCtus non incelebris *conſ. 14. n. 13.* ita à contrario ſenſu argumentatur, quod ubi bellum ab una parte dicitur eſſe juſtum, neceſſariò ex alterâ ſit injuſtum; Quod & verum agnoſco, ſi de juſtitia unius partis vel ex- 5

preſsè

preſsè conſtet, vel ſi ratione Dei (qui eſt cordium ſcrutator & omnia perſpicit) rem conſiderem; Hujus enim reſpectu ſemper neceſſe eſt, alterius cauſam eſſe iniquam. *Achat. Ænenchel. de privileg. parent. & liberor. prin. 1. part. 9. n. 27.* ratio eſt, quia apud Deum juſtitia alicujus rei, non dependet ex quadam credulitate, ſed certâ ſcientiâ; Verùm politicè & ratione hominum, (qui interna penetrare tantoperè nequeunt) cauſa & finis, ſi modò ſpeciem & imaginem juſti habeant, dubitationem inferunt, ita ut ſi de partium jure, ex aliâ ratione clarâ & perſpicuâ, controverſia decidi nequeat, utrinque bellum juſtum reputetur. Quod & in privatis litibus, haud rarò contingere, non obſcurum eſt, utpotè in quibus, ab initio vix diſcernitur, quis juſtè litiget, & utraque ſæpe pars, juſtam litigandi cauſam habere videtur, quo facit illud *Ariſtotelis 3. Rhet. cap. 17.* cùm in litibus juris controverſi neutrum improbum eſſe docet. Ita quoque quoad effectum *juris*, ut ſcilicet bellum notabiliter juſtum, non magis operetur, quàm quod præſumptivè juſtum & legitimum exiſtimetur, bellum ab utrâque parte juſtum habetur, juſtum-

juſtumq; producit effectum, & capta capientium fieri, efficit, prout in ſeqq. quæſtion. patebit; adde quæ ſubtiliter diſputat *Hugo Grotius de jur. bell. & pacis, libr. 2. c. 23. n. 13. Leonh. Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. c. 13. dubit. 3. n. 30. Coauar. in reg. peccatum. 2. p §. ij. n. 6.* E quibus, quodnam bellum juſtum eſſe, & dici poſſit, clarè conſtat; Nam ſi juſta belli gerēdi cauſa adſit, & is debito modo bellum incipiat & moveat, qui bella gerendi poteſtatē habet, quin tùm juſtum & legitimum bellum ſit, nemo eſt, qui ambigit, ſecùs ſi requiſita illa deficiant, de quibus omnibus prolixè *Hugo Grotius d. tract. paſſim, & Dd. in præfatione allegati. Barthol. tract. de repreſſal. Johan. & Paul. de Lignan. tract. de bell. & repreſſal.* quibus jungendi moderniores *Lipſius Polit. libr. 5. cap. 4. Roſenth. de feud. cap. 8. concl. 20. n. 11. & ſeqq. Gail. de pac. publ. libr. 1. cap. 4. n. 40. & ſeqq. in terminis. Anton. Quetta. conſ. 6. per tot. Georg. Everhard. vol. 1. conſ. 17.* Demum eſt & alia belli diviſio, quâ in *externum* & *internum* ſive *civile* diſpeſcitur; De *priori ſpecie*, ut plurimùm hactenus egi; *Civilia bella*, utrumque etiam ſuis posſint conſtare cauſis, nihilominùs uti odioſa, & Reipublicæ nimis nociva, ple- 6.

rumque ceu illicita, impia & abominabilia
exiſtimantur; *partialitas* enim teſte *Baldo,*
*in l. unica. C. de Caduc. tollend.* in civitate eſt
id, quod vermes in caſeo, & ejusmodi bel-
la, latrocinia magis, quàm bella ſunt dicen-
da; ac propterea in bellis civilibus capta,
non fieri capientium tradit *Grotius d. tract.*
*lib. 3. cap. 6. Georg. Everhardi. vol. 2. conſ.*
*17. n. 14.* quâ de re infrà *quæſt. 6. & ſeq.* Bel-
lorum autem civilium mala, piè & doctè de-
ſcribit *D. Auguſtinus d. civit. Dei lib. 3.*
8. *cap. 23.* Quamvis verò hactenus adducta,
nonnullis à quæſtione præſenti aliena vide-
ri poſſent, ad id tamen allata conducunt,
quod hiſce præmiſſis, multæ inanes repetiti-
ones evitentur. De *bello* itaque *publico, ju-*
*ſto & legitimo, ſive reverà tali, ſive præſum-*
*ptivè* ejusque effectibus & conſequentiis in
ſubſequentibus conſultationibus agam.

9. Nunc ad propoſitam quæſtionem trans-
eo, & quid *de perſonis in bello captis* ſentien-
dum explicabo; Ne autem quid Jura gen-
tium velint, & antiquitas obſervârit, ſicco
(quod dicitur) pede planè prætercam, tri-
10. tum eſt captos in bello juſto & legitimo Ju-
re gentium olim in ſervitutem redactos &
ſervos

Digitized by Google

ſervos effectos eſſe', *l. 5. ff. de ſtat. homin. L. poſtliminii.* §. 1. *ff. de captiv.* Idque etiam non nemo *ad* Reges extendit *Johan. Coraſius ad d. l. 5. Verb. ab hoſtibus capiuntur.* Hoc tamen certo reſpectu intelligendum arbitror, ſcilicet Regibus quidem captis, libertatem eripi videri in eo, quòd vectigales & ſtipendiarii efficiantur, non verò, quòd uti mancipia haberi & tractari debeant; Ita de *Hannibale & Carthaginenſibus* ſcribit *Livius lib. 20. Hannibal vectigalis ſtipendiariusq; & ſervus populi Romani à patre relictus*; & *Antiochus* ſervientium Regum ditiſſimus *à Tacito lib. 2. hiſt. cap. 51.* appellatus eſt; Humanius enim viſum fuit captos ſervare, quàm occidere (quod Jure gentium victoribus licuit) *Barthol. in l. in laqueum 55. acqu. rer. domin. Weſemb. in parat. ff. de ſtat. hom. n. 4.* Atque hinc Dominis in ſervos quodvis patrare licitum fuit; In ſervum enim *Domino*, nihil non licere, dixit *Seneca.* Nulla perpeſſio eſt, quæ non illis impunè imponatur, nulla actio quæ non quovis modo imperetur aut extorqueatur, ita ut etiam ſævitia Dominorum in perſonas civiles impunita ſit, niſi quatenus lex civilis, ſevitiæ modum

finemq́ue imponit. *Apud omnes peræque gentes (ait JCtus in l. 1 ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.) animadvertere poſſumus, Dominis in ſervos vitæ necisq́; poteſtatem fuiſſe.* Atque indê eſt, quòd ſervi eo jure pro mortuis ſint habiti. *l. intercidit. 59. ff. de condit. & demonſt. l. cum his. 32. §. 6. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ſervitutem. 229. ff. de R. I.* & quadrupedibus, quæ gregatim paſcuntur, comparati. *l. lege Aquiliâ. 2. §. ut igitur. 2. ff. ad l. Aquil.* Imò etiam jure civili ſervi pro nullis habebantur. *l. quod attinet. 32. ff. de R. I.* & nulla in eos cadebat obligatio *l. in perſonam 22. ff. de R. Jur.* Denique alia quoque ratio *Romanis* occaſionem dedit, ne captivos occiderent, juventutem quippe & virilis ætatis viros, ex devictorum regionibus, in ſuas tranſtulêre, quibus (Romanorum legibus & moribus aſſuetis) poſteà in bello utebantur; Nam uti ait *Eutropius hiſtor. lib. 7. vicit* (Auguſtus) *præliis Dacos Germanorum ingentes copias cecidit, ipſos quoque trans Albim fluvium ſubmovit, qui in Barbarie ultra Rhenum eſt. Hoc tamen per* Druſum *privignum ſuum adminiſtravit, quo bello C.C.C.C. millia captivorum ex Germania transtulit, &*

*ſupra*

*ſupra ripam Rheni in Gallia collocavit.* Hi ta- II.
men effectus, uti quoq; ipſum ſervitutis jus tale, hodiè apud Chriſtianos non obtinet; nec enim ampliùs capti in bello fiunt ſervi & mancipia, ita ut mancipiorum more, vendi poſſint, prout tradit *Les. de juſt. & jur. lib. 2. cap. 5. dub. 4. n. 12.* Didac. *Covarruv. in c. peccatum part. II. §. 11. n. 6.* V*ictoria de jur. belli. n. 42. Alber. Gentil. de jur. bell lib. 2. cap. 15. & ſeqq. Geo. g. Everhard. vol. 2. conſ. 15. n. 15.* licet nihilominus *captivorum venditio de facto* & certo modo hodiè inter milites practicetur ac vigeat; Prætereà quod dixi, captivos apud Chriſtianos non fieri ſervos, duobus modis *limitatur*; *Primò*, quoad *Subditos rebelles*, quos in ſervitutem redigi poſſe exiſtimat *Morla in emporio juris tit. ult. quæſt. 5.* Nec mirum, ſi ob ſeditionem & nefandam rebellionem ſubditi libertate, privilegiis & juribus priventur, & duriori jugo (quod jam multis in locis familiare eſt) premantur, libertas ſiquidem (uti prudens quiſpiam dicebat) amittetur. *Secundò* nec minus jus ſervitutis in bellis contra *Turcas* & *Saracenos*, alioſq; Barbaros & Infideles in uſu eſſe, teſtes ſunt. A*ngel. in §. item ea.*

*& §. fin. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* *Alberic. in l. hoſtes. ff. de V. S.* & ut obiter hæc inſeram, jus ſervitutis certo reſpectu, nec Chriſtianis legibus contrariari, nec Reipublicæ inutile eſſe contra *Bodin. de Repub. libr. 2. cap. 8.* meliori genio ſtatuunt *Auger. Gislin. Busbeg. epiſt. 3 legat. Turcicæ, R. P. Adam. Contzius, Polit. libr. 8. cap. 15. & Auctor diſcurſus Iuridico-Politici peculiaris*, ſub tit. *de ſervitute in Republica Romana iterum introducendâ, impreſſi Francofurti Anno 1626.*

12. Redeo ad jus victoris in captivos; Licet itaque illa ſervitutum jura quodammodo apud Chriſtianos ſint abolita, de eo tamen conſtat, manere nihilominùs jus quodpiam Victori in captivos etiam inter Chriſtianos, id quod *Imperatorium* appellitat *Cicero Verrina 3.* Hanc forſan ob cauſam, quod Duces belli, partâ aliquâ de hoſtibus victoriâ, militum acclamatione *Imperatores* ſalutari conſueviſſent; Quod jus in eo conſiſtit (brevibus tradam, quod ampliſſimos habet effectus) quòd victoris ſit, *leges dare & velle, victi accipere & obſequi*; *Quodcunque libuit facere victori, licet*, ait *Seneca*; Quamobtem

obrem victoriæ legem eſſe, væ *victis* tradit *Pet. Ærod. rer. jud. libr. 10. tit. 2. cap. 3* De eo itaque nullum eſt dubium, quin durante bello, & deditione nondum factâ Victori majora liceant, & verum ſit, quod *Marcellus* apud *Livium lib. 21.* dicit. *Quidquid in hoſtibus feci jus belli defendit.* At victoriâ obtentâ, & reſiſtentiâ jam ceſſante, Chriſtianum erit victis & captivis parcere; Imperatorium quippe eſt

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Et uti reſcripſit *Claudius* Imperator, *Eunoni* apud *Tacitum lib. 12. Quantâ pervicaciâ in hoſtem, tantâ beneficentiâ in ſupplices utendum.* At num in victos clementiam vel ſeveritatem exercere oporteat, alibi peculiari quæſtione pertractabo. In ſpecie Propoſitum 13. noſtrum aggreſſurus, *duo captivorum genera* ſeſe offerunt, vel enim ipſi *Pincipales*, veluti *Reges*, *Principes & Duces* capti ſunt, vel alii ex reliquâ militum cohorte; Vtrovis modo dubium occurrit, *An tales captivi interfici poſſint vel debeant?* Sunt nonnulli, qui 14. *pro affirmativa* pugnant, atque victoriæ jus, etiam ad jus vitæ & necis extendunt, quod *belli jus* nuncupant ſecundum illud *Papinii*:

Nec querimur cæſos, hæc bellica jura viceſque
Armorum - - - -

Et ſanè ſi quis *Hetruriæ Doctorem Machiavellum in ſuo Principe* conſuleret, reſponſum tali viro dignum acciperet, *vim omnem ſæviendi ſemel eſſe effundendam; Vitam devicti mortem eſſe victoris*, & vice verſâ, in ſumma ait *Italus*: (huomo morto non fa piu guerra.) Hujuſmodi vindictæ exemplum (occaſione tamen datâ) *Bajaſetes primus* (quem *Childerun Chan* à fulmine *Turce* dicunt) oſtendit, hic cum decennalis victor, tandem magno prælio à *Themire Chano* (quem *Temir-lancum* à claudicatione item vocant) victus, captus, primùm honeſtè exceptus, demùm interrogatus (adſcribam verba *annalium Turcicorum*, quæ eadem habet *Iuſt. Lipſ. in monit. polit. libr. 1 cap. 5. Monit. 2 n. 4.*) ô *Chan* (inquit) *magnas uterque Deo gratias debemus, ego quod claudus ille, ab ipſis Indiæ finibus, ad mœnia Sivaſtæ Imperium extenderim, tu quod à Sivaſta ad ipſos Pannoniæ fines, orbem terræ inter nos partiti penè ſumus, debemus igitur gratias, atque ego reddidi, & reddam: Tu verò parum fortaſſe memor, grat ſ-*

*mente*

*mente fuiſti, & ideò hæc calamitas intervenit; ſed age mi Chan, ſi ego in tua ſic eſſem poteſtate, quid ageres? dic liberè & veraciter.* Ibi ajunt, *Bajaſetem*, qui feroci & elato animo erat, ſubjeciſſe; *Equidem te ſi numen victoriam annuiſſet, in ferream caveam incluſum circumduxiſſem, ſpectaculo & oſtentui cunctis.* *Temir* eo audito, ſententiâ hac in ipſum eſt uſus, & ſic incluſit: Miſer triennium ferè ita vixit, & cum deſperatâ liberatione audiviſſet, in *Tartaros* ſe abducendum, caput validis iteratisq; ictibus caveæ ferreæ incuſſit, & indignantem animam ſic emiſit; Atque hanc eandem ob ſecuritatem, cùm Carolus *Andegavenſis* contra *Manfredum*, ad utriusque *Siciliæ Regnum* occupandum à Pontifice vocatus *Conradinum Sueviæ Ducem*, ejus familiæ ultimum, paternas ditiones repetentem, cæpiſſet, carnificis manu cum inſigni nobilitate, nefandâ cæde interfici juſſit, hiſtoriam pleniùs narrat *Pandolph. Collenut. in hiſtor. Neapolit.* & *Galliæ Hiſtoricus Ioan. de Serres en inuentaire general, de l. hiſtoric. de France en Lovijs, q.* Vbi ignominioſum hoc ſpectaculum veſperis *Siculis* recompenſatum fuiſſe tradit; Iudicium de hoc crudeli facto vide-

re licet apud *Bernhard. de la Roche. tract. de Parlam. Franc. lib. 13. cap. 19.* Auctor *Chronici Chronicor. in Ducibus Sueviæ, in Friderico II. vol.* 1. ſubjicit, quod *Henricus Truchſeſſius de VValdburg*, morti ipſius C*onradini* Domini ſui adſtans, cùm annulum ſignatorium ei *Conradinus* digito extractum porrigeret, inſignia Sueviæ ab eo conſecutus ſit, quæ etiam ad ſuos (putà modernam Truchſeſſiorum, ſive Sacri Romani Imperii Dapiferorum hæreditariorum perilluſtrem familiã) transmiſit. *Mariæ Stuartæ Scotiæ* Reginæ miſerabile exemplum refert *Guilielmus Cambdenus*, aliis nunc parco.

15. Sed hæc quidem ex *vindicta*, *vel rigore juris bellici* (quod dicunt) ita victores poterunt, maximè ſi neceſſitas, perſonæve victæ conditio, & extrema pertinacia hunc procedendi modum exegerit; Aliàs pium magis & Chriſtianum erit, quâdam moderatione in captivos uti, multa quippè nonnunquam licent, quæ tamen laudabilius eſt omittere quàm facere; *Omnia* (inquit Apoſtol. Paulus 1. Cor. 6.) *licent mihi, ſed non omnia expediunt*. Vnde Regem ſive Imperatorem informans *Claudianus* rectè ait;

Nec

Digitized by Google

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat - - - - -

Non enim *ſic crudelitas inimici vindicanda, ut crudelior eſſe judiceris*; ſcribit *Laurentius Valla lib. 2. de Ferdinando Arragoniæ* Rege. Omnium itaque pulcherrimum Victoriæ ſuæ fructum percipiet Victor, ſi ita in victos agat, ut & nocere ultrà non poſſint, & ut nocere ultrá nolint, immò doleant, ſe non citius victos eſſe. Duo enim hæc ſunt ſumma capita, in quibus *j*us victoriæ conſiſtit; *injuriæ acceptæ ultio, & in poſterum ſecuritas.* Quæ ſi ſine ſanguine posſit obtinere, victor, rectè aget, ſin minùs jure ſuo utatur, neceſſe eſt; Vide etiam hanc in ſententiam pulchrè *Hug. Grot. tract. de jur. belli & pac. libr. 3. cap. 4 & 11.* paſſim *Wilhelm. Ferdinand. ab Effeen. in manual. Polit. lib. 5. punct. 7. in fin.* Taceo quòd Rex in Regem, vel Dux contra Ducem tanquam Subditus non delinquat, atque ita ceu par in parem vi juriſdictionis animadvertere nequeat. *per text. in l. nam Magiſtratus. ff. de recept. arbitr. gloſ.* 1. *ibid. & text. in l. à quo. §. tempeſtivum. ff. ad S. C. Trebellian.* latè *Tuſchus. pr. concl. lit. P.*

*lit. P. concl. 89. Sichard. conſ. feud. 1. n. 54. Ant. Quetta. conſ. 92. n. 7. Gail. de arreſt. Imp. cap. 4. n. 2.* Quo argumento etiam uſus fuit *Conradinus Sueviæ Dux* (de quo paulò ante) teſte *Pandolpho Collenutio in compend. hiſtor. Neapol. libr. 4. fol. 125.* Principes enim ſemper ſunt Principes, & qualitas Regia ſemper unita eſt perſonæ Regis, licet cathenis ſive aureis ornatus, ſive ferreis ſit alligatus. *Rex Pyrrus ab Alexandro* captus, interrogatus, quomodo vellet eſſe tractatus, reſpondit more regio, & pergenti Alexandro anne quid amplius cuperet, nihil dixit, annuendo, ſatis ſibi fieri, ſi Regis inſtar haberetur. *Bernhard. de la Roche. de Parlam. Franc. lib. 13. cap. 19.* Unde cùm *Valentinianus* Imperator *Jovino Duce* bellum gerebat adverſus Alemannos; Accidit ut Rex inimicus ab haſtariis interciperetur, quos Jovinus miſerat per aliud iter ad diripienda tentoria Alemannica, & ut eum Regem milites ſuffixum patibulo miſerè interfeciſſent; Facinus erat duplex ſanguinem Regium effudiſſe, & id propriâ auctoritate commiſiſſe, non juſſu, non Imperio Ducis; Statuerat igitur Jovinus in Tribunum animadvertere, & pro-

& procul dubio eundem damnaſſet (inquit *Ammianus* & poſt eum *Pet. Ærod. d. lib.* 10. *t.* 2. *c.* 4.) niſi evidentibꝰ documētis conſtitiſſet, facimꝰ illud militari impetu commiſſum, nō juſſu, nō conſcientiâ, non diſſimulatione tribuni; Majori etiam cum laude, primogenitꝰ *Angliæ* Regis, *Joannem Franciæ Regem* in prælio *Pictavienſi* An. Chriſti 1356. ab Anglis captum, ut hoſpitem amiciſſimum tractavit, & uti amicum in Anglia recepit, quam hiſtoriam deſcribit *Froſſard. Tom.* 1. *hiſt. cap.* 165. & 173. adde *eund. lib.* 1. *pag.* (*m.*) 53. & *Cominæ. comm. lib.* 10. *pag.* 701. *Carolus* V. Imperator *Franciſcum I.* *Calliæ Regem*, in prælio *Papienſi* captum, ſatis honorificè in Hiſpaniis habuit, & poſtmodum pace factâ liberum dimiſit. Idem *Carolus Ioannem Fridericum Saxoniæ Electorem*, apud *Mulbergam* captum, & licet per ſententiam capitis damnatum, liberum tamen dimiſit, ſolâ ſcilicet clementiâ adductus, *cùm totius Germaniæ intereſſet, ne ad extremam ſalutis deſperationem ij compellerentur, qui ſpem ſuam in Cæſaris manſuetudine poſitam, ſolo Friderici exemplo librabant. Ludovic. ab Avila de bell. German. lib.* 2. *p.* (*m.*) 269. *Lamb. Hortenſ. de bell. Germ. lib.* 7. *p.* 405. Quod de Regibus & 16.

exer-

exercituum Ducibus dixi, idem quoque in aliis privatis captivis obtinet. *Caſus* tamen ſunt obvii, in quibus circumſtantiæ contrarium ſuadent, & captivi licitè, & magnâ cum utilitate Reipublicæ, interfici poſſunt. Prædicta ergò *regula*, quòd captivi non ſint occidendi, *limitatur* primò ſi id fieri oporteat, vel *ad terrorem*, vel ex *jure Talionis*, quâ ratione Anno Chriſti 1523. *Joannes de Medices* (unus ex Ducibus *Caroli V.*) contra fidem datam *Helvetios* nonnullos occidit, qui ut ſuos vindicarent, omnes etiam Hiſpanos, Cæſariosq; alios interfecêre. *Bellag. libr. 2. fol. 178.* licet hujusmodi jus Talionis admittere nolit *Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 11. n. 14.* indies tamen ita practicari videmus. *Limitatur Secundò*, & captivi occidi poſſunt, qui durante pace, nec prævia diffidatione more latronum alios invadunt. Non enim ſunt veri hoſtes, nec jure & privilegiis hoſtium gaudent, *infra ead. decad. conſult. 5.* paſſim. *Limitatur Tertiò* in iis, qui delictum ante militiam vel etiam durante captivitate, tale perpetrant, ut etiam propterea de jure interfici queant; Sub tali colore *Gandavenſes Imbercortum & Cancellarium*

*rium* captos carnificis manui tradidêre. *Cominæ. comm libr. 8.* *Limitatur Quartò* non procedere *in ſubditis rebellibus* maximè auctoribus rebellionis (den Redlingsführern) & qui rebellionem ſuſcitârunt, foverunt, &c. in hoſce enim maximè juſta eſt ira , quod tamen quatenus fieri poſſit & debeat, peculiari loco tractabitur. *Limitatur Quintò* in bellis Turcarum & Barbarorum , quia hi captivos occidere ſolent, ſic circa annum Chriſti 1396. cùm Galli ob æmulationem cum Hungaris , contra Turcam infeliciter pugnaſſent, & *Proceres ferè omnes ob armorum ornatum & ſplendorem capti eſſent , Barbaris magnum ab eis emolumentum exſpectantibus, & à Victoria Rex Baſam , cùm ex ipſius mandato Cæſorum numero perluſtrato, è ſuis multò plures interemptos audiſſet, irâ vehementiori percitus, crudeliſſimæ morti ſubjecit circiter trecentos nobiles, tàm Gallos , quàm Hungaros atque Germanos ,* ſunt verba translatoris *Froſſardi. hiſtor. lib. 4. pag. (m.) 271.* Quomodo demum *Burgundi* filium , idem *Rex* allocutus ſit, & cum aliis dimiſerit, notabilis penes eundem auctorem lectio eſt. Atque hæc quidem 17.
de principali quæſtione ; cæterùm ad *captivorum*

*vorum* quoque *materiam* monere neceſſe eſt, quòd ſicuti à victoribus clementiam & fidem exſpectant, ita etiam è contra victoribus certo modo, fide obſtricti ſint; Ergò ſive apud eosdem permaneant, ſive ad pretium pro captivitate afferendum dimiſſi fuerint, ſi illud ferre vel habere nequeunt, nihilominus ob fidem datam redire debent; Niſi tamen fidem dederint, de aliquâ re præſtandâ, quæ ſit contra jus publicum vel militare, taliter enim fidem ſervare non tenentur.
18. Hinc etiam captivus invito victore, alii ſe dedere non poteſt, ſuâ enim pactione, jus tertio quæſitum auferre nequit, id quod de jure veriſſimum. Nam licet ſervi non efficiantur, ita ut domino invito, ſervitutis jus excutere nequeant, victor tamen jus aliquod capiendo in eorum perſonas conſe-
19 cutus eſt, quod ipſi invito adimi non debet.
20 Nec etiam Domino ſeu Victori (illæſo juſtitiæ officio) reſiſtere poſſunt. Immò in bello juſto captum (niſi intollerabilis ſævitia, hanc illi neceſſitatem imponat) ſalvâ conſcientiâ aufugere non debere, ex *Scholaſticorum* traditione refert *Hugo Grot. d. tract. lib. 3. cap. 14 num. 7. Ærod. rer. jud. lib. 3. tit. 5. cap. 12.* Quamvis de captis in bello injuſto, aliter ſen-

ſentiat idem *Grot. d. lib. 3. cap. 7. n. 6.* adde tamen quæ de fugâ ſervorum ad ſuos jura civilia diſponunt §. *item ea. Inſt. d. rer. diviſ. l. nihil. 26. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. Coavar. ad c. peccatum 2. p. §. 11. n. 6. & lib. 1. var. reſol. cap. 2. n. 10.* & diſtinctionem *Leſſii, tract. d. juſt. & jur. lib. 2. cap. 5. dub. 5. n. 24.*

Et demum ut captivi ad meliorem for- 21. tunam redeant, vel etiam protenus liberentur, hodiè vel *permutari* vel *dimitti* ſolent; *permutantur* cum aliis, qui ex adverſâ parte ſunt captivi; *Dimittuntur* autem, ut plurimùm prætio pro captivitate ſoluto, quod & λύτρον ſive taleam, vulgò Rantzon/ viſcatto, oder Löſegelt/ appellitant, & in locum obſoletæ ſervitutis ſucceſſit. *Coavarruv. c. peccatum. p. 2. §. 11. n. 6. Fachſi. conſ. 4. n. 7. inter conſ. Piſtor. vol. 2. Boſſius tract. crim. tit. de captur. n. 58. & 74.* Quod prætium quale ſit? à quo præſtandum? & ad quem perveniat? nunc breviter videbo. *Quantitas* nullibi definita reperitur, ſed Chriſtiana Charitas quemlibet meritò edocere deberet, ne nimium exigeret (quamvis paucorum hâc in re reperiatur miſericordia) niſi itaque certi quid de prætio conve-

venerit, ejusdem æſtimatio in arbitrio victoris manet; Sanè (Regibus, Ducibus, aliisque præcipuis perſonis exceptis) hodie ferè uſu receptum videtur, ut captivus lytri loco tot ſolvat, quot menſtruum ſtipendium meret, ſed laudabile eſt in hàc materiâ *Pyrrhi* ad *Romanorum* Legatos (qui pro redimendis captivis miſſi erant) reſponſum, quos ita alloquitur, iisdem captivos libere dimittens

Nec mî aurum poſco, nec mihi pretium dederitis,
Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.
Ferro, non auro vitam cernamus utriq;
Vosne velit, an me regnare Hera; (fortuna) quidque ferat ſors?
Virtute experiamur; Et hoc ſimul accipe dictum;
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Horundem me libertati parcere certum eſt,
Dono ducite, doque volentibus, cum magnis Diis.

Aliàs captivorum redemptio multum favoris habet, maximè apud Chriſtianos, quibus

quibus lex divina hoc miſericordiæ genus ſingulariter commendat. *Matth. 25. 36. 39. Grot. d. lib. 3. cap. 21. n. 23. 24. & ſeqq.* Ex quo eſt, quod Subditi pro redimendis captivis, qui pro ſalute Patriæ militarunt, ad collectas teneantur, quia pietas & publica neceſſitas eandem injungit *arg. c. cum Apoſtolus. c. prohibemus de cenſibus, & ſimilibus.* Quem tamen favorem nolim extendi; ad fugitivos & deſertores militiæ, uti etiam illos, qui quidem (prout indies experientia tradit) miſeros ſubditos contributionibus vexare, eosq; excoriare norint (ad quos rectè refertur illud *Luciani lib. 10.*

Terrarum fatale malum, fulmenq; quod
omnes
Percuteret populos, pariterque & ſydus
iniqvum
Gentibus) - - - -

Sed ubi ad prælium ventum, hoſte vix conſpecto, ſe dedunt, captivosque ſiſtunt; Perſimiles enim *Romani* infames judicarunt, & *Titus Imperator* militem, qui captus aufugerat ab hoſtibus, exauctoravit, quòd vivus captus eſſet à Judæis; Immò *Roma* nunquam indulgens fuit in captivos, ut eſſet "

„ inſitum militibus AUT VINCERE AUT „ EMORI, *Petr. Ærod. rer. jud. lib.* 10. *tit.* 2. *cap.* 1. *ubi cap.* 2. alium de captivo proponit caſum, adde *Gail. de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 4. *n.*
22 32. *& ſeqq.* Pretium hoc pro liberatione
Q. militum à captivitate, an belli Duces teneantur præſtare, & ſuâ pecuniâ captivos redimere? diſputat *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 5. & tractabo *in ſeqq. Decad. peculiari loco.* Quòd ſi verò alius quiſpiam ſive expeditione, & conventione, ſive ex commiſeratione captum ab hoſte redimat, redemptus redemptori tamdiu manet obligatus (etiam quoad arreſtum & retentionem perſonæ) donec pretium redemtionis rurſus exſolvatur *text. in l. qui in teſtamento.* §. 1. *ff. de teſtam. & ſimilib. Gail. de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 12. Num etiam pactio ſive conventio de pretio facta reſcindi poſſit, ex eo capite, quòd captus deprehendatur eſſe locupletior, quàm antea creditum fuit? Et an pretium non ſolutum, ante mortem captivi, ab hærede debeatur? tractat *Hug. Grot. d. cap.* 21. *n. n.* 27. *& ſeqq.* Quoad *priorem* autem quæſtionem, ſi ſemel de pretio conventum, eam conventionem ſub prætextu, quòd captus

Digitized by Google

ptus plus in ære habeat, & dare poſſit, reſcindi non debere poſt *Guidon. Papam quæſt. 113.* tradit *Joh. Papon. de arreſt. Franc. libr. 5. tit. 6. arreſt. 1,* jus itidem captos ſervandi, & pro iisdem pretium liberationis ſumendi ſolet concedi. *Singulis qui ceperunt* (extra perſonas eximiæ dignitatis, vel niſi captivi graviùs deliquerint, ita ut pro pretio dimitti nequeant, aliævè circumſtantiæ ſuadeant, ut ei qui bellum gerit, ſint relinquendi) adde quæ diſputantur *infra conſultat. 3.* Cæterùm captivi domum reverſi, quid jure poſtliminii recipiant latè tradit *Grot. d tract. lib. 3. cap. 9. per tot. Weſemb. in parat. ff. de jur. poſtlim. & ibid. Dd.* communiter.

# CONSVLTATIO SECUNDA.

## OBSIDUM MATERIA.

## De Obſidibus, eorumque jure, & Victoris in eosdem poteſtate.

### SUMMARIA.

1. *Obſides quinam? Quotuplices? Cur? Et quales dari ſoleant?*

*2. An etiam abſentes & inviti?*
*3. Obſides quomodo olim ſint habiti?*
*4. Hodie in quonam ſint ſtatu?*
*5. Quæſtiones in hâc Materiâ ventilandæ.*
*6. Obſides illæsâ fide aufugere non poſſunt.*
*7 Debitor ad pœnam carceris obligare ſe poteſt.*
*8. Quo facto ex carcere impunè non aufugit.*
*9. Quod & in fidejuſſore obtinet.*
*10. Obſides ſi aufugerint, & à dante recepti fuerint, an fides data propterea violata cenſeatur?*
*11. In quem finem hodiè Obſides dentur?*
*12. Obſidum datio & fidejuſſio, quam interpretationem recipiant?*
*13. Obſides dati, ſi id quod promiſſum præſtitum ſit, liberandi.*
*14. Pignoris & fidejuſſoria obligatio tranſit ad hæredes.*
*15. An idem in obſidum obligatione obtineat?*
*16. Obſides an ad pœnam corporalem obligare ſe poſſint?*
*17. Concluditur de jure, pro negativa.*
*18. Quid? ſi quis de facto id fecerit, annè executio in corpore fieri poſſit?*
*19. Rationes & exempla pro affirmativa.*

*20. Stat*

Digitized by Google

20. *Stat melior ſententia pro negativa.*
21. *Quæ tamen limitatur & demum extenditur.*
22. Concluditur *hæc* Conſultatio *inſigni Philippi* Cominæi *loco.*

QVæſtione ſeu Conſultatione antecedenti de perſonis captis principalibus diſſerui; Nunc de OBSIDIBUS nonnulla afferam, qui ut plurimùm inter perſonas acceſſorias referuntur; Neque tamen id ſemper; Nam duo invenio Obſidum genera; I. *Primum* eſt eorum, qui ab hoſte vel victore *inviti* abducuntur, & tamdiu retinentur, donec aliquid fiat, vel præſtetur; *Secundò alii* Obſides ſunt *voluntarii*, & conſentientes, atque in hunc finem dantur, ut ſimiliter pax publica, induciæ, vel alia promiſſa ſerventur. *Hering. de fidejuſſor. cap. 20. §. 9. n. 59. & ſeqq. Gail. de pac. publ. libr. 2. cap. 2. n.* 10. Dari autem & poſtulari ita Obſides poſſunt, qui victori pro ſecũritate ſatisfecerint. Hoſti quippè ſive ſocio (cui dantur) ſatisfieri ſufficit, quemadmodum opinatur *Petr. Ærod. rer. judicat. lib. 3. tit. 5. cap. 15.* ſic conſuetudine quaſi receptum, ut filii Obſides dentur teſte *Johan. Sichardo ad rubr.*

*rubr. c. de patrib. qui fil. diſtraxerint n. 9.* Atque hoc modo *Carolus II. Galliæ Rex Jacobo Regi Arragoniæ obſides* reliquit filios tres, *Ludovicum* ſecundò genitum, *Robertum* quartò genitum, & *Johannem* Principem Moreæ. *Collenut. in comp. hiſtor. Neapolit. lib. 5.* & *Franciſcus I. Galliæ Rex* in prælio Papienſi captus *Carolo V.* Imperatori & Hiſpaniarum Monarchæ Anno 1526. filios obſides dedit.
2. *Sleidan. hiſt. lib. 6.* An autem poſteriori modo (pro aliis ſcilicet) à Republicâ, vel communitate abſens aliquis, vel etiam invitus, Obſes hoſti adſignari queat, non immeritò movetur? & non poſſe, exemplo cujusdam Præfecti concludit *Petr. Ærod. d. tit. 5. cap. 22.* Quod & juri communi conſentaneum eſſe autumo; Quis enim invitas & non conſentientes perſonas aliis obligabit? Licet utilitate & neceſſitate publicâ ita efflagitante, Subditum (non etiam Vaſallum) obſidem invitum, ab eo qui imperium habet, dari poſſe exiſtimet *Hugo Grotius tract. de jur. belli & pac. lib. 3. cap. 20. n. 52.*

3. Obſidum verò cujuscunque ſint generis, olim alia erat conditio, habebantur enim

pro

pro captivis, nec teſtari potuerunt, niſi illis permitteretur, & ferè eorundem bona fiſco applicabantur, & ſic ſtatum mutabant *Pet. Ærod. d. lib. 3. tit. 5. in princ. Roding. cent. 2. obſ. 60. n. 2.* Verùm hodie (prout etiam de 4.
captivis dixi) ſtatum non mutant, detinentur enim non in cauſam ſervitutis, aût alicujus miniſterii, ſed ut liberi homines, quibus ſua libertas in nullo alio conſtringitur, quàm non in recedendo à loco, ad quem ſe obligârunt. *Auguſt. Beroi. vol. 3. conſ. 159. n. 19. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 8. n. 8. & seqq. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 2. n. 11.*

Ad propoſitum, *tria* præcipuè de Obſidi- 5.
bus in dubium vocari poſſunt. *Primum*, an liceat illis aufugere, & ſi aufugerint, num inter partes principales (dantem & accipientem) propterea fides data, violata cenſeatur? *Secundò* quodnam jus victoribus in obſides competat? ad quid hi teneantur & quomodo jus ejusmodi ceſſet? Denique *Tertiò* an Obſides ad pœnam vitæ ſe obligare poſſint, & ſi de facto ſe ita obligârint, ut ſupplicium de illis ſumi poſſit, num rectè interficiantur?

6. Quod *Primum membrum* primæ quæſtionis attinet, Obſides certè (voluntarii maximè) citra violatæ fidei & perfidiæ notam, aufugere non debent, fides enim etiamſi hoſti data ſit, inviolabiliter tamen ſervanda eſt, teſte *S. Auguſtino Epiſt. 1. ad Bonifacium. Fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt, contra quem geritur bellum.* Licet enim ſit hoſtis, homo tamen eſſe non deſinit, ac propterea juris gentium ligamen inter ipſum & promittentem non tollitur, ſed uti cætera, quæ ſunt juris gentium, illæſa & illibata permanent *Petr. Ærod. d. lib. 3. tit. 5. cap. 12. Henning. Gæden. conſ. 20. n. 10.* Taceo quòd apud Dd. fidem fallere, à gravibus grave, gravioribus gravius; graviſſimis verò (qui aliis exemplo eſſe debent) graviſſimum eſſe dicatur. *Bald. conſ. 343. Frider. Pruhm. de Regal. memb. 2. cap. 4.*
7. Atque Obſides fidem dant hoſti, ſe permanſuros donec promiſſa fiant, eam itaque ſanctè & inviolabiliter obſervare tenentur. Quò facit, quòd Debitor ad pœnam carceris obligare ſe poſſit, vel ut ſe ſiſtat & maneat in certo loco, donec debitum ſolutum ſit, per ea quæ latè tradunt. *Hering. tract. de fidejuſſ.*

*cap.*

Digitized by Google

*cap. 17. n. 66. & ſeqq. Mynſ. cent. 6. obſ. 51. per tot. Wurmſer. tit. 28. obſ. 8. Gail. lib. 2. obſ. 45. Moller. Semeſtr. lib. 3. cap. 30. Annæ. Robert. rer. judic. lib. 2. cap. 6. Henning. Gæden. conſ. 103. n. 56. & ſeqq.* Quo facto, promiſſis 8.
ſtare, à judice ad id compelli debent, nec illæſo fidei Sacramento debitores aufugere poſſunt vel debent *Dd. allegatis locis.* Pacta enim ſunt juris gentium. *l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur.* Ideoque intemeratè ſunt ſervanda, & nihil magis bonæ fidei convenit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. *Text. notabilis. in l. ex empto. ff. p. de act. empt. & l. 1. ff. de pact.* adde *Joh. Koppen. deciſ. 3. per tot. & deciſ. 35. n. 3.* Simili 9.
etiam modo fidejuſſor (cui obſides, maximè voluntarii in multis æquiparantur) ſe obligare poterit; Nam licet in cauſam duriorem (quàm eſt ipſius principalis) fidejuſſoris obligatio non valeat. *§. fidejuſſores. ita obligari. inſt. de fidejuſſ. l. Græcè. 8. §. illud commune eſt. l. hi qui acceſſiones. 35. ff. de tit.* Et ſi facta ſit nihilominus redigatur ad illam quantitatem, & modum, ad quem ipſo principalis ſe obligavit; per *l. ſi ultrà 22. C. de fidejuſſor. ubi Sichard. in comm. n. 4. & 5. l. ſi*

*à reo.*

12. *Pet. Ærod. rer. jud. lib. 7. tit. 6. cap. 2.* Hinc obſidum obligatio, ſtrictam recipit interpretationem, quemadmodum etiam fidejuſſoria. *Moller. Semeſtr. lib. 1. cap. 17. in fin. Weſemb. in comm. C. de conſtit. pecun. num. 57.* Ergò ſicuti fidejuſſores in duriorem cauſam, quàm ipſe reus principalis, ſe obligare non poſſunt, ita nec obſides; Per ea quæ
13. dixi *ſup. ead. n. 9.* Ex quo demum & hoc ſequitur, obſides datos, ſi præſtitum vel factum ſit id, ob quam cauſam dati ſunt, meritò liberari, nec ex nova cauſa, vel prorogatione termini, (ſi ad certum tempus dati, nec ipſi conſenſerint, vel in culpa ſint) amplius detineri poſſe exemplo eorum, quæ de fidejuſſoribus tradunt JCti *Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 6. Koppen. deciſ. 40. Mynſ. cent. 6. obſ. 53. Hartm. Hartm. tit. 30. de fidejuſſ. obſ. 6. n. 4. & ſeqq. Wurmſ. tit. 29. obſ. 1. Coler. de proceſſ executiv. paſt. 1. cap. 1. n. 302.*
14. *Gail. lib. 2. obſ. 30. n. 11.* De eo quoque inter JCtos non eſt dubium, fidejuſſoriam & pignoratitiam obligationem, mortuo principali, qui fidejuſſit, vel pignus dedit, ad hæredes quoque tranſire, idq; regulariter tàm activè quàm pàſſivè. Hæres namque ſucce-

ſuccedit in univerſum jus defuncti, & cum
defuncto una eademque perſona cenſetur
*auth. de jurejur. à mor. præſt. cum ſimil. l. hæ-
redem. ff. de R. I.* & ex qua perſona quis lu-
crum capit, ejus quoque factum præſtare
debet. *l. ex qua perſona. ff. de R. I. l. cum à
Matre. C. de rei vindicat. Pulchrè* Moller. *Se-
meſtr. lib. 5. cap. 61. n. 1. Sichard. conſ. feud.
1. n. 2. 21.* Gæden. *conſ. 32. n. 6.* In ſpecie
verò, quòd hæredes fidejuſſoris mortui,
ſuccedant in locum fidejuſſoris, & non ſecus
ac ipſe fidejuſſor obligentur eſt *text. in §. fi-
dejuſſor non tantùm Juſt. de fidejuſſ. & l. fide-
juſſoris. C. de fidejuſſ. & in terminis decidit Co-
ler. part. 1. deciſ. 30. Wurmſ. Pract. obſ. tit. 29.
per tot. Hartm. Hartm. d. tit. 30. obſ. 1. n. 2.* An 15.
autem in obſidibus datis idem obtineat,
nunc diſcutiendum venit? Quâ in re di-
ſtinctione quâdam opus erit, nam ſi quæri-
mus de eo, qui accepit obſidem, certè eo
mortuo, ipſius ſucceſſor & hæres, non ſecùs
ac creditoris hæres, obſidem & debitorem
obligatum ſibi habet; Perſonâ autem in-
termediâ, ſive ipſo obſide obeunte, is qui
eum dedit, nihilominùs id quod debet, vel
ſolvere, vel alium obſidem dare tenetur;
Quod

*à reo. 70. in princ. & §. 1. ff. d. tit. Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 5. Gomes. var. reſol. tom. 2. cap. 13. n. 2. Et ibid. Emanuel Soaretz. ſub lit. A.* Tamen poterit & fidejuſſor ſe efficaciùs, quàm principalis debitor obligare, & quidem ad pœnam obſtagii vel carceris; Quomodo verò obligatio hæc valeat, tradunt *Weſemb. d. tit. de fidejuſſ. n. 5. Koppen. d. deciſ. 3. Gail. d. obſ. 45. & alii citati.*

10 Quid autem ſi proprio Marte, abſque conſilio & conſenſu partis, à qua dati ſunt, obſides aufugiant, & iterum à parte dante recipiantur, recepti foveantur, & non remittantur, anné propterea violata fides eſſe cenſeatur, ita ut pax vel induciæ inter partes principales initæ propterea ruptæ eſſe videantur? *Clæliæ* factum huic quæſtioni apud *Romanos*, occaſionem dedit; Bello ſiquidem inter *Romanos* & *Porſennam Regem Cluſinum*, ſopito, à Romanis ſunt dati obſides viginti Nobiles; In his D. Valerii Cos. filia nubilis Clælia, & aliæ quædam; Accidit ut Clæliâ Duce virgines fruſtratis cuſtodibus, noctu inter tela hoſtium Tyberim trajicerent, Romamq; ad ſuos commigrarent; Et licet in diſcuſſione facti, ex *Romanis* qui-

dam

dam reperti ſint, qui autumarent, hanc ſeu fugam, ſeu diſceſſionem, publico conſilio non accidiſſe; Pudori pudicitiæque Virginum dandum, quòd cùm ei ſtuderent, aufugiſſent. Attamen meritò apud Regem Porſennam Romani violati fœderis ſunt accuſati, pignora enim pacis fuerunt adempta fraude & machinatione; Romæque erant obſides, neque remittebantur, itaque perinde videbatur ac ſi publico conſilio evaſiſſent, nihil enim interfuit, ſive publicè evaſerint, vel elapſæ ſuâ ſponte publicè retineantur; Rex igitur Porſenna miſit Legatos, qui repeterent obſides, ſe virgines intactas inviolataſque habiturum; Placuit remitti, totidem ferè verbis hoc factum, ejuſq; deciſionem recenſet *Pet. Ærod. d. tit. 5. cap.* 4. poſt quem *Hugo Grot. d. c. 20. n.* 54. Nullum ergò eſt dubium, quin ex hactenus dictis appareat, quodnam jus victori 114
vel obſides recipienti, in eoſdem competat; ſcilicet ut de re facienda vel præſtanda, ob quam dati, victor vel recipiens ſecurus ſit; Licèt igitur certo fidei vinculo obſides victori obſtricti ſint, mitiùs tamen quàm captivi, tractari & haberi debent.

*Pet.*

*à reo. 70. in princ. & §. 1. ff. d. tit. Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 5. Gomes. var. reſol. tom. 2. cap. 13. n. 2. Et ibid. Emanuel Soaretz. ſub lit. A.* Tamen poterit & fidejuſſor ſe efficaciùs, quàm principalis debitor obligare, & quidem ad pœnam obſtagii vel carceris; Quomodo verò obligatio hæc valeat, tradunt *Weſemb. d. tit. de fidejuſſ. n. 5. Koppen. d. deciſ. 3. Gail. d. obſ. 45. & alii citati.*

10 Quid autem ſi proprio Marte, abſque conſilio & conſenſu partis, à qua dati ſunt, obſides aufugiant, & iterum à parte dante recipiantur, recepti foveantur, & non remittantur, anné propterea violata fides eſſe cenſeatur, ita ut pax vel induciæ inter partes principales initæ propterea ruptæ eſſe videantur? *Clæliæ* factum huic quæſtioni apud *Romanos*, occaſionem dedit; Bello ſiquidem inter *Romanos* & *Porſennam Regem Cluſinum*, ſopito, à Romanis ſunt dati obſides viginti Nobiles; In his D. Valerii Cos. filia nubilis Clælia, & aliæ quædam; Accidit ut Clæliâ Duce virgines fruſtratis cuſtodibus, noctu inter tela hoſtium Tyberim trajicerent, Romamq; ad ſuos commigrarent; Et licet in diſcuſſione facti, ex *Romanis* quidam

dam reperti ſint, qui autumarent, hanc ſeu fugam, ſeu diſceſſionem, publico conſilio non accidiſſe; *P*udori pudicitiæque Virginum dandum, quòd cùm ei ſtuderent, aufugiſſent. Attamen meritò apud Regem Porſennam Romani violati fœderis ſunt accuſati, pignora enim pacis fuerunt adempta fraude & machinatione; Romæque erant obſides, neque remittebantur, itaque perinde videbatur ac ſi publico conſilio evaſiſſent, nihil enim interfuit, ſive publicè evaſerint, vel elapſæ ſuâ ſponte publicè retineantur; Rex igitur Porſenna miſit Legatos, qui repeterent obſides, ſe virgines intactas inviolataſque habiturum; *P*lacuit remitti, totidem ferè verbis hoc factum, ejuſq; deciſionem recenſet *Pet. Ærod. d. tit. 5. cap.* 4. poſt quem *Hugo Grot. d. c. 20. n.* 54. Nullum ergò eſt dubium, quin ex ha- 114
ctenus dictis appareat, quodnam jus victori vel obſides recipienti, in eoſdem competat; ſcilicet ut de re facienda vel præſtanda, ob quam dati, victor vel recipiens ſecurus ſit; Licèt igitur certo fidei vinculo obſides victori obſtricti ſint, mitiùs tamen quàm captivi, tractari & haberi debent.

*Pet.*

*à reo. 70. in princ. & §. 1. ff. d. tit. Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 5. Gomes. var. reſol. tom. 2. cap. 13. n. 2. Et ibid. Emanuel Soaretz. ſub lit. A.* Tamen poterit & fidejuſſor ſe efficaciùs, quàm principalis debitor obligare, & quidem ad pœnam obſtagii vel carceris; Quomodo verò obligatio hæc valeat, tradunt *Weſemb. d. tit. de fidejuſſ. n. 5. Koppen. d. deciſ. 3. Gail. d. obſ. 45. & alii citati.*

10 Quid autem ſi proprio Marte, abſque conſilio & conſenſu partis, à qua dati ſunt, obſides aufugiant, & iterum à parte dante recipiantur, recepti foveantur, & non remittantur, anné propterea violata fides eſſe cenſeatur, ita ut pax vel induciæ inter partes principales initæ propterea ruptæ eſſe videantur? *Clæliæ* factum huic quæſtioni apud *Romanos*, occaſionem dedit; Bello ſiquidem inter *Romanos* & *Porſennam Regem Cluſinum*, ſopito, à Romanis ſunt dati obſides viginti Nobiles; In his D. Valerii Cos. filia nubilis Clælia, & aliæ quædam; Accidit ut Clæliâ Duce virgines fruſtratis cuſtodibus, noctu inter tela hoſtium Tyberim trajicerent, Romamq; ad ſuos commigrarent; Et licet in diſcuſſione facti, ex *Romanis* quidam

dam reperti ſint, qui autumarent,hanc ſeu
fugam, ſeu diſceſſionem, publico conſilio
non accidiſſe; Pudori pudicitiæque Virgi-
num dandum, quòd cùm ei ſtuderent, aufu-
giſſent. Attamen meritò apud Regem
Porſennam Romani violati fœderis ſunt
accuſati, pignora enim pacis fuerunt adem-
pta fraude & machinatione; Romæque e-
rant obſides, neque remittebantur, itaque
perinde videbatur ac ſi publico conſilio e-
vaſiſſent, nihil enim interfuit, ſive publicè
evaſerint, vel elapſæ ſuâ ſponte publicè re-
tineantur; Rex igitur Porſenna miſit Le-
gatos,qui repeterent obſides, ſe virgines in-
tactas inviolataſque habiturum; Placuit
remitti, totidem ferè verbis hoc factum,
ejusq; deciſionem recenſet *Pet. Ærod. d.*
*tit. 5. cap.* 4. poſt quem *Hugo Grot. d. c. 20. n.*
54. Nullum ergò eſt dubium, quin ex ha- 14
ctenus dictis appareat, quodnam jus victori
vel obſides recipienti, in eoſdem compe-
tat; ſcilicet ut de re facienda vel præſtan-
da, ob quam dati, victor vel recipiens ſecu-
rus ſit; Licèt igitur certo fidei vinculo ob-
ſides victori obſtricti ſint, mitiùs tamen
quàm captivi, tractari & haberi debent.

*Pet.*

*à reo. 70. in princ. & §. 1. ff. d. tit. Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 5. Gomes. var. reſol. tom. 2. cap. 13. n. 2. Et ibid. Emanuel Soaretz. ſub lit. A.* Tamen poterit & fidejuſſor ſe efficaciùs, quàm principalis debitor obligare, & quidem ad pœnam obſtagii vel carceris; Quomodo verò obligatio hæc valeat, tradunt *Weſemb. d. tit. de fidejuſſ. n. 5. Koppen. d. deciſ. 3. Gail. d. obſ. 45. & alii citati.*

10 Quid autem ſi proprio Marte, abſque conſilio & conſenſu partis, à qua dati ſunt, obſides aufugiant, & iterum à parte dante recipiantur, recepti foveantur, & non remittantur, anné propterea violata fides eſſe cenſeatur, ita ut pax vel induciæ inter partes principales initæ propterea ruptæ eſſe videantur? *Clæliæ* factum huic quæſtioni apud *Romanos*, occaſionem dedit; Bello ſiquidem inter *Romanos* & *Porſennam Regem Cluſinum*, ſopito, à Romanis ſunt dati obſides viginti Nobiles; In his D. Valerii Cos. filia nubilis Clælia, & aliæ quædam; Accidit ut Clæliâ Duce virgines fruſtratis cuſtodibus, noctu inter tela hoſtium Tyberim trajicerent, Romamq́, ad ſuos commigrarent; Et licet in diſcuſſione facti, ex *Romanis* qui-

dam

dam reperti ſint, qui autumarent, hanc ſeu fugam, ſeu diſceſſionem, publico conſilio non accidiſſe; *P*udori pudicitiæque Virginum dandum, quòd cùm ei ſtuderent, aufugiſſent. Attamen meritò apud Regem Porſennam Romani violati fœderis ſunt accuſati, pignora enim pacis fuerunt adempta fraude & machinatione; Romæque erant obſides, neque remittebantur, itaque perinde videbatur ac ſi publico conſilio evaſiſſent, nihil enim interfuit, ſive publicè evaſerint, vel elapſæ ſuâ ſponte publicè retineantur; Rex igitur Porſenna miſit Legatos, qui repeterent obſides, ſe virgines intactas inviolatasque habiturum; *P*lacuit remitti, totidem ferè verbis hoc factum, ejusq; deciſionem recenſet *Pet. Ærod. d. tit. 5. cap.* 4. poſt quem *Hugo Grot. d. c. 20. n.* 54. Nullum ergò eſt dubium, quin ex hactenus dictis appareat, quodnam jus victori 114
vel obſides recipienti, in eosdem competat; ſcilicet ut de re facienda vel præſtanda, ob quam dati, victor vel recipiens ſecurus ſit; Licèt igitur certo fidei vinculo obſides victori obſtricti ſint, mitiùs tamen quàm captivi, tractari & haberi debent.

*Pet.*

12. *Pet. Ærod. rer. jud. lib. 7. tit. 6. cap. 2.* Hinc obſidum obligatio, ſtrictam recipit interpretationem, quemadmodum etiam fidejuſſoria. *Moller. Semeſtr. lib. 1. cap. 17. in fin. Weſemb. in comm. C. de conſtit. pecun. num. 57.* Ergò ſicuti fidejuſſores in duriorem cauſam, quàm ipſe reus principalis, ſe obligare non poſſunt, ita nec obſides; Per ea quæ
13. dixi *ſup. ead. n. 9.* Ex quo demum & hoc ſequitur, obſides datos, ſi præſtitum vel factum ſit id, ob quam cauſam dati ſunt, meritò liberari, nec ex nova cauſa, vel prorogatione termini, (ſi ad certum tempus dati, nec ipſi conſenſerint, vel in culpa ſint) amplius detineri poſſe exemplo eorum, quæ de fidejuſſoribus tradunt JCti *Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 6. Koppen. deciſ. 40.* Mynſ. *cent. 6. obſ. 53. Hartm.* Hartm. *tit. 30. de fidejuſſ. obſ. 6. n. 4. & ſeqq. Wurmſ. tit. 29. obſ. 1. Coler. de proceſſ executiv. paſt. 1. cap. 1. n. 302.*
14. *Gail. lib. 2. obſ. 30. n.* 11. De eo quoque inter JCtos non eſt dubium, fidejuſſoriam & pignoratitiam obligationem, mortuo principali, qui fidejuſſit, vel pignus dedit, ad hæredes quoque tranſire, idq́; regulariter tàm active quàm pàſſivè. Hæres namque

ſucce-

ſuccedit in univerſum jus defuncti, & cum defuncto una eademque perſona cenſetur *auth. de jurejur. à mor. præſt. cum ſimil. l. hæredem. ff. de R. I.* & ex qua perſona quis lucrum capit, ejus quoque factum præſtare debet. *l. ex qua perſona. ff. de R. I. l. cum à Matre. C. de rei vindicat. Pulchrè Moller. Semeſtr. lib. 5. cap. 61. n. 1. Sichard. conſ. feud. 1. n. 2. 21. Gæden. conſ. 32. n. 6.* In ſpecie verò, quòd hæredes fidejuſſoris mortui, ſuccedant in locum fidejuſſoris, & non ſecus ac ipſe fidejuſſor obligentur eſt *text. in §. fidejuſſor non tantùm Juſt. de fidejuſſ. & l. fidejuſſoris. C. de fidejuſſ. & in terminis decidit Coler. part. 1. deciſ. 30. Wurmſ. Pract. obſ. tit. 29. per tot. Hartm. Hartm. d. tit. 30. obſ. 1. n. 2.* An 15.
autem in obſidibus datis idem obtineat, nunc diſcutiendum venit? Quâ in re diſtinctione quâdam opus erit, nam ſi quærimus de eo, qui accepit obſidem, certè eo mortuo, ipſius ſucceſſor & hæres, non ſecùs ac creditoris hæres, obſidem & debitorem obligatum ſibi habet; Perſonâ autem intermediâ, ſive ipſo obſide obeunte, is qui eum dedit, nihilominùs id quod debet, vel ſolvere, vel alium obſidem dare tenetur;

Quod

Quod rurſus probatur exemplo fidejuſſorum (quos magnam affinitatem cum obſidibus habere dixi.) Nam fidejuſſor datus moriens, obligationem paſſive ad hæredem transmittit, ita ut hæres ex facto defuncti teneatur *ſup. n. 14.* Quando autem fidejuſſor decedens, nullum hæredem relinqueret, tunc is, qui illum dedit, alium idoneum fidejuſſorem dare teneretur. Vide *Speculat. tit. de fidejuſſ. §. ſi igitur. 1. n. 3. lib. 4. part. 3.* Ita etiam, ubi fidejuſſor idoneus datus, ſi poſtea inidoneus reddatur, alius dandus erit. *Marſil. in Rubr. de fidejuſſor. n. 74. Horat. Carpan. 1. Stat. mediol. l. 44. num. 31 cum ſeqq.* Quod itidem exemplo pignoris, ſine culpâ creditoris amiſſi amplificari poſſet, ſed brevitatis causâ hæcce ulteriora omitto. At *tertiò* eo mortuo, pro cujus liberatione obſides dati ſunt, in quæſtionem venit, an obſides quoque liberati ſint, Hugo *Grot. tract. de jur, bell. & pac. lib. 3. cap. 20. n. 36.* ita arbitratur; Obſidem qui ſolùm datus eſt, ut alterum captivum & obſidem redimat, eo mortuo liberari; Nam in illo, dum moritur, jus pignoris exſtinctum eſt, uti in captivo redempto dicit *Vlpianus. l. ſi pa-*

*ſi patre. ff. de captv.* Quare ſicut in *Vlpiani* quæſtione pretium non debetur, quod in perſonæ locum ſucceſſit, ita nec hic perſona manebit obligata, quæ perſonæ principaliter obligatæ, vicaria facta eſt, ibiq; *Demetrii* exemplum introducit, qui obſes Romæ erat, cognitâ morte *Antiochi* fratris, Senatum adiit, obſidemq; ſe vivo fratre veniſſe, quo mortuo cujus obſes ſit, ignorare ſe dixit, & liberationem petiit. Demum etiam alii ad hanc ſententiam firmandam afferunt, quòd is qui fidejuſſit pro incarcerato ut liberetur, eo mortuo fidejuſſio quoque exſpiret, eamque opinionem tenent omnes, qui fidejuſſorem in cauſa criminali ad pœnam quamcumvis corporalem obſtringere ſe non poſſe aſſerunt. *Schneidevv. in §. in omnibus Juſt. de fidejuſſ. n. 8. 9. Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 4. Coler. de proceſſ. executiv. part. 2. cap. 3. n. 51. & ſeqq.* Fidejuſſit & pollicitus eſt is, in quantum poſſibile, cùm impoſſibilium nulla ſit obligatio, *c. nemo de R. J. in 6.* Atque qui promiſit hominem rurſus ſiſtere, qui interea mortuus ſit, promiſit equidem ab initio quod præſtare potuit, ſed ex caſu ſuperveniente aliquod

impoſſibile; Cùm ergò hoc negotium redierit ad illum caſum, à quo incipere non potuiſſet, in nihilum redigitur, & fidejuſſor obſeſque mortuo principali liberatur. *text. expreſſus in l. ſi deceſſerit. 4. ff. qui ſatisd. cog. Pet. Beck. ad c. nemo. 6. de R. I. in 6. num. 7.* Quod equidem verum, ſi ante diem exhibitionis deceſſerit *d. l. 4.* & ubi fidejuſſor ſimpliciter ſaltem de perſonâ rurſus ſiſtendâ promiſit, ſecùs ſi inſimul, vel ad pœnam pecuniariam, vel ad pretium liberationis ſe obligârit; Hujus enim ratione non liberabitur. *Weſemb. in parat. ff. de fidejuſſ. n. 4. in fin. Angel. Aretin. in §. fidejuſſor. I. de fidejuſſ. Paul. Chriſtianæ ad conſuet. Mechlin. tit. 2. art. 43. n. 17.* Idem quoque jus in obſide (mortuo principali) militat. Quod eò magis *jure meliori procedit*, cùm ſemper aliquid facti mixtum habeat, & milites jura noſtra ignorare præſumantur. *arg. princ. juſt. de milit. teſtam.* Obſides ergò, ſi capientes poteſtatem habuerint, licet principales mortui ſint, vix liberabuntur, niſi pretium pro ſuâ facultate exſolverint.

16 Ad *tertiam quæſtionem* nunc progredior, quæ duobus explicatur membris. *Primò,*

An

An liber homo ad pœnam corporalem, ſeu ultimum ſupplicium ſe obligare poſſit; *Secundò* ſi id fecerit, anne obligatio ex parte recipientis tàm ſit efficax, ut promittentem ex ſolâ obligatione ad mortem condemnare queat? *Primum* certè *membrum* nonnihil dubitationis habere videtur, cùm à Dd. in utramque partem diſputetur; Nam licet I. nemo ſit Dominus ſuorum membrorum, *l. liber homo. ff. ad L. Aquil. Farinac. quæſt. crim. 128. n. 7.* ita ut ſe ad pœnam vitæ obligare nequeat. Et II. Homicidium in volente tàm ſit culpabile, ut etiam voluntatis homicida puniatur. Vide *Conſt. Carol. crim. cap. 135. & ibid. Dd.* *Tertiò* quoque nemo torturæ ſemetipſum ſubjicere poſſit, docente *Gail. de pac. publ. libr. 2. cap. 2. n. 15.* Multò minus itaque ad pœnam vitæ ſe quiſpiam obligabit; Ad haſce tamen & ſimiles pro negativa facientes rationes, quàm ſubtiliter reſponderi poſſit, oſtendit *Paul. Chriſtiana* (vir profundæ eruditionis) *ad conſuet. Mechlin. tit. 1. art. 5. n. 6.* Verùm enimverò (ne hunc diſputandi campum prolixiùs quàm par eſt ingrediar) melior ſtat *ſententia JCtorum communis*; Neminem ſcilicet ad pœ- 17.

U 2 nam

nam corporalem ſeu vitæ obligare ſe poſſe, ita enim tàm veteres, quàm Neoterici ſentiunt (paucis oſtentandi ingenii cauſâ exceptis) prout maximè in fidejuſſoribus de præſentando, vel iterum ſiſtendo perſonam aliquam poſt *Bartolum* ſtatuìt *Angel. Aretin. in tract. maleficior. Verſ. fidejuſſit, in princ.* latè *Hippolit. de Marſil. in repet. rubr. de fidejuſſ. quæſt. 29. n. 206. & in pract. ſua. §. examinanda.* ubi dicit, quòd ne ſtatuto quidem hoc ipſum introduci poſſit. Adde ad præmiſſæ deciſionis corroborationem. *Schneidevv. Weſemb. Coler. ſupr. n. 15. allegatos. Gomes. lib. 3. variar. reſolut. cap. 9. num. 9. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 46. verſ. ſed nunquid poterit.* Didac. *Coavarruv. var. reſol. lib. 2. cap. 8. n. 8. Hottom. illuſtr. quæſt. 26. per tot.* & infinitos alios.

18. Verùm præſupponamus unum vel plures obſides ad ſupplicii pœnam vel tacitè vel expreſsè ſe obligaſſe, annè ex facto victori, vel obligationem illam recipienti, jus quæſitum erit, ut in eos ſtatuat, quidquid façere velit? Exemplum traditur *de Leodiis*, qui *Carolo Burgundiæ Duci*, poſt deſtructam *Dynantum*, ne *Leodium* armatâ manu aggrede-

dere-

deretur, & quòd pactiones initas ſervare velint, trecentos dedêre obſides, hâc quidem conditione, ut ſi quid contra pactiones facerent, integrum eſſet *Carolo* ſupplicium de illis ſumere; *Leodii* pactioni contravenerunt & quidem graviter, quæſitum fuit, an datos Obſides occidere licuerit? Ita equi- 19.
dem primo intuitu videri poſſet, ut obſides præfatâ conditione dati, ſi frangatur fides, ab iis qui eos dedêre puniantur, ac ſi ipſi ſuo facto, non alieno deliquiſſent; *Samnitibus* (inquit *Livius*) Obſides dati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur, ut meritò quaſi pœnæ deſtinati ac dediti, ſub conditione dici poſſint. Quod diſciplina militaris, ac humana neceſſitas exigit, ne ſcilicet fruſtrà & illudendi causâ dati videantur. Exemplo fuêre trecenti Obſides à *Volſcis P. Servilio* dati, ut eos *Romam quaſi pignora fœderis* duceret, hos enim trecentos poſtquam Volſci bellum integrarunt, conſul *Appius Claudius* in forum adduxit, atque ſpectante populo & approbante, virgis cæſos, ſecuri feriri juſſit. P*etr. Ærod. d. tit. 5. cap. 5.* Et à *Theſſalis* occiſi olim ducenti quinquaginta obſides, uti *Plutarchus lib. de clar. mulierib.*

ſcribit, quem refert *Ærod. d. c.* 5. & poſt eum *Grot. d. tract. lib. 3. cap. 4. n. 14.* Quamobrem & *Witiges Gothorum* R*ex*, quo tempore pugnabat in *Italia* adverſus *Belliſarium*, ſecutus eſt hoc jus, teſte *Procopio*: Nam violatâ fide *j*am purè hoſtès ſunt, non obſides; Hujus quoque ſententiæ, in caſu de Leodienſium obſidibus propoſito, fuêre C*ondæus* ejusque ſequaces, uti refert *Cominæ. comm.*
20 *lib.* 2. *pag.* (*m.*) 366. Sed utut ſit, omninò humanius & æquius eſt à ſanguine abſtinere; *Primò* enim (quod JCtorum auctoritatibus ſupra firmavi) ad e*j*usmodi pœnam ſufferendam pro aliis, ipſi obligare ſe non poſſunt; *Deinde* ipſi quid delinqvunt, aliis ſuâ ſponte delinquentibus? P*et. Ærod. d. cap.* 5. Atque ideò *Narſeti* bono *Duci*, atrox viſum de innoxiis obſidibus ſupplicium ſumere, & licet *Jacob. Menoch. arbitr. quæſt.* 7. exiſtimet, prædictas obſidum conventiones, ubi ad pænam mortis ſeſe obſtringunt, valere ſi moribus firmentur, id tamen ad hoc, ut à peccatis immunes ſint hi, qui ex ſolâ conventione vitam alicui adimunt, extendendum non eſſe reſpondet *Hugo Grot. d. lib. 3. cap. 11. n. 18.* Quicquid igitur ab

aliis

aliis vel belli irâ, vel furore & animi atrocitate factum, alios qui naturæ bonitate, & clementiâ ducuntur, non obligabit, nam uti in ſimilibus, ita quoque hoc in caſu; Præſtat uti æquitate, quàm ſtricto & ſummo jure. Interim non diffiteor, in obſides (qui vel antea fuêre in numero graviter delinquentium, aut qui poſtea fidem datam fefellerunt, aut etiam fallere, decipere & illudere voluerunt, vel ſi id Reipublicæ neceſſitas, aliorum terror, delicti atrocitas, malæque conſequentiæ, atque ſimiles circumſtantiæ exigant) pro delicti qualitate animadveti poſſe, quod etiam notant *Pet. Ærod. d. cap. 5. in fin. & Hug. Grotius d. cap. 11. num. 18.* Et rectè; Quia ſecundum Dd. ſententiam innocentes ſi dati fuerint in obſides, & dantes violarent fidem, obſides occidere non licet, licet autem, ſi ſint de nocentum numero; *Molina. de juſt. & jur. diſp. 120. Gregor. de Valent. t. 5. d. 3. part. 3. col. 4.* Atque hæc in omnis generis obſidibus meritò obtinent, ita ut licèt ſecundùm Poëtam: 21.

*Nulla fides pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur.*

Tyrannicum tamen magis, quàm Chriſtianum & humanum ſit, absque diſtinctione & non conſideratis circumſtantiis applicare id, quod JCtis commune axioma eſt; *Luat in corpore, qui non habet in ære.*

22 Intermittere autem non poſſum, quin præſentem Conſultationem, *Philippi Cominæi comm. lib. 2. p. (m.) 362.* verbis, ob loci raritatem & elegantiam, claudam. Ita verò ſcribit: *A Condæo interrogatus Imbercortus Ambianus* (puta in propoſita conſultatione, an *Leodienſium* obſides interfici deberent) *Vir nobilis, & ſingulari virtute, ait inprimis cavendum eſſe, ne Deus aliquo ſcelere offendatur, debere Carolum ita ſe comparare, ut hoc uno facto, clarum faciat & demonſtret omnibus, quàm non ſit crudelis, aut vindictæ cupidus; Sibi videri dimittendos eſſe obſides, qui ſuorum fidem ſecuti, pro ſalute Patriæ in diſcrimen veniſſent; Abeuntibus autem illis declarandum eſſe, beneficium, quo ſint affecti, & mandandum, ut modis omnibus hortentur ſuæ civitatis populum ad æquitatem & pacem colendam; quod etiamſi non impetrent, ut tamen ipſi memores beneficii accepti, non ſumant arma vel in Caro-*

*Carolum vel in Epiſcopum ſuum. Hæc ſententia quum in conſilio viciſſet, liberati obſides fidem dabant, ſe ſatisfacturos eſſe mandatis; Tum & illud additum fuit, quòd ſi qui deprehenderentur, ex ipſis ullo tempore, cum armis adverſus Carolum, magno id eorum capitis periculo futurum.* (pergit idem Auctor) *poſteaquam* Condæus *tàm atrociter dixiſſet in miſeros obſides, qui ſimplicitate perſuaſi, in eas anguſtias venerant, ex noſtris quidam ad me tacitè; vides* (inquit) *Condæum licet ætate ſit gravis, firmâ adhuc eſſe valetudine, ſed auſim affirmare, quandoquidem adeò crudeliter ſententiam dixit, intra annum eſſe moriturum; Atque ita quidem accidit.* Hæc *Cominæus* acerrimi judicii hiſtoricus, ut eum meritò *Polybio* comparet *Juſt. Lipſius in not. ad lib. 1. Polit. cap. 9. &c.*

# CONSVLTATIO TERTIA.

## CONFOEDERATIONIS MATERIA.

Quî fiat, quòd multi proceres, ad propulſandum commune periculum difficulter conſentiant, & quamvis ſemel confœderati fuerint, eadem tamen ſocietas vix diu ſubſiſtat?

### SUMMARIA.

1. *Cur hæc conſultatio inſeratur?*
2. *Natura omnibus animalibus ſui defenſionem indidit, præterquam autem homini.*
3. *Licet hoc ab hominibus receptum, certis tamen terminis incluſum ſit.*
4. *Defenſio Juri gentium adſcribitur.*
5. *Ejus tamen forma & moderamen Jure civili, & peculiaribus conſtitutionibus moderatur.*
6. *Singuli ubi defendere ſe non poſſunt, plurium conjunctionem & confœderationem natura ſuadet, & jura permittunt.*

7. *Quod*

Digitized by Google

7. *Quod exemplis probatur.*
8. *Unde fœdera juris gentium eſſe perhibentur.*
9. *Quamvis & hic jura particularia cujusvis Reipublicæ, certam formam & modum præſcribant.*
10. *Vti fit in Imperio noſtro.*
11. *Nam Imperator ſolus habet poteſtatem belli indicendi.*
12. *Quod reliquis ſtatibus inhibitum.*
13. *Ita quoque fœdera pangendi, jus Imperatorium eſt.*
14. *Et regulariter ſtatibus, aliisq; ſuperiorem recognoſcentibus non conceditur.*
15. *Niſi id neceſſitas, publica auctoritas, Reipublicæ utilitas, & communis defenſio permittat.*
16. *Ergò in caſibus illicitis, ſtatibus & ſuperiorem recognoſcentibus fœdera inire non licet.*
17. *Etiamſi ſub falſo prætextu hoc non rarò fiat.*
18. *Cur itaque neceſſariæ & licitæ confœderationes ab aliis omittantur & negligantur?*
19. *Veræ hujus rei cauſæ, ſunt ambitio, æmulatio & invidia.*
20. *Ambitio res tumida eſt.*

21. Na-

21. *Naturæ pravitatis, publicum bonum impedientis deſcriptio.*
22. *Invidia ubivis dominatur.*
23. *Affectus maligni prædicti, diffidentiam inter magnates creant.*
24. *Ita ut in commune non conſulant.*
25. *Exemplo civitatum Græciæ.*
26. *Querelæ de ſtatuum diſcordiâ.*
27. *Concordiæ effectus & commoda.*
28. *Hactenus dicta efficiunt, ut non ſolùm neceſſariæ confœderationes negligantur, ſed etiam fœdera inita ſint infirma.*
29. *Niſi mutuo metu ſuſtententur.*
30. *Fœdera multorum quomodo intereant?*
31. *Ejus rei cauſæ.*
32. *Defectus conſilii, & varietas ſententiarum.*
33. *Et quia privata publicis præferuntur.*
34. *Intereſſe privatum facit ceſſare fœdera.*
35. *Confœderati fortunam ſequuntur.*
36. *Arte & induſtriâ adverſarii, fœdera faciliùs rumpuntur.*
37. *Quibus mediis hoc fiat.*
38. *Concluſio cum excuſatiuncula.*

Uti

Digitized by Google

UTi verè & prudenter D. Chryſoſtomus ſcribit: *Nemo læditur, niſi à ſeipſo.* Et *Seneca Epiſt. 71. nemo niſi ſuo vitio miſer eſt.* Nec non alius: *Quilibet eſt faber ſuæ fortunæ:* Ita certè multis tàm in *publico* quàm *privato* ſtatu contingit, utpotè quòd belli pericula evadere poſſent, nec utriusque partis prædæ, ſæpe etiam victoris indignationi ſeſe exponere cogerentur, niſi propriâ culpâ, vel potiùs negligentiâ, illa media contemneret; quæ ſi non *ſingulis* poſſibilia, *univerſis* verò & junctis ſalutaria & utilia eſſe potuiſſent; undè haud raрò, nõ quidem ex delicto commiſſo, ſed ob crimen omiſſionis, & ſupinæ quaſi negligentiæ, & neglectæ vigilantiæ (cùm jura, in publicis præcipuè, vigilantibus ſubvenire ſoleant, teſte praxi notiſſimâ) maximâ parte bonorum; honore, dignitate, & quod maximum eſt, exiſtimatione, & à majoribus quæſita reputatione, à victore, & iis, qui fortiter communi hoſti reſtitêre, privantur. 1.

2. Horum itaque causâ, pro inſtituto nunc indagare libet, cur id fiat, quod ad propulſandum commune periculum, ſi non protenus frigidi, tepidi tamen ſatis ſint, cùm nihilo-

nihilominùs natura omnibus animantibus & præſertim homini id indiderit, ut omnem vim & injuriam à ſe propulſarent. *Cicero lib. 1. de offic.* ait: *Omni animantium generi, à naturâ inſitum eſt, ut ſe, vitam, corpus tueatur, declinetque ea, quæ ſibi nocitura videntur.* Et præterea de animalibus, arietibus, bovibus eſt textus pulcher, *in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dicat.* De hominibus verò tradit *Ulpianus in l. 1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi armat. Vim vi repellere Caſſius ſcribit, idque jus naturâ comparatur, apparet autem ex eo, arma armis repellere licere*, Hinc *Propertius lib. 2. ad Cynthiam*:

> Non ſolùm taurus ferit uncis cornibus hoſtem,
> Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ovis.

3. Quod ſanè jus cum brutis animantibus commune, ab hominibus jure gentium, poſtea etiam peculiari modo (id eſt cum moderatione juſtæ defenſionis) receptum reperitur, ex quo juri gentium adſcribitur *in l. 3. ff. de juſt. & jur.* ubi Dd. communiter.

4. Verùm quomodo ulterius ex jure gentium prædicta defenſio conceſſa, & jure civili,

aliis.

aliisque conſtitutionibus approbata ſit, me remitto ad Dd. qui hanc materiam ſatis amplè tractarunt. *Commentatores ad conſt. crimin. Caroli V. Imperat. cap. 139. 140. 141. ubi Vigelius, Remus, Zieritzius, Bullæus in not. Georg. Obrecht. pecul. tract. de neceſſ. defenſ. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. aggredior. Proſper. Farinac. in pract. crimin. tit. de homicid. Gomes. tract. de poteſt. in ſeipſ. cap. 5. Gail. lib. 2. obſ. 110. idem de pac. publ. lib. 1. cap. 16.* & Dd. alii infiniti, qui de moderamine inculpatæ tutelæ, & neceſſariâ defenſione, ſive publica, ſive privata agunt.

Quod adeò ex jure naturali & divino obtinet, ut homo non ſolùm ſeipſum defendere, ſed etiam ſi ſingulorum defenſio ſit inſufficiens, plures ad mutuam defenſionem jungere ſe poſſint, atque ita confœderationes & amicitias ad mutuam defenſionem inire, quam rem latè explicat *Joh. Lupus tract. de confœd. Princip.* paſſim. Unde rectè *Ariſtoteles* quodam loco dixit; *oportere quemque aut pro ſe arma ſumere, ſi injuriam acceperit, aut pro cognatis, aut pro benefactoribus, aut ſociis injuriâ affectis auxilia afferre.* Et *Solon* docuit; *Beatas fore Reſpublicas, in quibus* 6.

*alienas*

Digitized by Google

*alienas injurias quisque ſuas exiſtimaret.* Hinc *S. Ambroſius lib. 1. de officiis.* relatus *in c. fortitudo. 23. quæſt. 3.* ait: *Fortitudo quæ bello tuetur à Barbaris patriam vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitia eſt. Et idem in d. lib.* procul habetur *in c. non inferenda eod. c. & 9. Non inferenda ſed depellenda injuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit à ſocio injuriam, ſi poteſt, tàm eſt in vitio, quàm ille, qui fecit, &c.* Atque ad hunc locum exſtat egregium *Menandri* dictum:

Injuriarum ſi improbis auctoribus
Reponeremus ultionem ſinguli
Nobis putantes fieri, quod fit alteri
Inter nos juncti conſpiratis viribus,
Non prævaleret innocentiæ, impetus
Audax malorum - - - -

7. Exemplis quoque ſatis probabile eſt, *ſingulorum pericula mutuis viribus propulſari*, uti ſcribit *Juſtin. lib. 34. hiſtor.* Et auxilia humillimè firma, conſenſus facit, ait *Publius*; unde olim de *Germaniæ Regulis*, quòd mutuâ ope, & ſanctiſſimo liberalis amicitiæ jure, ſeipſos ab injuriâ & ſuperbiâ potentiorum, facilè defenderint, ſcribit *Jovius lib. 32. hiſt.*

8. Et hæc eſt ratio, cur fæderum jus, *j*uris gen-

tium

tium eſſe, plerique velint *arg. novell. Leonis*
102. *Pet. Gregor. Tholoſan. de Repub. lib. 11. cap.*
11. De quo equidem parum dubitandum ar-
bitrarer, cùm fœdera nihil aliud ſint, quàm
conventiones & pacta publica *VVeſenb. in pa-*
*rat. ff. de pact. n. 4.* adde *Petr. Ærod. rer. ju-*
*dicat, lib. 1. tit. 5. de pact. publ. Grot. de jur.*
*belli & pac. libr. 2. cap. 15.* Pacta autem,
conventiones & contractus ferè omnes ex
jure gentium deſcendunt *§. jus autem genti-*
*um. 5. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. ex hoc*
*jure. 5. ff. de juſt. & jur.* Deinde confœdera-
tio (de quâ hoc loco agitur) nihil aliud eſt,
quàm mutua & auxiliaris quædam defenſio.
Defenſionem verò ex jure naturæ & genti-
um originem trahere *ſupra ead. conſult. n. 2.*
*& ſeqq. dixi.* Et licet jure civili, particula- 9.
ribusque conſtitutionibus, & moribus va-
riarum Rerumpublicarum & Regnorum, 10.
præſertim verò Germanici noſtri imperii,
hoc confœderationum jus nonnihil ſit re-
ſtrictum, ac ſaluberrimè indroductum, ut
fæderum jus majeſtati adhæreat, nemoque
fædera inire poſſit, niſi qui majeſtatem (qua-
lis eſt Imperator) habeat. *arg. l. conventionũ.*
*5. ff. de pact. & ibid. Dd.* Cùm enim in iſta 11.



Digitized by Google

lege dicatur, publicam conventionem (ſub qua confœderationes etiam intelliguntur *ſup. n. 8.*) eſſe, quæ fit per pacem, quoties inter ſe Duces belli (id eſt qui bellum inter ſe gerunt, nam aliâs dicere oportuiſſet Duces exercitus) quædam paciſcuntur; nemo autem gerere poſſit bellum, niſi qui majeſtatem, & ſummum habet Imperium. *per l. hoſtes. 24. ff. de captivit. uſus. c. quid. culpantur. 23. quæſt. 1.* ubi inter alia D. *Auguſtinus* hiſce verbis: *Ordo naturalis, mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipienti belli auctoritas, atque conſilium penes Principes ſit.* Atque ita in Imperio Germanorum, bellum nullum cenſeatur juſtum, niſi quod ab Imperatore ſit indictum. *Ant. Quetta. conſ. 6. n. 4. Ioh. Lupus. tract. de bello in princ. n. 3. Georg: Everhard. vol. 2. conſ. 17. n. 1. Grotius d. tract. lib. 1. cap. 3. n. 4.*

12 Reliquis autem ſtatibus per ſalutarem conſtitutionem pacis publicæ omninò ſit inhibitum. Ne impoſterum quis cujuscunq; Dignitatis, ſtatus ac Conditionis audeat alios fallere, bello invadere, ſpoliare capere, occupare ſub aliquo cauſarum prætextu, &c. Vide paſſim receſſus Imperii, & in

in primis confirmationem de Anno 1555. *Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 4.* Exinde indubitatè ſequitur, uti bellum gerere ſoli Imperatori, non etiam ſtatibus eſt conceſſum. Ita quoque ſoli Imperatori, aliisque qui majeſtatem habent, (ſecundùm tamē Leges Regni) non etiam ſtatibus & aliis ſuperiorem recognoſcentibus, publica pacta ineundi, vel fœdera pangendi jus competere. Quod vel *ex lege Regiâ* patet, cujus hæc ſunt 13.
verba; *Fœdus cum quibus volet* (Cæſari) *facere liceat, ita uti licuit Divo Auguſto Tiber: Claudio, Cæſari Aug. Germanico.* Hinc eſt, 14.
quòd in quovis ſuperiorem recognoſcente, in dubio fœdera & ligæ cenſeantur illicitæ. *l. 1. & 2. C. de ſeditioſ. l conventicula. C. de Epiſcop.* & poſt alios tradit *Marta Neapolit. de jurisdict. lib. 2. cap. 23. n. 8.* ſunt enim ſtatus, aliiq; inferiores, in tutela & protectione ſuperioris, ideoque non opus habent quærere aliorum auxilium, quod tenderet in contemptum & præjudicium Domini.

Attamen per neceſſaria fœdera, & mu- 15.
tuum auxilium defenſio, inferioribus proceribus non denegatur, maximè eo caſu, ubi *periculum & neceſſitas* id exigit, *juſſuque*

*ſuperioris* permittit, & defenſio non ad publicam ſolùm, ſed etiam privatam utilitatem verget, nam hoc modo, non conſpiratio, ſed vera confœderatio dicitur, per *Bartolum in extravanti ad reprimendum in verbo occultè, Raphaël Cuman. in l. 1. n. 12. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Immò defenſio & concordia eſt *Roland. à Valle conſ. 17. n. 31. verſic. ulteriùs dicitur lib. 3. Mynſ. cent. 6. obſ. 2. per tot.* ubi teſtatur Cameram Imperialem anno 1553. fœdus inter Epiſcopos *VVürtzburgenſem, & Bambergenſem* ac civitatem *Noribergenſem* adverſus *Marchionem Albertum* initum, pro licito judicaſſe, propterea quòd ad mutuam defenſionem tenderet, cujus quoque decreti meminit *Jac. Auguſt. Thuan. hiſtor. lib. 11.* Argumento itaque à contrario ſenſu ducto, ita arguo, ſi confœderationes abſque causâ injuſtâ, & ſine conſenſu Imperatoris initæ, ſunt illicitæ, Accedente causâ defenſionis juſtâ, & conſenſu Superioris licitæ & permiſſæ ſunt. In *caſibus* ergò *illicitis* (liciti
16. autem caſus vel illiciti qui ſint, Imperatoris vel Superioris eſſe judicare, *ex A. B. tit. 15. ad fin.* ibi. *donec de his aliud duxerimus ordinandum*, quidam cenſent) maximè ſine conſenſu

ſenſu Superioris, *fœdera* inire non licet, 17
præcipuè verò contra Superiorem ipſum, prout non rarò, ſub libertatis aliiſque prætextibus à Proceribus & Subditis fieri ſolet; vide *Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 4. n. 33. & ſeqq.* Atque de ſimilibus Gallicæ nationis confœderationibus ſub *Ludovico XI.* abundè ſcribunt *Robert. Guaguin. in vita Ludovici lib. 2. Petr. Matthai lib. 3. Comina. comm. lib. 1. Petr. Gregor. Tholoſan. de Republ. libr. 13. cap. 1. per tot. cap. 8. 9. cum ſeqq. ad 15.* ubi demum hiſce verbis finit: *Vidimus non ſine lachrimis, in Gallia & Germania hunc prætextum religionis, populum demulſiſſe & armaſſe, perſuaſum à ſeditioſis contra legitimos Principes, tandem & perſonatam cauſam detectam evanuiſſe cum ſuis auctoribus, &c.*

Hiſce ita præmiſſis (ut ad cauſas noſtri 18
propoſiti tandem deveniam) mirari quiſpiam poterit, cur licitæ confœderationes & defenſiones (ad quas naturæ ductu omnes merito inclinare deberent) à multis ſpernantur & negligantur, vel etiam ubi initæ fuerint, vix diu ſubſiſtant; *Cauſas* itaque hujus rei inveſtigando, non impoſſibilitatem, vel quia

- - - fracti bello, fatiſque repulſis
- - - tot jam labentibus annis.

Belli diuturni onera ſuſtinuerint (quæ tamen cauſa forſan apud nonnullos locum in-
19 venire poſſet) introducam; ſed ut ſincerè & apertè loquar, omnem hanc negligentiam, è quibusdam corruptis naturæ affectibus, *ambitione*, *æmulatione & invidia* deſcendere, pluſquàm verum eſſe, exiſtimo, adde *Ferdin. Vaſquium illuſtr. controv. in præfat. n. 1. 2. 3.*
20 Cùm *enim ambitio* (*Seneca* teſte *epiſt.* 4.) *tumida res ſit, vana, ventoſa nullum habens terminum, quæque tam ſolicita eſt, ne quem ante ſe videat, quàm ne ſe poſt alium.* Exinde videmus, eam matrem eſſe omnis diſcordiæ, & inter eos, quos amor Patriæ, & avitarum ditionum, ad communem defenſionem impellere meritò debuiſſet, variis modis animorum diverſitatem creare, ita ut deliberationes, & conſilia publica effugiant, atque invidiâ accenſi, alter alterius fortunam (quilibet etiam propriam) impediat.

21, De hâc naturæ pravitate, & hominum malignis affectibus pulcherrime ſcribit *Leo Imperator conſt.* 101. hiſce verbis: *Multa cumulatim bona mortalium vitæ confert prudenter &*

*ter & cum ratione inſtituta communio; etenim qui viribus valeat, ſi cum altero, qui ſimiliter viribus valeat, communicet, longè præſtantiores atque utiliores ejus vires fuerint, & divites ſi divitias communes faceant, majorem ex divitiis voluptatem capiant, denique ſi paupertas premat, operarum communio conſolatione, quâ paupertatis acerbitas mitigetur, non indigebit; Verùm cùm adeò commoda, atque utilis, in communi vitâ communio & ſocietas ſit, mirabilis quædam hominum animos ſubiens pravidas, nedùm aliis ad utilitatem impedimento eſt, verùm etiam qui ipſam fovent, & rebus ſuis noceri, quàm ut initâ cum vicinis ſocietate ipſis aliquid lucri accedat, permittere malint, perſuadet &c. Nimirum ubique* (prout memoriæ reliquit) 22 *Froſſard. hiſt. libr. 1. pag. (m.) 87. dominatur invidia & ambitio, ac ſæpenumerò fit ut dum alter in alterius gratiam, nihil vult ſuſcipere moleſtiæ, omittantur præclariſſimæ occaſiones & adverſarij hoc ipſum deinde in uſum ſuum transferant,* quæ invidia vel in paribus dignitate & ſtatu maximè locum habet, teſte *Cicerone 2. de oratore.* Invident (inquit) homines maximè paribus, aut inferioribus, cùm ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evo-

laſſe, *Ferdin. Vaſqui. cont. illuſt. in præfat. n. 19. & ſeqq.* ubi ultra ad hanc rem adducit.
23 Hujusmodi affectus, poſtquam ita radices egerint, æmulationes & animorum diſſenſiones inde oriri, experientia tradit, idque eò facilius atque ad majorem diffidentiam firmius, eum naturali odio, præcipuè *Regum*, Principum, aliorumque Magnatum familiæ inter ſe diſſideant, referente *Cominæo comm. lib. 10. pag. 658. & Æneâ Sylvio in quadam epiſt. ſingul.* Quod itaque de *Bri-*
24 *tannis* olim ſcripto teſtatur *Cæſar lib. 5. bell. Gallic.* & poſt eum *Alexand. genial. dier. lib. 5. cap. 7. in fin.* eos ſcilicet, *cum variis factionibus laborarent, ad propulſandum commune periculum nullos aut pauciſſimos conventus habuiſſe*, atque hinc effectum, *ut cùm vires ſociatas non habuerint, dum ſinguli oppugnantur,*
25 *univerſi ſuccubuerint.* Idem hodierno tempore & aliis accidit, qui ob præallegatas cauſas non aliter vivunt ac ſentiunt, quàm de *Græciæ* civitatibus ſcribit *Demoſthenes, eodem modo* (ait) *quo qui grandinem ſpectant, optat quisque ne in ſuos agros deferatur, prohibere conatur nemo.*

Sic

Sic veſtram pacem diſcordia diſſuit, immò 26
Rumpit, veſtra perit virtus; nam ſtare negatur,
Occaſum patiens in ſe diviſa poteſtas;
Ergò concordes, votum curratis in unum.

Et quod *Hieronym. Arconat*: ad *Imperij Ordines* in Comitiis *Ratisbonæ anno* 1594. congregatus de *præcedentiæ & ſeſſionum* controverſiis ſeponendis, & armis contra *Turcam* capiendis prudenter ſcripſit, huc quoque quadrare autumo.

*O Proceres Proceres* (infit) *dum quâ quis ſede ſedere*
*Debeat, inter vos rixæ miſcentur & iræ,*
*Ne veſtras ſedes, & ne chariſſima quæque*
*Eripiat vobis, crudelis Turca cavete;*
*Illum etenim ſemper diſcordia veſtra potentem*
*Fecit, & illius victricia reddidit arma*
*Ponite jam quid ceſſatis? rogo ponite vanos*
*Invidiæ morſus, odia & mala jurgia, tempus*
*Inque aliud magis appoſitum differte querelas,*

*Publica ne pereant, privatos propter honores*
*Commoda, &c.* - - -

27 Concordiæ itaque unio, & confœderationes quid poſſint & plerunque efficiant, ingenioſè oſtendit *Scylurus* conjunctis faſcibus, quos nemo ex filiis frangere potuit; nec equi quamvis macilenti, totam ſimul caudam quiſquam militum Sertorii evellere potuit, cùm per pilos & partes alterius quamvis generoſi ignaviſſimus quiſque poſ-
28 ſet. Ex relatis, aliisque cauſis ſatis (uti opinor) apparet non ſolùm, cur multi proceres difficulter inter ſe coëant, & mutua fœdera ineant, ſed etiam ubi tale quid inter eos factum, cur ejusmodi fœdera & conjunctiones (licet ab initio magno fervore pangantur) vix diu ſubſiſtant, niſi quatenus ali-
29 quantiſper *mutuo metu* ſuſtententur. Rectè enim *Thucydides libr.* 3. ſcribit: *Tutiſſima reddidit fœdera, mutuus metus, qui ea rumpere vult, dum ambigit, an ſuperior eſſe poſſit, abſterretur, & Livius lib. 8. Nec enim credideris ullum populum, aut hominem in eâ conditione, cujus eum pœniteat, diutiùs quàm neceſſe ſit manſurum.*

Vide-

Videmus itaque, & quotidiè experimur fœdera vel proprio & latenti morbo interire, vel arte & prudentiâ adverſarii rumpi. 30
*Prioris modi* quo fœdera in nihilum rediguntur, quamvis cauſæ ex præmiſſis intelligantur (cùm quia ab initio vitioſa ſint, tractu temporis vix convaleſcere poſſint) ejus tamen rei hanc tradit rationem *Cominæ. comm. lib. 2.* ubi ſic ratiocinatur; *Eſt ſanè difficile admodùm, ut qui ſunt æquali potentiâ Principes diuturnam colant amicitiam, niſi majori alicujus auctoritate cohibeantur, ejus rei multa ipſe vidi, & cognovi documenta, ſic enim eſt inter homines comparatum, ut facilè ſuſcipiant inimicitias, neque reſpiciant ad eum, qui ferè comitari ſolet, triſtem & luctuoſum exitum; Mea ſic eſt ſententia, ut exiſtimem eum, qui ſolus in poteſtate habet decem hominum millia, magis eſſe metuendum, quàm decem confœderatos, qui ſinguli ſenis millibus præſunt &c.* Paulo poſt: *Proverbio dici ſolet de Britannis, quòd icti ſapiant, illud hic locum habet.* 31.
Et præterea in aprico eſt defectum conſilii in publicum, & varietatem diverſitatemq; ſententiarum id efficere, ut antequam aliquid conſtituatur, prætereant occaſiones, quod de 32.
*Germa-*

Digitized by Google

*Germaniæ Proceribus*, tempore electionis *Maximiliani II. Imperatoris* ſingulari fabulâ auſus eſt proferre *Ibraimus Baſſa Turcici Imperatoris legatus*, apud *Camerarium medit. hiſtor. cent. 2. cap. 23.* quam uti notam nunc non
33. inſero. Atque hujusmodi fœderum interitum accelerat, quod plerique confœderatorum, intereſſe magis privatum, quàm publicum reſpiciant, qvâ de re ſequentibus verbis *Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. 9. ad Gracc. Parum in commune conſulitis, & cum in conſilio convenitis: non tàm cura publicis mederi periculis quàm privatis ſtudere fortunis.* Et famoſiſſimus *Italus Johan. Boterus* dum ait: *I Principi per l'ordinario, non ſi ſono moſſi, ſe non per intereſſe, e non cognoſcono amico, ſe non per lo bene, che ne ſperano, ô per lo male che ne temeno.* adde R. *P. Adam. Contzi. Polit. lib. 8. cap. 24. §. 4.*

34 Ex quo demum neceſſarium conſequens eſt, (quod & ipſa experientia confirmat) ubi id, quod privatâ utilitate ductus, hic vel ille confœderatorum conſecutus, vel è contra ſibi defuturum animadvertit, confœderationi valedicat, & (maximè ſi res malè cedant) fortune ſe accommodet.
35. *Utcunque* enim

(enim) *ſe res inclinant, ita ambulant fœdera*, inquit *Eraſm. Inſt. Princip. Chriſt. cap. de fœderib.* juxta illud *Livii lib.* 1. *conſilium erat, quò fortuna daret, eò inclinare vires.* Quam fœderum infirmitatem pulcherrimè expreſſit, acerrimi judicii JCtus *Andr. Alciat.* (cui hoc teſtimonium reliquit *Jacob. Auguſt. Thuan. hiſt. lib.* 8. quòd primus purioris literaturæ, & antiquitatis cognitionem, ad juris ſcientiam attùlerit) *Emblemate* 165. ubi ita ad *Ducem Mediolanenſem*, nova fœdera meditantem alludit:

Hanc citharam, ô lembi, quæ forma halicutica fertur
Vindicat & proprium, Muſa latina ſibi
Accipe Dux: placeat noſtrum hoc tibi tempore munus,
Quo nova cum ſociis fœdera inire paras.
Difficile eſt, niſi docto homini tot tendere chordas
Unica ſi fuerit, non benè tanta fides
Ruptavè, (quod facilè eſt) perit omnis gratia conchæ
Illeq; præcellens cantus ineptus erit.

Sic

Sic Itali coëunt Proceres in foedera; concors
Nil eſt quod timeas, ſi tibi conſtet amor;
At ſi aliquis deſciſcat (uti plerunque videmus)
In nihilum illa, omnis ſolvitur harmonia.

36 Idq; eò magis adſeverandum & timendum, *adverſarii arte & induſtriâ* accedente (quem ſecundum modum foedera diſſolvendi eſſe, anteà dixi) Noverunt enim & noviſſe debent, prudentes belli Duces & Principes, modum diſſolvendi foedera, & ſeminandi diſcordias inter confoederatos. R*omani* (*Livio teſte libr. 31.*) *cùm compertum haberent Graciam invictam fore, quamdiu ſtaret ſocietas Achæorum, Gallo proconſuli in mandatis dederunt, ut modis omnibus ſocietatem illam dirimeret, neque id fruſtrà tentatum, nam pleræque civitates querebantur, fœderis æqui ſpecie Imperium ſibi ademptum fuiſſe, inde Gallus occaſione captâ, civitates defectionem meditantes, acriùs inflammavit. Ludovicum XI. Galliæ* Regem hâc in re verſatiſſimum fuiſſe, variis in locis videre licet apud *Cominæ. comm. libr. 1. & 2.*

Digitized by Google

& 2. ubi demum ita ſcribit: *Omnium verò mortalium optimè callebat Ludovicus Rex artem dirimendi ſocietates atque foedera, in eoq́ non parcebat ulli vel ſumptui vel labori, modò perficeret, quod vellet.*

Per quæ media autem hoc fieri ſoleat 37
(cùm in hunc diſcurſum datâ occaſione inciderim) paucis (quantum ex Hiſtoricis obſervavi) nunc perſtringam; *Primò* Confoederationum ſocios, *inſtituto colloquio* cum adverſario facilè ſuſpectos reddi, atque hâc occaſione confoederationem ſolvi poſſe, ita accidit *Carolo Burgundo* apud *Cominæ. comm. lib.* 2. & *à Romanis* cum *Hannibale* tentatum, ſcribente *Livio lib.* 31. *Secundò* ferocium & bellicoſorum populorum animos, molli pace conciliandos eſſe dicunt; *Populorum ferocia corda, longâ pace molleſcunt*, ſcribit *Theodoricus Alarico* Regi *Viſi Gothorum*, apud Caſſiodor, *lib. 3. var. epiſt. 1.* Quod eleganter de *Belgis* in quadam epiſtola perſuadere conatur *Lipſius* ita demum concludens: *Remitte paululùm ad ingenium & vitia ſua redibunt* (puta Belgæ) *ut boves inſtante lupo coëunt, capita & cornua jungunt; abeunte, quisque ſibi paſcit*; ſic illi, *Tertiò* diſcordiarum ſemi-

Digitized by Google

ſemina inter confoederatos ſeminanda eſſe, arbitratur *Veget. de re milit. libr. 3.* Quam *Druſi* artem adverſus *Germanos* fuiſſe reſtatur *Tacit. annal. lib. 2.* *Quartò* largitionibus & occultis præmiis ad alliciendos hominum animos, Reges & Principes prudenter hâc occaſione uti ſolere, exemplis demonſtrat *Cominæ. d. comm. lib. 2.* *Froſſard. hiſt. lib. 2.* *Quintò* denique perſuaſiones hîc multum efficere; immò etiam conjuratis falſam eſſe objiciendam occaſionem exemplo *Romanorum* apud *Livium lib. 8.* nonnulli cenſent. Sunt quoque *Sextò*, qui blanditiis, verbis ambiguis, fraude, dolove, hæcce tentaſſe, & foedera diſſolviſſe, dolum bonum, & toto oſtio admittendum tradunt. *Lipſ. polit. libr. 6. cap. 4. n. 27.* Sed huic materiæ nunc finem
38. impono, & ſi quæ de neglectu foederum, vel etiam eorundem infirmitate (occaſione illâ datâ) aſſerui, non de omnibus intellecta volo, novi enim Deum (bonâ causâ maximè triumphante) Principum corda regere, feliciorem que foederum & mutuæ defenſionis eventum & ſucceſſum, ex immensâ ſuâ bonitate largiri poſſe.

CON-

Digitized by Google

# CONSVLTATIO QVARTA.

## NEUTRALITATIS MATERIA.

Ubi de neutralitate quæſitum, an ea alicui ſuadenda, quæque commoda & incommoda ſecum trahat, & num Subditus vel Vaſallus impunè neutralem ſe gerere poſſit?

### SUMMARIA.

1. *Neutralitas quanam ſit, & qui de eâdem hactenus tractârint?*
2. *Fundamentum quæſtionis de neutralitate.*
3. *Diſtinctio perſonarum.*
4. *Perſonæ ſibi invicem ad mutuum auxilium non obligatæ, licitè neutralitati ſtudent.*
5. *Homo homini in adjutorium generatus, & certo amicitiæ vinculo obſtringitur.*
6. *Humanitatis, vicinitatis, & miſericordiæ vinculum neminem neceſſitat.*
7. *Etiamſi ex defectu auxilii, oppreſſus maximum vitæ incidat periculum.*



Digitized by Google

8. An nihilominùs de facto, utile ſit foedera inire?
9. Diſtinctio perſonarum ſeipſas defendere valentium, vel non, introducitur.
10. Perſonæ ſibi invicem ad auxilium obſtrictæ, malè neutralitati ſtudent.
11. Harum causâ, fit diſtinctio bellorum, in civilia & externa.
12. Bellorum civilium tria genera.
13. De primo genere, inter ipſos concives, vel ſubditos, remiſſivè.
14. De ſecundo genere, ubi duo, de ſumma rei concertant.
15. Imbecillium neutralitatem periculoſam eſſe.
16. Et diuturnitate belli, inſtar grani, inter duos molares conteri.
17. Ergò conjunctione & ſocietate hîc opus.
18. Cui ſe jungendum?
19. In tertio genere, quoad ſubditos & vaſallos, neutralitati non eſſe ſtudendum.
20. Vaſallus Domino ad ſervitia militaria regulariter tenetur.
21. Maximè ſi illa in inveſtitura ſint determinata.
22. Contractum enim & inveſtituram feudalem inſpicere oportet.

23. Ita-

23. Itaque quid vaſallus Domino debeat, inveſtitura pandit.
24. Subditus multò magis, quàm vaſallus ſuo Domino obſtringitur.
25. Subditi omni jure ad debita & honeſta ſervitia tenentur.
26. Ita ut ad ea, à Dominis certo modo & mediis cogi poſſint.
27. Quod amplius declaratur.
28. Idq́ʒ publica tàm Regnorum, quàm Regentium & Subditorum neceſſitas & utilitas efflagitat.
29. Immò etiam privatum cujusvis commodum.
30. Et quæ neutralium Subditorum (aliorumq́ʒ minorum gentium Deorum) miſeria.
31. Quibus rectè comparentur?
32. Subditos & vaſallos non claudicare, ſed rebus in honeſtis & debitis, Dominis ſuis obſequium præbere oportet.
33. Quod obſequium ad inhoneſta, indebita, & impoſſibilia non extenditur.
34. Quæ ſi vaſallo imponantur, ad ea non tenebitur, ſed Dominus jurisdictione ſuâ privatur.
35. Domini, Principes, & Magiſtratus, tanquam



Digitized by Google

Dei miniſtri, ejusdem veſtigiis inſiſtere debent.

36. Nec ſolùm ipſi, ſed etiam eorundem officiales.

37. Officialium malorum & rapacium mores.

38. Earum causâ, omnia in Republica infeliciter ſuccedere.

39. Uti Subditi Dominis ad onera & ſervitia ſunt obſtricti ita Domini & Superiores, eosdem defendere & tueri tenentur.

40. Aliàs Subditi & Vaſalli, ad prædicta onera & ſervitia ampliùs non tenentur.

41. Dominus quando ſuum non præſtat officium, nec Subditi ad id tenentur.

42. Domino feudi non ſervante fidem, vaſallus non ſervat juramentum fidelitatis.

43. Quod etiam in obligationibus pactitiis contra ſupremum Principem procedit.

44. Bonorum in utriusque partis belligerantis territorio ſitorum, poſſeſſio an neutralitatem excuſet. Ubi Froſſardi locus proponitur.

45. Diſtinctione quæſtio deciditur.

46. An bona poſſidens ſimul ſit Subditus vel non?

47. Tria propterea proponuntur præſuppoſita.

48. Quorum primum, neminem ob ſolam bonorum poſſeſſionem effici Subditum.

49. Se-

*49. Secundum, nec etiam, quod alicubi ſortiatur forum.*
*50. An, quòd ibidem domicilium foveat?*
*51. Negativa verior defenditur.*
*52. Caſus Propoſiti quoad Subditos deciſio.*
*53. Vaſallus quiſpiam duorum Dominorum eſſe poteſt.*
*54. Antiquiori ex duobus Dominis Vaſallus ad ſervitia militaria tenetur.*
*55. Quod etiam in confœderatis procedit.*
*56. Quid ſi cauſa Domini manifeſtè vel dubitativè injuſta ſit, anne neutralitati ſit locus?*
*57. Concluſio quæſtionis præſentis.*

ALiis de ſumma rei contendentibus, ſæpiſſimè in conſiderationem venit, quid tertio (vicino maximè) ſit faciendum, annè ſe miſcere debeat, num verò è contrà, ſive impune, ſive utiliter neutralem gerere ſe poſſit vel debeat? *Hæc res neutralitas* com- 1. muniter nuncupatur, exinde quòd talis vel neutri parti auxilia ſuppeditet, vel tantùm præſtet uni quàm alteri, quâ de materiâ neminem hactenus præter *Johannem VVilhelmum Neimeierum peculiari tractatu Germanicè edito*, tractaſſe video, ubi tamen non ſatis

 diſtin-

2 diſtincte rem expedit; Fundamentum hujus quæſtionis ex eo, ut plurimum pendere autumo; Anne homo (præſertim vicinus) homini neceſſario in periculis adſiſtere teneatur?
3. Inquâ quæſtione diſtinguendum erit, inter perſonas fæderis nexu, ſive etiam vaſalligio & ſubjectionis jure ſibi invicem obligatas, & alias, inter quas nulla talis obligatio intercedit.
4. Perſonæ itaque ſive Reges, Principes, reſpublicæ & communitates, aliique populorum Gubernatores, qui alterutri parti militanti, nec fœdere, nec alio modo obſtricti ſunt (ſi de juris obligatione quæras) ad auxilium alicui ferendum, neceſſario non tenentur, ſed licite neutralitati ſtudere poſſunt.
5. Nam licet *homo in adjutorium mutuum generatus ſit*, uti ait *Seneca de ira lib.* 1. *cap.* 7. & recte *Euripid. in ſupplicib.*

- - - Præbent ſaxa perfugium feris
Aræque famulis; urbibus preſſis malo
Tutamen urbes - - -

(Adde quæ de amicitiæ vinculo perpulchre tradit *Gail. de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 26. *& ſeqq.*) atque ita *Romani* pro amicis arma ſæpè ſumpsêre, aliiq; non rarò id faciunt
6. Reges & populi; Ad id tamen, ad quod humani.

manitatis, vicinittais vel commiſerationis intuitu compelluntur, cogi magis non poſſunt, quàm dives ad dandam eleemoſynam egeno; Siquidem par in parem non habeat jurisdictionem, *text. in l. nam magiſtratus. ff. de recept. arbitr. Gail. lib. 1. obſ. 41. n. 9. Idem de arreſt. cap. 4. n. 3. Sichard conſ. feud. 1. n. 54.* Et ne cui noceam, lex imperat, nefas enim eſt, hominem homini inſidiari *l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur.* Non autem ut benefaciam extra caſum obligationis, jubet. Quod eatenus extenditur, ut ne tunc qui- 7.
dem teneatur, licet oppreſſus alias magnum periculum incurrat, quo vicinus, (præſumptive tamen in notabili damno & periculo) avertere poſſet, vide *Leſſium de juſt. & jur. lib. 2. cap. 4. dub. 15.* & hæc quidem, quate- 8.
nus jura id deſiderant; Anne autem id, quod jus quidem non efflagitat, utile & conſultius aliquando ſit, ita ut præſtet vicino auxilium ferre, quàm neutralem manere, de facto quæſtio incidit? Vbi rurſus ita diſtinguo, 9.
aut enim is, de cujus auxilio nunc agitur, tam potens eſt, ut neutram partem (victoris etiam metuendam inſolentiam) timeat, vel nulla alia neceſſitas & circumſtantiæ alteru-

trius partis conjunctionem efflagitent, atque hoc caſu neutralitatem & laudabilem & utilem eſſe, plurimi exiſtimant. *Franciſcus Guicciardin.* quodam in loco ita hanc neutralitatem commendat. *La neutralità nelle guerre de gl' alteri eſſer coſa laudabile & par la quale ſi fuggone molte moleſtie, & ſpeſe, quando non ſono ſi deboli le forze tue, che tu habbia da tema, la vittoria, di ciaſcuna delle parti perchè allora ſi arreca ſicurta, & bene ſpeſſe fa ſtrachezza loro facultà, d' accreſcer il tuo ſtato.* (h. e. neutralitatem inter bella aliorum tunc eſſe rem laudabilem, per quam evitantur multa incommoda & expenſæ, cùm vires tuæ non ſunt ita debiles, ut victorem timere neceſſe non habeas, quia eo modo ſecuritatem adfert, & ſæpenumero efficit, ut ex eorum (puta armis certantium) debilitate, Imperium tuum creſcat. Hâc ratione *Marebodus Sueviæ Rex*, inter bella *Germanorum* & *Romanorum* neutralitati ſtuduit; Hic enim poſtquam Romanam militiam addidicerat, & in *Bohemiam* cum ſuis migrârat; *Imperium* (ſcribit *Paterculus*) *perpetuis exercitiis pene ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, brevi in eminens, & noſtro quoque Imperio* (*Roma-*

*no*

*no* puta) *timendum perduxit faſtigium, gerebatque ſetta adverſus Romanos, ut neque bello illos laceſſerit, & ſi laceſſeretur ſupereſſe ſibi vim & voluntatem reſiſtendi, declararet.* Quanquam & huic neutralitas non optime ceſſit; Debilitatis enim per *Arminium* Germanorum Ducem, Romanorum in Germania viribus; *Arminius* (teſte *Tacito lib. 2. annal.*) Marebodum patriæ proditorem eſſe & per dona, Cæſaris fœdus petiviſſe, Herciniæque *Sylvæ* latebris defenſum, publicum commodum, & patriæ libertatem non curaſſe publice aſſeruit; unde eum hoſtis inſtar habendum quod & factum; nam Marebodus ad tantas reductus anguſtias, tandem exul in Italia, Ravennæ vitam finiit. Quod exemplum clariſſime demonſtrat, quàm caute in hâc re procedendum, ne ſcilicet viribus ſuis quiſpiam nimium tribuat, nec vicinitatis *j*ura, (licet nullo alio juris vinculo obligatus ſit) temere negligat, atque ita in eadem aliquando neceſſitate conſtitutus, à vicino perſimili modo illudatur; Nam uti ait *Plautus in Epidico*:

Is amicus eſt, qui in re dubiâ *j*uvat
Vbi re opus eſt. - -

Ut ergò quid faciendum prudenter concludatur, omnes circumſtantiæ diligenter ponderandæ veniunt, ita ut quem ſuperiorem fore probabiliter & præſumptivè animadvertere poſſimus, ejus amicitiam, & quæ ab ea dependent actiones non negligamus, ex quo etiam fit, ut alii, qui viribus carent, Potentioribus, pro tempore ſeſe accommodent, de quibus *conſult. ſeq.* dicam.

Alia verò eſt ratio eorum, qui vel fœdere vel vaſallagio & ſubjectionis jure aliis obſtricti ſunt, horum enim neutralitas ob nexum fidei, fidelitatis & ſubjectionis vix approbari poterit, niſi vel mala cauſa, aliæque circumſtantiæ, eoſdem amoveant, rectè enim *D. Ambroſ. offic. lib. 1. cap. 36.* ait: *Qui non repellit injuriam à ſocio, ſi poteſt, tàm eſt in vitio, quàm*
11. *ille qui facit.* De *Vaſallis* itaque & *Subditis* aliorum, quid ſentiendum ſit, in particulari nunc adaperiam. Horum autem causâ,
12. (quoad hanc neutralitatis & adſiſtentiæ materiam) bellum aliud *civile*, aliud *externum* eſſe aſſevero; *Illius* tria ſunt genera; *pri-*

*primum*, ubi inter ipſos ſubditos ſeu concives eſt quædam armorum diſſenſio; *Secundum*, ſi duo pluresvè Principes, intra unius Imperii vel Regni viſcera, de eodem Regno inter ſe dimicent; *Tertium*, quando Subditi contra Superiorem arma movent, & hic in illos.

In *primo genere* non multum laborabimus, tùm quod ad propoſitum & intentionem noſtram parum faciat, cùm quia rationibus & exemplis, quæſtio iſta ventilata reperiatur apud *Juſt. Lipſium polit. lib. 6. cap. 6.* ad quem me remitto. *Secundum* autem *genus*, cum illis, quos parti militanti nullo fœdere, vel alio juris vinculo obſtrictos eſſe (ſupra hâc eâdem conſultatione dixi) affinitatem habere videtur; Ideoque (prout de illis dictum) ſi alterutri ſingulari fœdere vel pacto non ſint obligati, & præcipuè, ſuis ſe viribus tueri poſſint, optimè facient, ſi tragædiæ ſpectatorem egerint; At ſi ſibi ſuisq; viribus diffidant, periculoſa illis erit neutralitas; Idem olim ſenſit *Ariſtenus Achæorum* Prætor apud *Livium libr. 32. cap. 21. in fin.* cùm *Cleomedonti Achæis* ſuadenti, & in bello inter *Romanos* & Philippum quieſcerent,

13. (margin, beside "In primo genere")
14. (margin, beside "ad quem me remitto")

rent, armiſque abſtinerent, in hunc modum reſpondit: *Quod Cleomedon tanquam mediam & tutiſſimam nobis viam conſilii oſtendebat, ea nō media ſed nulla via eſt, etenim præterquàm quod aut accipienda, aut aſpernenda vobis Romana ſocietas eſt, quid aliud, quàm nusquam ſtabili gratiâ, velut qui eventum exſpectaverimus* (notandum hoc multis) *ut fortunæ applicaremus noſtra conſilia, præda victoris erimus?*

NB

16. Et quis demum non videt hujusmodi neutrales, periculum quòd declinare voluêre, plerumque incurrere, ita ut aut diuturnitate belli vicini, veluti granum inter duos molares atterantur, aut certè ab alterutrâ parte opprimantur, quod aliàs, ſi ab initio junctis viribus aliud tentaſſent, evitare potuiſſent; *capienda rebus in malis præceps via eſt*, ait *Seneca.* Tentandum eſt aliquid, & uti medici in deſperatis morbis, ubi præter unam eamque dubiam medicinam, ſalutis ratio nulla ſupereſt, ancipiti potiùs illâ jubent uti, quàm prorſus nullâ; ſic quoque in præſentibus malis, adde *Piccart. obſ. pol. decad. 5. cap. 5.*

17. Hoc ergò caſu alterum aut ſocium habere,

re, aut hoſtem, omninò neceſſe erit; Cum
Cæſare jacienda tunc alea, & alterutri parti
ſe jungendum ex *Saluſtio* monet *Lipſius po-*
*lit. libr.* 4. *cap.* 9. *n.* 52. Sed cui? ſi pares 18.
potentiâ, parti *meliori*, ſi diſpares (deficien-
te obligatione) *potiori*; niſi tamen aliæ cir-
cumſtantiæ contrarium ſuadeant, quæ in
quæſtionibus facti variæ occurrere ſolent.

In tertio genere neutralitas citra pœ- 19.
nam ademptionis ſeu confiſcationis
bonorum vix locum invenire vide-
bitur, excepto caſu, quo eam neceſſi-
tas urgens admittit, quâ de re *conſultatio-* 20.
*ne ſequenti* dicturi ſumus; ſic enim *Vaſallus*
Domino ſuo, ad ſervitia militaria ordinariè
tenetur, licèt de illis in inveſtitura nihil ſit
expreſſum; per *tit.* 1. §. *notandum eſt autem.*
*tit.* 5. *in princ. tit.* 20. 21. *lib.* 1. *feud. Mynſ.*
*cent.* 5. *obſ.* 8. *Gail. libr. obſ.* 17. *n.* 3. *Roſen-*
*thal. de feud. cap.* 8. *concluſ.* 4. *n.* 3. Quòd ſi 21.
verò in feudi conceſſione, vel ipsâ inveſtitu-
râ, ſervitia militaria à Vaſallo præſtanda, ex-
preſſa & determinata fuerint, tantò firmiùs
ad eadem obſtrictus erit; Verba etenim 22.
contractus feudalis ſunt forma ipſius con-
tractus,

Digitized by Google

tractus, & forma eſt illa, quæ dat eſſe rei; *Curt. Jun. tract. feud. part. 1. cap. 7. n. 29. & ſeqq. Mynſ. cent. 5. obſ. 76. in princ. Gail.*
23 *libr. 2. obſ. 50. n. 15.* Ideoque ad dignoſcendam naturam feudi, & ad quæ ſervitia militaria vaſallus Domino obligatus ſit, ad inveſtituram recurrere oportet, de quo latè *Bald. in c. 1. in fin. de duob. fratr. Fichard. conſ. lat. 10. n. 2. Zaſ. lib. 1. conſ. 12. Laur. Kirchov. int. conſ. var. JCt.* Germ. *tom. 5. n. 10. & ſeqq.* Atque hæc de Vaſallorum ſervitiis militaribus Domino præſtandis, eatenùs vera ſunt, ut ſi eadem denegaverint, feudo privari poſſint. *tit. 21. in princ. verſ. vel ſi dominus ſuis. lib. 1. feud. tit. 24. §. ſed non eſt alia. Et tit. 55. §. firmiter etiam ſtatuimus. lib. 2. feud.* De hiſce ſervitiis ita *Gunther. lib. 8. Ligurin.*

Publica militi r Vaſallus munera juſtè
Non renuat, Dominique libens in caſtra vocatus
Aut eat, aut alium, pro ſe ſubmittat iturum
Arbitrio Domini, vel quem laudaverit ille
Compenſet, redimatque ſuum mercede laborem.

Adde

Adde *Otton. Friſing. de geſt. Friderici Imp. lib. 2. cap. 11.* In Subditis idem obtinet; Nam major & fortior eſt Subditorum, quam Vaſallorum erga ſuos Dominos obligatio; & longè à ſe invicem diſtant, juramentum ſubjectionis & feudale. *Ant. Fab. lib. 7.* Cod. *defin. 5. & 6. Roſenth. de feud. cap. 6. concl.* 85. *Ludov. Schrad. de feud. part. 6. cap. 4. n. 6. & ſeqq.* Id ergò fortiùs jurantem obligat, quàm hoc; ſecundum *Roland. à Valle. vol. 3. conſ. 1. n. 30. Andr. Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 163.* addatur *Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 226. & ſeqq.* Licet quoque non omnium ubivis eadem ſit conditio, tralatitium enim eſt, alios majori, alios è contra minori gaudere libertate, atque ita quoque Subditorum ſervitia (militaria maximè) ſecundum privilegia, pacta & conventiones quorumvis accipienda, amplianda, & reſtringenda ſunt. Utcunque autem omnia hæc ſeſe habeant, Vaſalli & Subditi ad illa Servitia, quæ Dominis, vel ſimpliciter, vel ex promiſſo debent, omninò tenentur, tàm de jure divino, quàm humano, quod ceu tritum & mani-

24

25

tractus, & forma eſt illa, quæ dat eſſe rei; *Curt. Jun. tract. feud. part. 1. cap. 7. n. 29. & ſeqq. Mynſ. cent. 5. obſ. 76. in princ. Gail.*
23 *libr. 2. obſ. 50. n. 15.* Ideoque ad dignoſcendam naturam feudi, & ad quæ ſervitia militaria vaſallus Domino obligatus ſit, ad inveſtituram recurrere oportet, de quo latè *Bald. in c. 1. in fin. de duob. fratr. Fichard. conſ. lat. 10. n. 2. Zaſ. lib. 1. conſ. 12. Laur. Kirchov. int. conſ. var. JCt. Germ. tom. 5. n. 10. & ſeqq.* Atque hæc de Vaſallorum ſervitiis militaribus Domino præſtandis, eatenùs vera ſunt, ut ſi eadem denegaverint, feudo privari poſſint. *tit. 21. in princ. verſ. vel ſi dominus ſuis. lib. 1. feud. tit. 24. §. ſed non eſt alia. Et tit. 55. §. firmiter etiam ſtatuimus. lib. 2. feud.* De hiſce ſervitiis ita *Gunther. lib. 8. Ligurin.*

Publica militiæ Vaſallus munera juſtè
Non renuat, Dominique libens in caſtra vocatus
Aut eat, aut alium, pro ſe ſubmittat iturum
Arbitrio Domini, vel quem laudaverit ille
Compenſet, redimatque ſuum mercede laborem.

Adde

Adde *Otton. Friſing. de geſt. Friderici Imp. lib. 2. cap. 11.* In Subditis idem obtinet; Nam 24
major & fortior eſt Subditorum, quam Vaſallorum erga ſuos Dominos obligatio; & longè à ſe invicem diſtant, juramentum ſubjectionis & feudale. *Ant. Fab. lib. 7. Cod. defin. 5. & 6. Roſenth. de feud. cap. 6. concl. 85. Ludov. Schrad. de feud. part. 6. cap. 4. n. 6. & ſeqq.* Id ergò fortiùs jurantem obligat, quàm hoc; ſecundum *Roland. à Valle. vol. 3. conſ. 1. n. 30. Andr. Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 163.* addatur *Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 226. & ſeqq.* Licet quoque non omnium ubivis eadem ſit conditio, tralatitium enim eſt, alios majori, alios è contra minori gaudere libertate, atque ita quoque Subditorum ſervitia (militaria maximè) ſecundum privilegia, pacta & conventiones quorumvis accipienda, amplianda, & reſtringenda ſunt. Utcunque autem omnia hæc ſeſe habeant, Vaſalli & Subditi ad illa Servitia, 25
quæ Dominis, vel ſimpliciter, vel ex promiſſo debent, omninò tenentur, tàm de jure divino, quàm humano, quod ceu tritum &

manі-

manifeſtum, nunc ulteriùs non proſequor; Neminem quippe Domino in licitis & debitis ſervitiis præſtandis obedire oportere, inficiari poſſe arbitrarer.

26 Idque eatenùs obtinet, ut etiam ad id quod facere tenentur Vaſalli & Subditi cogi poſſint; Idque pœnis, confiſcatione bonorum, arreſtis, pignoratione fructuum, & gravioribus remediis. *Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 13. n. 65. cum ſeqq. Gail. libr. 1. obſ. 17. n. 8. Idem de arreſt. imper. cap. 10. per tot. Andr. Knich. de pact. inveſt. lib. 2. cap. 3. n. 55. 58. Manl. de homag. tit. 4. n. 27.*

27 Quinimò, ſi ex causâ neceſſitatis Subditis imponi poteſt, ut vendant, vel publicè exponant id, ad quod aliàs de jure non tenerentur, prout tradit *Mynſing. cent. 5. obſ. 27. per tot. Petra de poteſt. Princ. cap. 13. n. 17. Joh. Koppen. deciſ. 59.* Quantò magis Superior eosdem cogere poterit ad talia ſervitia, ad quæ ſe obligarunt, & de jure, ex charitate, & ad ſalutem Patriæ tenentur, ita argumentatur *Hug. Grot. tract. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 25. n. 3.*

28 Quod ipſum etiam publica Imperiorum & Regnorum commoda efflagitant, cùm Pro-

Digitized by Google

Proceres, Status & Subditi, non ſolùm de *privatis*, ſed etiam *publicis commodis* & utilitatibus cogitare debeant. Quamobrem non immeritò, quod ex negligentiâ, incuriâ, & tepida neutralitate membrorum Imperii, *aquila Romana* deplumetur, conqueritur *Henricus Bebelius in opuſc. ſuis*, dum ita ſcribit:

Quid memoras conſulta Patrum, quid verba Senatus,
Qui propriis ſemper, conſuluêre bonis.
Quid ſi reſpicerent Regis quoque commoda Regni,
Et ſi quod debet Cæſar habere datur;
Tunc aquila invicta, ad Seres penetrabit, & Indos
Sic conſulta patrum, rite juvare queunt;
At ſua dum cuncti procurant commoda; cuncti &
Velle ſuum ſoleant legis habere loco; &c.
Non tibi ſit mirum (namque efficit omnia non Rex
Solus) ſi totum concidat Imperium.



Digitized by Google

Pari quoque modo & ratione, propria
29 pericula & incommoda, quæ ſingulis ſeipſos defendere non valentibus, ob neutralitatem imminent, eosdem animare, atque à neutralitatis ſtudio divertere deberent; Nam ut *Imbelicht* ſententiam præmittam, ita ſentientis; non disjunctam eſſe privatam utilitatem à publica, immò in bono communi, ſingulare quoque contineri, & non ſecùs in animalibus, cæterisq; naturalibus, ita etiam in civitatibus, in totius ſalute, ſalutem quoque partium & membrorum eſſe;
30 De hoc certè conſtat, & experientia plus quàm mille teſtis eſt, prædictam Vaſallorum & Subditorum, aliorumq; qui ſe ipſos defendere nequeunt, neutralitatem periculoſiſſimam, eorumque ruinæ cauſam certiſſimam eſſe, & haud rarò, dum neutrius partis potentioris armis ſe miſcent, ſed rerum eventum (ſtultorum magiſtrum) exſpectare ſtudent, unà cum conſiliis & ſæpè etiam conſiliariis pereunt, uti arbitratur *Warem. ab Ehrenberch. meditam. de fœderib. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 21. Sicut igitur in mediâ habitantes domo, ab inferioribus inhabitantibus, fumo necantur, à Superioribus per-

perminguntur; ſic etiam cives medios ceu neutrales, ab utrâque factione perditos, partim quòd non tuliſſent opem alterutri, partim quoque invidiâ, quòd hactenus fuiſſent incolumes, teſtis eſt *Thucydid. lib. 3.*
Perſimiles quoque iidem ſunt hiſce, de qui- 31.
bus Scriptura ita pronunciat: *Vsque quò claudicatis in duas partes. Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal, ſequimini illum, 2. Reg. 18. v. 21.* & quia *Nemo poteſt Dominis pariter ſervire duobus, Matth. 6. v. 24.* Quapropter etiam pœnas ſuſtinent, de quibus *Apocal. cap. 3. Vtinam frigidus eſſes vel calidus, ſed quia tepidus, evomam te,* & *Eccleſ. cap. 3. v. 21. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus*; Id quod in ejusmodi neutralibus quotidiè experimur. Hoc itaque Subdi- 32.
tis & Vaſallis omninò incumbi, ne claudicent nec ſimulatè agant, ſed ut ſuperioribus & Dominis ſuis (quatenus eorum obligatio id exigit) obediant, iisdemque debita ſervitia præſtent; Quod ipſum omnia divina & humana jura jubent, prout tralatitium eſt, & ſatis conſtat, ideoque allegationibus & rationibus ampliùs non indiget.
Hæc tamen obligatio, non ulteriùs, 33
 quàm

Digitized by Google

quàm ad ſervitia debita, honeſta & poſſibilia extendi debet; Regula ergò de prohibitâ neutralitate in Subditis & Vaſallis, non habet locum. *Primò*, in ſervitiis & oneribus impoſſibilibus, indebitis & inhoneſtis; quæ enim contra leges & bonos mores fiunt nec nos facere poſſe credendum eſt, cùm ſit impoſſibile juris, ad quod nemo obligatur. *c. nemo. de Reg. Jur. in 6. & ibid. Peck. in comm. n. 4. &*
34 *ſeqq.* Et Dominus Subditos vel Vaſallos ultrà debita, & honeſta ſervitia gravare non debet, nec poteſt, quin imò ſi indebita Subditis gravamina imponat feudatarius, feudo & juriſdictione privatur; *Bernh. Grævæ. ad Gail. lib. 1. concl. 16. conſid* 1. *n.* 14. Et Vaſallus ob violenta ludibria, patronali Imperio ſolvitur. *Franc. Zoanett. de duplici Venat. n.* 75. C*hoppin. de doman. Franc. libr.* 2. *tit.* 8. *n.* 10. latè & doctè de hiſce ſervitiis poſt alios *Petr. Frider. Mindan. de Proceſſ. Camer. lib.* 2. *cap.* 13. *per tot.*

Deinde *Secundò*, cùm Domini terrarum,
35. Reges, Principes & Magiſtratus, ſint mini-

ſtri

ſtri Dei in hiſce terris; *Rom. c. 13.* Atque ita delegati, & Vicarii Dei, ordinarii hominum Rectores *Bald. in princ. de conſt. pac.* Exemplum etiam ipſius Dei in juſtitia colenda, uti & in manſueto & clementi regimine imitari illos oportet. *c. arripiat. 4. §. ſi verò. 2. novell. & omnes obed. Judic. 69.*

Nec ſolùm ipſi, ſed etiam eorundem *offi- 36
ciales* (quorum operâ, in tantâ rerum multitudine, & ad exigenda Subditorum ſervitia, eosq; è contra tuendos, utuntur) taliter ſe gerere debent, adde *Frider. d. lib. 2. cap. 13. n. 49.* peſſimè itaque *Veſpaſianus*, pecuniæ avidiſſimus & rapaciſſimus Princeps, ſcribente *Suetonio in Veſpaſiano cap. 16. Procuratorem rapaciſſimum quenque ad ampliora officia, ex induſtriâ ſolitus eſt promovere, quò locupletiores mox condemnaret quibus quidem vulgò pro ſpongiis dicebatur uti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes &c. Nam 37
iſti quicquid faciunt, legem putant; Lex furem deterret ab illicitis; Iſti ad iniqvum malitiæ ſuæ compendium legem trahunt*; uti ait *D. Laurent. Epiſcopus Mediolan. apud Policrat. lib. 6. cap. 1.* Quàm infeliciſſimè autem omnia 38
ſuccedant, ubi hoc hominum genus, con-

cuſſores, flagellatores Subditorum, & turbarum incendiarii, etiam ſub bono Principe, muneribus publicis funguntur, & quòd ſæpiſſimè cauſæ ruinæ & everſionis Regnorum & Rerump. ſint, præter experientiam multis oſtendit *Matth. Wehner. tract.* von Enderung der Regimenten *cap. 12. & Philipp. Cominæ. in comm. hiſtor.* de ejusmodi homini-
39 bus ſatis conqueritur. *Tertiò*, quemadmodum Subditi & Vaſalli (ut dictum) Dominis ad certa ſervitia præſtanda ſunt obſtricti; Ita quoque Domini, Reges, Principes, aliique Magiſtratus Superiores Subditos & Vaſallos (obedientes & morigeros maximè) tueri, & à malorum inſultibus, direptionibus & perſecutionibus defendere debent, & tenentur, *text. in l. congruit. 13. ff. de offic. præſid.* Ideò quippe Principes & Magiſtratus, tanquam Patres, Gubernatores & Rectores, Dei ordinatio eſſe dicuntur, & humano generi dati, ut ſocietatem regerent, & curarent, prolixè *Don. Garſia. Maſtrill. de Magiſtrat. & eorum Imperio. in prælud. n. 3. 22. 27. & ſeqq.* quæ quidē per ſe ſatis nota & manifeſta ſunt.

Quan-

Digitized by Google

Quando itaque Reges & Principes, “ 40
aliique *D*omini Superiores, ea, quæ “
ſui ſunt officii, omittunt, Subditos “
non defendunt, ſed potiùs prædæ lo- “
co relinqvunt, Subditi & Vaſalli, ul- “
teriora ſervitia ( ſive ea realia ſive per- “
ſonalia ſint ) præſtare non tenen- “
tur, ſed quovis modo ſe ſuosque ſer- “
vare, & in tempora meliora ſalvare “
poſſunt, atque hoc caſu vel neutrali- “
tati ſtudere, vel etiam *P*otentiori ali- “
cui ſe ſubmittere, non erit illicitum, “
de quo poſteriori modo, *conſultat. ſeq.* agam.
Non enim Dominus à Subditis præſtari ſibi 41
petere poteſt, niſi ipſe priùs ex ſuâ parte præſtiterit illud, ad quod ſe obligavit. *l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de action. empt. l. quæro. 54. §. inter locatorem. 1. ff. Locati. Pariſ. lib.* 1. *conſ.* 33. *n.* 57. Et qui fidem contractus non adimplet, facit, ut pars adverſa liberetur. *c. fruſtrà de* R. *I. in 6. l.* 12. 21. *c. de pact. l.* 27. *ff. de inoff. teſtame :* argumento eorum, quæ tradit *Mynſ. cent.* 3, *obſ.* 96. *Coler.*



Digitized by Google

*de Proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. n. 97. & 105. Schrader. de feud. part. 9. cap. 4. n. 88.*

42 Unde Dominus, ſi non ſervat fidem Vaſallo, Vaſallus non etiam tenetur ei ſervare juramentnm fidelitatis, per *gloſſ. pen. in c. de nov. form. fidelit. in uſib. feud. Pet. Peck. d. cap. frustrà. de R. I. in 6. n. 3. Manticale tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 17. n. 20.* adde *Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 15. n.* 11. 12. & ibid. *relatos.*

43 Quod etiam in Subditis, contra Magiſtratum, quamvis Superiorem (maximè ſi certa pacta, ratione defenſionis & ſervitiorum intervenerint) procedit. *Peckius d. loc. n. 3. Alciat. conſ. 167. vers. circa tertium dubium. n.* 10. pulchrè. *Matth. Stephani. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 260. cum ſeqq.* Atque hæc quidem de Subditis & Vaſallis, quos tales eſſe conſtat.

44 Sed nunc aliud occurrit dubium, annè neutralitati ſit locus eo caſu, ubi quis in utriusq; partis dimicantis Regno vel territorio caſtra, bona vel prædia habet? Ita certè de quibusdam nobilibus *Galliæ* â

ſcribit,

ſcribit *Froſſard. hiſtor. lib.* 1. *p.* 87. *Bellum iſtud diuturnum malè habebat Nobiles quosdam Galliæ*, quorum aliquot collectis rebus, aliò ſe contulerant, exſpectantes auræ ſerenitatem, *ne ſi aut ab armis quieſcerent, aut alteri ſe adjunxiſſent, puta vel Gallo vel Anglo, rebus ipſi ſuis obeſſent; Nam talis erat multorum ratio, ut cùm in utroque regno poſſeſſiones retinerent, neque hunc juvare, neque illum deſtituere, citra facultatum jacturam poſſent.* In 45
hac controverſiâ, tàm quoad Subditos, quàm Vaſallos diſtinctione opus erit; Quod enim Subditos ſpectat, *primò* inſpicere oportet, An quiſpiam ratione bonorum, in diverſorum Regum vel Principum Regnis, territoriisvè ſitorum, ſimul uno eodemque tempore Subditus eſſe poſſit? *Secundò* ſententiâ affirmativâ præſuppoſitâ, cui ex duobus Dominis adſiſtere, auxiliumque præſtare debeat, vel numnè hoc caſu neutralis manere poſſit? Quod 46
prius attinet, ad hoc maximè reſpiciendum opinarer, an is, qui diverſis in locis bona poſſidet, ubivis ſubjectionis juramentum præſtiterit, & tanquam Subditus tractari velit,

 lit,

Digitized by Google

lit, vel non? Nam ut obſtaculum totius deciſionis adaperiam, hæc tria præſupponen-
47 da ſunt. *Primò* neminem fieri Subditum propterea, quod aliquo in loco poſſeſſiones & bona habeat; *Secundò* nec etiam eo caſu, quod alicubi domicilium fovet, vel forum ſortitur; Verùm *tertiò*, hunc Subditum dico, qui homo jurisdictionalis eſt, & mediante homagio, ſeu juramento Subjectionis, Superioritatis Domino ſe ſubjecit. Hiſce ita diſcuſſis clariùs apparebit, an Domino territorii jure ſubjectionis ſervitia militaria ſint præſtanda, vel numnè omitti poſſint, & neutralitati locus
48 ſit? Prius præſuppoſitum, neminem propterea fieri Subditum, quod quodam in loco bona vel facultates poſſideat, communiter tenent Doctores, per *l. libertus.* 17. *§. ſola.* 13. *ff. ad municipal. l. domicilium.* 20. *cod. gloſſ. in dem. unica.* § *. eisdem etiam verbo Subditos. Gail. lib.* 1. *obſ.* 36. *num.* 15. *Pet. Frider. de mandat. Camer. lib.* 2. *cap.* 46. *n.* 8. Et ob ſolam domus vel poſſeſſionis cauſam, publici juris auctoritas muneri-

neribus ſubjugari vos non ſinet, reſpondent Imperatores *in l. 4. C. de incol. lib. 10. Vultej. libr. 1. de feud. cap. 6. num. 5. Meiſchner. tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. n. 58.* Unde ſæpiſſimè accidit, ut quis in eo loco ubi bona poſſidet, neque originalis, neque incola ſit. *l. 4. C. de incol.* H*artm. Hartm. lib. 2. tit. 52.*

*De ſecundo* equidem variant ſententiæ, 49
non certè quoad domicilium, ſed quoad id, quod quiſpiam in hoc illovè loco forum ſortiatur; In eo enim omnes ferè conveniunt, aliud eſſe forum alicubi ſortiri, aliud ibidem eſſe Subditum per allegatos à *Gail. tract. de pignorat. cap. 15. Matth. Steph. tract. de juriſdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 239. Heig. part. 1. quæſt. 18. n. 5.* prolixè *Paurmeiſter de juriſdict. lib. 2. cap. 2. n. 51. & ſeqq.*

Sed quempiam ex domicilio effici 50
ſubditum, quando nimirum in quodam loco ita habitat, ut in perpetuum (niſi ex accidenti avocetur) ibidem perſeverare velit, perplurimi ſtatuunt; *Lud. Gilhaus. in arb. jud. part. 2. cap. 1. §. 2.*

Nam

Nam per domicilii conſtitutionem,& inhabitationem,ſubjectionem fundari, tradit *JCtus l. domicilium.20. ff. ad municipal. l. ſi in patria. 5. ibi.* ſi domicilium defixiſti, incolatus jure, te ultrò, ejusdem civitatis muneribus obligaſti. *C. de incol. lib.* 10. *l. cives.* 7. *C. eod. And. Knich. in encyclopæd. cap.* 3. *n.* 26. *Meiſchner. tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 6. *n.* 129. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 35. *n.* 3. *idem latè de pignorat. obſ.* 15. *per tot. ferè*; & poſt eum *Paul. Chriſtianæ. ad conſuet. Mechlin. tit.* 5. *art.* 9. Quam tamen (licet à multis comprobatam opinationem) non immeritò rejicit *Petr. Frider. de mand. Cam. libr.* 2. *cap.* 46. *n.* 8. & 51. *9.* per rationes ab eod. allegatas. Unde demum *Secundò* melior & verior eſt hæc ſententia, domicilium neminem facere Subditum, niſi qui inſimul in jurisdictionem Domini conſentiat, homagium ſubjectionis præſtet, & tanquam homo jurisdictionalis (als ein Unterthon oder Landſaß) ibidem habitet, animumvè habitandi habeat, in quam

quoque

quoque ſententiam (ſui ipſius immemor) condeſcendit *Gail. de arreſt. Imper. cap. 6. n. 10.* eaque veriſſima eſt; Nam Subditum eſſe, non ex patrimonio, ſeu jure habitationis, aliisque accidentibus dependet, ſed perſonæ relatio eſt. *Paurmeiſt. de jurisd. lib. 2. cap. 8. n. 48.* Immò perſonalis obligatio. *Gail. de arreſt. cap. 7. n. 11.* Et quemadmodum homagium, ſive juramentum ſubjectionis, eſt prima agnitio & probatio Superioritatis. *Meiſchner. tom. 2. libr. 2. deciſ. 4. n. 122. Knich. in Encyclop. cap. 3.* Ita quoque non ob res poſſeſſas, ſed perſonæ ratione præſtatur, quæ hâc ratione ſubjecta & ſubdita efficitur. Secundùm *Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 23. Gilman. lib. 1. de deciſ. 46. n. 34.* Quibus ita 52
præmiſſis, apparebit, quid in caſu propoſito ſit ſtatuendum, vel enim illi qui in utriusque partis bellagerentis, Regno vel territorio, bona vel poſſeſſiones habent, utrique *Domino* homagium aut juramentum ſubjectionis præſtitêre, vel alterutri, vel neutri; ſi utrique homagium præſtitit (quod fieri poſſe docet *Gail. de arreſt. Imper. cap. 6. n. 21.*) tunc

Digitized by Google

tunc illi cui prius juramentum fecit, ad onera & ſervitia debita tenetur; arg: eorum, quæ paulò poſt de vaſallo duorum dicentur; Si alterutri, huic erit obligatus, cui fidem dedit, atque ita hiſce duobus caſibus, neutralitati non erit loc9; Sin neutri, per ea quæ ſupra attuli, vel alterutri ſive meliori ſive potentiori ſe jungere, vel neutralis manere poteſt; Idem quoque
53 in Vaſallis obtinet, nam licet Dd. ſentiant, neminem duorum l. plurium Vaſallum ligiũ eſſe poſſe, in eo tamẽ conſentiunt, quempiã Vaſallum non ligium duorum Dominorum eſſe poſſe, & hanc communem eſſe ſententiam per *gloſ. in dem. paſtoralis. §. rurſus non eſt. in verbo homo ligius. de ſent. & re judicat. Gail. de arreſt. Imper. cap. 6. n. 29. Roſenth. de feud. cap. 2. concluſ. 4. Borell. in ſumm. deciſ.*
54 *tit. 34. n. 377. & alii à Gailio d. loc. citati.* Ubi ergò duo, unius Vaſalli, Domini armis inter ſe contendunt, Vaſallus Domino vetuſtiori adſiſtere, eique ſervitia præſtare debet; præſtitâ enim fidelitate Domino poſteriori, ſemper intelligitur excepta perſo-

Digitized by Google

perſona Domini antiquioris. *c. Imperialem: V. illud quoque de prohib. feud. alien. & 2. feud. 28. in fin.* Sic quoque 55
inter confœderatos, antiquior obligatio ſ. confœderatio ſemper excepta eſt; Nemo quippè à priori confœderatione, altero invito ſe liberare poteſt. *l. in operis. 26. ff. locat. l. ſicut. C. de obligat. & action. Lud. Schrader. de feud. part. 6. cap. 5. n. 10.* quod plerumque diſertis verbis fieri ſolet; Quam tamen regulam fallere autumant nonnulli, ſi poſterior iſte confæderatus, ſit etiam in ditione confæderati, nam tunc eum antiquiori extraneo præferendum eſſe; quod de Helvetiis dici ſolet eos ſibi invicem adſiſtere, contra alios confœderatos non tàm prioritatis *jure*, quàm quòd fædere ſanctiori, ſibi invicem ſint obſtricti adde in ſimilibus. *Alberic. Gentil. tract. de bello lib. 3. cap. 18. fol. 645.* Quibus ita viſis manifeſtum 56
evadit, quid in propoſitâ quæſtione ſit concludendum; Sed quid ſi cauſa Domini videatur eſſe injuſta, vel irrationabilis, & probabiliter dubitetur, an rectè bel-

bellum ſuſceperit vel non, annè tunc Subditus vel Vaſallus, ob neutralitatem excuſabitur? Quoad Vaſallum dubium hoc deciſum reperitur. *lib. 2. feud. tit. 28. in princ. & ibid. FF. communiter* Subditorum quoque ratione, in genere hoc ipſum aſſerere videtur. D. *Auguſtin. lib. 22. cap. 34. contra Fauſt.* dum ſcribit in hæc verba: *Ergo vir juſtus, ſi fortè ſub Rege etiam ſacrilego militet, rectè poteſt, illo jubente militare, ſi civicæ pacis ordinem ſervans, quod ſibi jubetur,* vel non eſſe contra Dei præceptum certus eſt, vel utrum ſit, certus non eſt, atque ita ſtatuunt Dd. in Subdito. *Martin. Navarr. c. quid culpatur. 23. quæſt. 1. Petr. Navarr. de reſtit. lib. 2. cap. 3. n. 18.* ſecùs in non Subdito, quem in dubio peccare & omnia reſtituere debere tradunt *Petr. Navarr. cit. loc. n. 263. & ab eod. allegati.* adde *Molin. de juſt. & jur. diſp.* 113. quo facit, quod Superioris juſſio & inhibitio liget vel obſtringat, ſive juſta, ſive injuſta fuerit. *Frider. libr. 2. de proceſſ. cap. 26. n. 5.* Ubi ex *Herculano de attentatis. cap. 28. n. 97.* adducit;

Digitized by Google

cit: Inhibitionem, etiamſi notoriè ſit nul-
la, vel ſubreptitiè impetrata, non facilè eſſe
contemnendam, præſertim cùm à potenti-
oribus procedit &c. Verùm ne huic neu- 57
tralitatis materiæ prolixiùs, quàm par eſt,
inhæream, & ex propoſitâ conſultatione
tractatum conſcribere videar, poſterius hoc
dubium non ulteriùs proſequor, & ad ea,
quæ eâdem de materiâ ſubtiliter, & forſan
non malè in propoſitis terminis diſputat
*Hug. Grotius de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. ult.
per tot.* me brevitatis cauſa remitto &c.

# CONSVLTATIO QVINTA.

## SUBMISSIONIS ET PROTECTIONIS MATERIA.

Quâ occaſione indagatur, an Princeps, Comes, Baro, Civitas &c. Potentiori, cui reſiſtere non potuit, ad evitandum majus periculum, ſe ſubmittere, ejusque protectioni dedere poſſit, ita ut propterea crimen læſæ



Digitized by Google

Majeſtatis nec incurrat, nec bonorum confiſcationi, vel pœnæ alicui locus ſit?

## SUMMARIA.

1. *Præfiguratio caſus.*
2. *Quale ſit genus tractatus in præſenti conſultatione.*
3. *An ſit fœdus clientelare ſive miſerabile?*
4. *Veteres id vocitaſſe Mundiburgium, & quid propriè id ſit?*
5. *Differentia eſt inter fœdus & ſimplicem ſubmiſſionem.*
6. *Progreſſio ad thema propoſitum.*
7. *Rationes dubitandi, Prima, à defenſione Domini deſumpta eſt.*
8. *Secunda, ad quam tenentur Subditi ſinguli & conjuncti.*
9. *Tertia, omnem neutralitatem Subditis & Vaſallis eſſe inhibitam.*
10. *Quarta, defenſio Subditorum &c. incumbit Domino.*
11. *Quinta, Subditi alterius Patrocinium implorantes quibus remediis cohibeantur?*
12. *Sicut Dominus Subditos invitos alienare nequit,*

*nequit, ita nec hi, alterius protectioni vel Domino ſubjicere ſe poſſunt*

13. *Protectio eſt initium & fundamentum ſubjectionis.*

14. *Primus poſt protectionem gradus perhibetur invaſio.*

15. *Fœdus clientelare omnium periculoſiſſimum.*

16. *Per protectionem, veri Domini auctoritas & obedientia minuitur.*

17. *Loculi Subditorum exhauriuntur.*

18. *Subditi & confœderati usque ad aram Dominis ſuis adhærere debent.*

19. *Nihil indignius Principibus & viris illuſtribus, quàm alterius protectioni ſe ſubmittere.*

20. *Idq; jure Imperii prohibitum.*

21. *Pro ſententia contraria.*

22. *Excuſatio & præparatio ad deciſionem affirmativam.*

23. *Fraus & dolus à ſubmiſſionis negotio removetur.*

24. *Levitas itidem & inconſtantia.*

25. *Quod exemplis illuſtratur.*

26. *Cauſa neceſſaria ſubmiſſionis requiritur.*

27. *Hæc duobus modis conſideratur.*

28. *In modo ſubmiſſionis, quænam ſint conſideranda.*

29. *Submiſſio ſaltem ob defenſionem, & ut potentior parcat, & à vi hoſtili abſtineat, fieri debet.*
30. *Submiſſionis & confœderationis, ſeu conſpirationis differentia.*
31. *Simplex amicitia cum hoſte Domini, quomodo ſit excuſabilis?*
32. *In puncto Submiſſionis & deditionis dolum non præſumi.*
33. *Submiſſio & protectionis jus, indefinitè fieri non debet.*
34. *Siquidem tale quid vix excuſari poterit.*
35. *Dominus ob neglectum privatur jurisdictione & defenſione Subditorum.*
36. *Ceſſante causâ promiſſionis, ipſa quoque promiſſio ceſſare debet.*
37. *Subditos & Vaſallos certo modo potentiori ſe ſubmittere, ejusq; protectione uti poſſe.*
38. *Probatur JCtorum auctoritatibus.*
39. *Præcipuè hujus concluſionis rationes.*
40. *Omnis ratio expediendæ ſalutis honeſta eſt.*
41. *Nemini vitio vertendum, ſi quovis modo ſanguinem ſuum redimat.*
42. *Maximè ſi aliter ſe defendere & protegere nequeat.*
43. *Neceſſitatis vis & privilegia.*

44. Ne-

*44. Neceſſitas, juſtus metus, & defectus defenſionis quomodo probari poſſint?*
*45. Eadem concluſio probatur exemplis; Helviandi Epiſcopi Treviſani.*
*46. S. Pontificis Leonis.*
*47. D. Imperatorum, ceu Hungariæ Regum.*
*48. Regum Moabitarum & Iſraëlitarum.*
*49. Aliorum.*
*50. Ampliatio concluſionis in Subditis pactitiis.*
*51. Subditi pactitii (extra pactum) rerum ſuarum ſunt moderatores.*
*52. Subditi non ſunt propter Dominos &c.*
*53. Ampliatur Secundò licet verus Dominus ſubmiſſionem prohibeat.*
*55. Defenſio ex jure naturæ deſcendens, etiam à ſupremo Principe tolli nequit.*
*56. Maximè ſi eam ſemel approbârit.*
*57. Ampliatur tertiò etiamſi Superior defenſionem promittat, ſed tamen re ipsâ non præſtet.*
*58. Remedium læſioni debet eſſe adæquatum.*
*59. Non fieri & non debito modo fieri, paria ſunt.*
*60. Principiis obſtare decet.*



Digitized by Google

61. *Ampliatur quartò etiam in læſione non actuali.*

62. *Potentia & actus nocendi æquiparantur.*

63 *Minas evomenti quatenùs ſit reſiſtendum.*

64. *Ampliatur quintò, licèt defenſio aliquando fiat, ſed non ſemper.*

65. *Limitatur concluſio, ſi quid doloſè, ex inconſtantiâ vel levitate factum ſit.*

66. *Reſponſiones ad rationes dubitandi; Subditos & Vaſallos non niſi ad poſſibilia teneri.*

67. *Fœdera & conjunctiones aliquando non fieri, ob cauſam eſt excuſabile.*

68 *Neutralitas Subditorum & Vaſallorum ex neceſſitate nonnunquam promiſſa eſt.*

69. *Ceſſante defenſione Superiorum, ceſſat obligatio Subditorum.*

70. *Subditi & Vaſalli ex neceſſitate, ſine fraude & dolo Potentiori ſe ſubmittere poſſunt.*

71. *Protectio non inducit Superioritatem.*

72. *Aliud eſt ſub patrocinio eſſe, aliud ſub ditione.*

73. *Modus ſe ſubmittendi, & quæ protectioni alterius ſe ſubjiciens obſervare debeat?*

74. *Neceſſitas ſubmiſſionem excuſat, & omnem culpam abſtergit.*

75. Uti

75. *Uti confœderati, ita quoque Subditi ſaltem pro poſſibilitate obligati ſunt.*
76. *Concluſio conſultationis.*

DE neceſſariis confœderationibus, & periculosâ neutralitate hactenus egi; ſuccedit nunc affinis & cognata quædam disquiſitio, quam tamen, nec *inconſtantia,* nec *æmulatio* & *odium*, ſed (uti præſuppono) *dura neceſſitas* peperit; Si itaque Potentior quiſpiam alterius territorium (qui eidem reſiſtere minimè poteſt) ingreditur, vel nondum ingreſſus armatâ vel validâ manu appropinquat, & ni fiat deditio vel pacifica tractatio, duriorem ſervitutem, flammas & incendia, cum occiſione hominum, & ruina totius, minas evomit, quid hîc faciendum? Gravis & anceps hæc quæſtio eſt; ſiquidem ab una parte, fidelitas & amor ergà Dominum; Ab altera, conſervatio ſui ipſius & ſuorum pugnet militetque. Quale hoc tractatuum vel contractuum genus ſit, cùm ex prædictâ neceſſitate quid concluditur, mirificè variant Dd. Alii *fœdus inæquale*, quòd non raro in deditionem degenerat, exinde efficiunt, tale in ſacris litteris inter 1.
2.



Digitized by Google

*Joſuam* & *Gabaonitas* occurrit, qui licet cum *Joſua* fœdus inire petierint, eidem tamen prorſus ſe de dedêre, & ſervorum inſtar obtulêre. *Joſuæ cap.* 9. Hiſce ferè perſimiles ſunt tractatus eorum, qui neceſſitate impulſi, fœdera cum potentioribus pangunt, ita tamen, ut ad eorundem nutum & diſcretionem vivere cogantur; ſic contigit *Iſraëlitis* cum *Philiſtæis*, quibus arma adempta, fabriq; ferrarii, prohibiti ſunt. *Samuel.* 13. *verſ.* 19. & 22. Ex profanâ hiſtoriâ, cum ejecto *Tarquinio Rege* bellum inter *Romanos* & *Porſennam Regem Eluſinum* pace ſopitum eſſet, inter reliqua, & hoc nominatim comprehenſum deprehendimus, *ne ferro niſi in agricultura uterentur Romani Petr. Ærod.*
3. *rer. jud. lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 4. Sunt qui *fædus clientelare*, tanquam inter patronum & clientem initum, hoc indigitant; Alii *fœdus miſerabile* (quia ab una parte ex commiſeratione ſit ictum) vocitant, ita in *Epitom. jurisprud. publ. ante annos decem à me edita. libr.*
4. *8. cap.* 3. *n.* 15. hanc rem deſcripſi. Veteres jus clientelare vulgari nomine vocarunt *Mundiburgium* Mundbucht / quæ vox ſignificat Freyen Schutz und Schirm / i. e. ad-

yocati.

vocatiam, defenſionem, tuitionem, clientelam. *Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 21. *Beſold. in theſar. jur. lit. M. n.* 58.

Certè in inſtitutâ conſultatione ego nullum fœdus propriè ſic dictum, agnoſcere poſſum; Maxima ſiquidem inter fœdus, ultrò citroque ad mutuam defenſionem, & offenſionem obligatorium; nudumq; contractum inter periclitantem, & defenſione omni deſtitutum, cum potentiori, & qui pro libitu in inferiorem procedere poſſet, differentia eſt. *Illud* plus in ſe habet, nimirum protectionem, & æquale inter partes fœdus. In *hoc* verò nullum eſt fœdus, ſed ſimplex protectio *Georg. Everhardi vol.* 1. *conſ.* 56. *n.* 68. *Illud* ad defenſionem & offenſionem plerumque concipitur; *Hoc* ad id ſolum reſpicit, ut periculo expoſitus, ab eo liberetur, & nolens volens alterius auxilio ſe protegat, prout poſteà ex diſcurſu, & declaratione hujus conſultationis apparebit. Arbitrarer itaque eos, qui neceſſitate adacti, coactè, citra præjudicium Superioris, vel etiam propriæ libertatis & priſtini ſtatus, alterius protectioni, vel ut non duriùs à victore tractentur ſe dedunt, puris dedititiis, vel 5.



Digitized by Google

quoque tributariis eſſe perſimiliores , & quoad effectum juris, nihil aliud præjudicioſè agere, quàm illos, qui per innominatos contractus (*facio ut facias*, vel *do ut facias*, protectio ſiquidem definitur quidam velut contractus, quo infirmiores tutelæ, patrocinio & Advocatiæ potentioris ſe ſubjiciunt. *Eraſm. à Chokier. tract. de advocat. quæſt. 6.*) ad certum tempus, & nutum fortunæ contrahunt. Videntur prætereà, huc facere ea, quæ poſt *Menochium* & alios à ſe citatos tradit *Georg. Everhard. vol. 1. conſ. 56. n. 39. & ſeqq.*

6. Ad rem ergò; num hujusmodi ſubmiſſiones & tractatus Subditorum Vaſallorumvè cum potentiori, cui reſiſti non potuit, citra præjudicium Domini ſuperioris valeant, in principio ſeſe offerunt *rationes dubitandi*
7. non minimæ. Nam *primò* defenſio Domini, Patriæ, & quicquid ad publicam ſalutem pertinet, Vaſallis & Subditis incumbit. Hoc enim juramentum ſeu ſubjectionis, ſeu fidelitatis exigit, uti *conſult. 4.* paſſim oſtenſum; nec quicquam refert, quod adſiſtentia hæc & defenſio Patriæ ſive Domini, aliquo modo ſit difficilis , nec ſine damno Subdito-

rum

rum Vaſallorumvè fieri poſſit, ſiquidem *Claudiano* teſte *de laud. Stilic. Panag.* 1.

- - Levis hæc jactura, nec unquam
Publica privatæ, ceſſerunt commoda cauſæ.

Quod *Secundò* eatenùs verum putatur, ut, 8
quod ſinguli Subditi Vaſallivè non poſſunt, ad id univerſi & inter ſe conſociati teneantur. *d. conſult. 3. n. 6. & ſeq.* ut enim ſe, ſuosque & Patrios lares, tueantur, ad id conſtricti & obligati videntur.

Qui rebus non conſulit ipſe cadentibus ultrò
Inducitque animum voces contemnere veras
Ille quidem inviſus Divis, & inutilis orbi eſt.

Ideoque *Tertiò* omnis in hoc caſu neutra- 9
litas, vel potiùs tepiditas inhibita cenſetur; ſupra *conſult. 4. per tot.* Ita ut qui communi neceſſitati non conſulunt (non ſecùs ac olim cives coacti) ut proditores Patriæ meritò habeantur. *Idem d. conſult. 4. ſub n. 9. & l. 4. § qui poſt. ff. de re milit. Weſemb. in par. ibid. n. 2.* Quamobrem ſaluberrimè, in pragmaticis conſtitutionibus noſtri Imperii

perii proviſum eſt,quomodo ſtatus Imperii, ubi periculum armorum inſtat, vel ex morâ timetur, ope circenſium vicinorum gerere ſe debeant. *Receſſ. Auguſtan. de annis 1555. &*

10 *1556. Petr. Devais. in jur. Cam. tit. 212.* Facit *quartò*; Quod tuitio & protectio Subditorum, & cuſtodia totius territorii ſpectat ad officium Domini. *l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. Thom. Manl. tract. pecul. de homag. cap. 11. n. 1. Georg. Obrecht. Anteceſſor Argentinenſis tract. de jurisdict. cap. 8. n. 97. ſurd. conſ. 298. n. 3.*

11\. Idque in tantum *quintò*, quòd Domini (quando Subditi vel Vaſalli aliis ſe ſubmittunt) non ſolùm habeant jus contradicendi per *text. Aur. Bullæ cap. 15. & Receſſ. Imper. de anno 1529. §.* Wir auch. *& 1541. §.* Und damit *&c.* Sed etiam ſi Subditi Domino, inſcio, & ſine causâ legitimâ, ſe aliis ſubjecerint, à Dominis injuriarum conveniri poſſint. *l. 1. §. 2. omnemq; injuriam aut ad corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere ff. de injur.* Petr. *Frider. Mindan. de*

12 *mand.* Camer. *lib. 2. cap. 14. n. 11.* Et *ſextò* ſicut Dominus Subditos invitos alienare nequit, *c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider.*

*cap.*

Digitized by Google

*cap.*1. *§.* I. *quo temp.mil. inveſt.* & per multitudinem allegatorum oſtendit *Carol. Tapia. ad l. fin ff. de conſt. Princip. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 40. *latè Hottom. illuſtr. quæſt.* 1. *per tot.* uti nec Dominus Vaſallos, per *text. in c.* I. *§. ſi quis, quo tempore miles, & in c.* I. *§. prætereà Ducatus & ibid.* Dd. *prohib. feud. alienat. per Frider. Vaſqu. illuſtr. controv. lib.* I. *cap.* 5. *n.* 5. *allegati ab eodem.* Ita nec Subditi, alii, quàm vero Domino ſe ſubmittere poſſunt; quod multis probare neceſſitas non exigit, cùm mutua Principum, Dominorum, atque inſimul Subditorum & Vaſallorum obligatio hoc efflagitet. *Surd. conſ.* 47. *n.* 24. *& ſeq. Natta. conſ.* 445. *n.* 6. *Septimò* magnum 13.
in hâc ſubmisſione & accommodatione verſatur præjudicium ſuperiorum vel Dominorum; non ſolùm quia ſæpenumerò jurisdictionis, & ſubjectionis ſit initium, quemadmodum atteſtatur *Petr. Frider. de mandat.* *Cam. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 5. *Thom. Maul. tract. de homag. tit.* 11. *n.* 6. Quibus jungi poſſunt *Wehner. pract. obſ. Veſt.* Schutz-und Schirm-Gerechtigkeit. *Ruland. de commiſſ. part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 12. *Bocer. tract. de jurisdict. cap.* 8. *n.* 95. Unde primum, poſt 14.
pro-

protectionem gradum, invaſionem indicat; *Petr. Gregor. Tholoſan. de Repub. libr. 11. cap. 11. n. 6.* Quod & multis probat *Wehner. in metamorph. rerumpubl. cap. 18.* & plerumque evenit ſecundum illud Æſopicum, quod ita carminicè profert *Carolus Sigonius*:

Accipitrem milvi pulſurum bella columbæ
Accipiunt Regem, Rex magis hoſte nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia ſaniùs eſſet
Milvi bella pati, quàm ſine Marte mori.

15. Quamobrem fœdus clientelare, omnium periculoſiſſimum arbitratur *Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6.* exempla vel vetuſta, vel noviſſima, nunc brevitatis ſtudio omit-
16. to. Sed etiam *Octavò*, quia exinde veri Domini obedientia & auctoritas paulatim minuitur, protectoris verò augetur, *Wehner. d. loc. in metamorph. rerump. cap. 18.* in ſimili fere *Udalric. Zaſius lib. 2. conſ. 7. Paurmeiſt. de*
17 *jurisdict. lib. 2. cap. 9. n. 19. Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 2. n. 133.* Taceo *Nonò*, quòd veri Domini interſit, ejusdem Subdi-

tos,

tos, tributum, & penſiones protectori ſolvendo non depauperari. arg. *§. ſed & major. Juſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Cravetta. conſ. 933. n. 23.* vel eorum loculos non exhauriri; *Bocer. de jurisd. cap. 8. n. 97.* Et 18
denique *Decimò*, ſi inter confœderatos bona fides exſuperare debeat, nec infortunati ſtatim ſunt deſerendi, ſed ubi ſemel juncti communem eventum exſpectare, & aliquid incommodi ferre oportet, monente *Guicciardino hiſt. lib. 1.* Quantò magis Subditos decebit, naturalibus Dominis adhærere, & quodvis eorum causâ perpeti, antequam ab iisdem deſciſcant; Nihil ergò, præſer- 19.
tim Principi, aliisque illuſtri dignitate condecoratis indignius eſſe, quàm ſe ſuosque alterius Patrocinio ſubjicere autumat *Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 7.* Quod 20
vel maximè *Romano Germanico Imperio* devinctis, inhibitum eſſe videtur, cùm non ſolùm Legibus civilibus vetitum, ut nemo Potentiorum Patrocinium advocet. *l. 1. c. ne liceat. potent. l. illicitas. §. ne potentior. ff. de offic. præſid. l. 1. c. ut nemo ad ſuum patrocinium Surd. conſ. 47. num. 25.* ſed etiam

novis-

noviſſimæ Imperii conſtitutiones idipſum non admittant *R. A. de Anno* 1529. §. Wie auch Churfürſten. *item Anno* 1555. §. Es ſoll auch kein Landfried. *de Anno* 1544. *in princ.* §. Doch ſoll auch kein Stand *A. B.* C*aroli 4. tit. 16. Weſemb. conſ. 48. num. 7. & ſeqq. Pet. Denais. de jur. Cam. tit. 211. num. 2.* ibi; nemo alienos Subditos, contra morem majorum, præterquàm voluntatem Magiſtratus, in patrocinium clientelamvè ſuſcipito.

21. Verùm hiſce aliisque perſimilibus rationibus & argumentis diſſuaſoriis non obſtantibus veriorem & æquitati magis congruam judico illam ſententiam, quæ prædurâ neceſſitate efflagitante, Subditos, Vaſallos aliosvè omni auxilio & defenſione deſtitutos, & prædæ quaſi expoſitos, alterius (potentioris) protectioni ſe ſubmittere poſſe, ſtatuit;

22 Antequam autem in hac deciſione ulteriùs progrediar, ne levitatem, inconſtantiam & infidelitatem multorum approbare, vel etiam inobedientiam erga Superiores ſuadere

dere videar, declarationis causâ duo potiſſimum præmittam; Quorum *prius* duo ab hoc negotio excludit, dolum ſcilicet & levitatem; *Poſterius* duo requirit, ut hæc noſtra ſententia ſubſiſtat, Cauſam nimirum neceſſariam ſubmiſſionis,& modum ſubmittendi. An- 23
te omnia itaque ab hoc Submiſſionis tractatu fraudem & dolum excludim9; nec enim eos defendimus, qui non ſolùm durum neceſſitatis telum non exſpectant, ſed (licet aliud prætendant publicè) ſecretè cum potentiore poſteà eosdem in protectionem recipiente, colludunt, conſpirant, in ejusque verba voluntariè jurant, atque ita ſponte à Principe & ordinario ſuo Magiſtratu, absque ullâ causâ, non ſine maximo perſidiæ ſcelere recedunt, *Petr. Peckius in comm. ad c. in argumentum* 78. *d* R. *I. in 6. n. 4.*
Removemus etiam hinc, aliorum levi- 24
tatem & inconſtantiam, qui ad nutum fortunæ & absque ullâ causá urgente Dominos ſuos deſerunt,& potentiori ſeſe accommodant. Sic de Proſpero *Columna* Regni 25

Neapolitani procere inter bella *Arragonenſium* Regum & Caroli *Regis Galliæ* de utriusque Siciliæ Regno geſta, ejusq́, conſortibus, memoriæ reliquit *Cominæ. de bell. Neapolit. lib.* 4. ubi hæc in verba: *Columnenſes etiam, qui alioquin eò ſpectabant, ut potentioribus ſeſe conjungerent, ideoq́, ſtatim à nobis defecerunt, tametſi plurimis eſſent à Rege & ampliſſimis ornati beneficiis &c.* adde eund. *Cominæ. d. loc. lib. 3. pag. (m.) 827. Guicciard. hiſt. lib. 2.* De *Virgilio Vrſino* iidem prænominati auctores *Cominæ. de bell. Neapol. lib. 5. pag. 514. Guicciardin. d. lib. 2.* teſtantur, quod turpiter cum hoſte pactus ſit, & relicto *Carolo* ad *Ferdinandum Arragonium* defecerit, licèt hæc duo exempla *Remig. Florentin. in conſiderat. ad Guicciardin. cap. 3.* non ut licita quidem, ob quandam tamen neceſſitatem excuſanda, politicè defendere conetur; De nonnullis Galliæ civitatibus ad *Somiam* fluvium ſcribit *Comin. comm. lib. 1.* quòd acceptâ pecuniâ advenienti militi ſuppeditarint ea, quæ uſui eſſe potuêre; Verùm illuſtrius ad hanc Tragœdiam ſpectans exemplum, in nemine unquam ſatis conſpectum eſt, quam tempore *Ludovici XI. Galliæ*

*Regis*

*Regis in Sancti Pauli Comite Coneſtablio Franciæ*, quod longè lateque refert idem *Cominæ. d. loc. lib. 4. & 5.* paſſim. Excluſis ergò dolo & fraude, nec non levitate & inconſtantiâ remotâ (uti hactenus oſtenſum) ad firmandam & ſtabiliendam ſententiam noſtram affirmativam. *Primò* requiritur cauſa neceſſaria ſubmiſſionis, ut ſcilicet Subditus Vaſallusvè, inevitabili neceſſitate impulſus, alterius protectioni ſe dedat aut ſubmittat. 26

Hæc verò cauſa partim ex Domini ſ. Superioris, partim ex Subditorum conditione dependet; Domini occaſione, neceſſaria emergit cauſa ob defectum defenſionis, quia Superior vel Dominus Subditum ſive Vaſallum ob abſentiam, negligentiam, vel alias cauſas defendere non poteſt, vel non vult; Subditorum reſpectu, cauſa neceſſaria & urgentiſſima eſt impotentia & impoſſibilitas, quòd ſe defendere nequeant, atque hinc reſultans neceſſitas, ut cùm ſeipſos 27

pſos defendere non poſſint, imminens periculum, vim & tyrannidem potentioris, deditione & ſubmiſſione mitigent, ejusque contra alios deprædato-
28 res patrocinium implorent. In modo ſubmittendi tria conſidero; *Primò* ut ſit nuda ſubmiſſio ad parcendum, protegendum & defendendum; *Secundò*, ut fiat ad certum finem, & ſub certâ
29 conditione; *Tertiò* cautè nudam ſubmiſſionem, ad parcendum, defendendum & protegendum hic requiro; Nam licèt ex *Petro de Ancherano*, *Philippo Decio*, *Grato & aliis referat Petr. Peckius in comm. ad c. in argumentum. 78. de reg. jur. in 6. n. 2.* ab iisdem incolas *Regni Siciliæ*, & *Graviniæ Ducem* eſſe defenſos, quòd metu coacti, arma reſpectivè contra *S. Pontificem* & *Imperatorem* tanquam Superiores ſumpſerint. In hoc tamen caſu Subditum vel Vaſſallum moderatiorem ſe gerere, & vel quælibet perpeti debere, antequam arma & gladium ſuum in proprium *Dominum* vertat,

tat, omninò ſtatuerem. Si enim in fœderibus verè & propriè ita dictis, ſemper intelligitur excepta perſona Superioris, certè in Vaſallis & Subditis hoc multò magis obtinebit. Et quamvis amicitia ex metu, 30
cum Domini & Superioris noſtri inimico contracta aliquo modo ſit excuſabilis, id tamen veniâ dignum non erit, ſi quis inſimul cum inimico Superioris vel Domini contra eundem conſpiraret; Sic libertus (Ulpiano teſte *in l. 1. §. cum patronus. in fin. ff. de offic. præf. urb.*) ſi ſit, aut fiat amicus inimicorum Patroni, non offendit ut puniatur, niſi & conſpiraverit cum illis contra Patronum; Ita nec filius exhæredari poterit, ſi converſetur ſolùm cum inimicis patris, nihil autem hoſtile contra eundem tentet, ſecundùm *Jaſonem*; Atq; aliàs juris manifeſti eſt, quod
ſimplex amicitia cum inimico contra- 31.
cta, non ſit punibilis, niſi tendat in perniciem Domini, prout Dd. paſſim declarant poſt *gloſſ. in c. 1. §. porrò. quæ ſit princ. cauſa. benef. amitt.* opus namque de genere permiſſorum (qualis eſt amicitia) juſtificatur ex ſuo fine, in quem eſt fa-



Digitized by Google

ctum, cujus enim finis malus eſt, idipſum quoque malum eſt, & è contra. *Ant. Quetta. conſ. 7. n. 35.* Quò etiam facit, quòd dolus
32 regulariter non præſumatur. *Gail. de pac. publ. libr. 1. cap. 7. n. 12. & cap. 10. num. 14.* Sicut nec animus delinquendi; *Proſper. Farinac. quæſt. crim. 85. Decius conſ. 243. num. 5. incip. in effectu.* Ubi ex hoc infert, quòd actus, qui in bonam & malam partem accipi poteſt, per interpretationem in meliorem ſit accipiendus, vide *Gail. libr. 2. obſ. 110. n. 5.* & in ſpecie *Johan. de Imola conſ. 34.* conſuluit, quod quia defectio facta per caſtrum *Duciæ* contra communitatem *Imolæ* fuerat facta juſto metu, nullam de jure punitionem merebatur, & quidem potiſſimùm, quod auxilium
33. non mittebatur. *Secundò* requiſivi, quòd ſubmiſſio & accommodatio hæc fieri deberet, non indefinitè (id eſt) in perpetuum, quaſi cum rejectione Superioris ordinarii, ſed ſaltem durante neceſſitate, & citrà præjudicium Domini, idq; ad minimum ex animo & intentione

Sub-

Subditorum Vaſallorumque, licet ita non ſemper verbis vel litteris exprimatur. Indefinita enim & perpetua protectio 34
majoris præjudicii eſt, & terminos omninò excedit, dum Superior Dominus hâc ipsâ, jure ſuo privari videatur; In hoc ergò requiſito, fideles Subditos & Vaſallos (cujuscunque ſint ſtatus & conditionis) non aliter ſe gerere debere arbitrarer, quàm 35
quod dicitur ob neglectam vel denegatam juſtitiam, Dominum privari jurisdictione, eo ſaltem in caſu, in quo eam neglexit, vel denegavit, arg. *Auth. ſtatuimus. §. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Mynſ. cent. 3. obſ. 57. Gail. lib. 1. obſ. 28. in princ.* & relati à *Rosbach in Proceſſ. civil. tit. 3. n. 63. & ſeqq.* Ita quoque deficiente defenſione apud Dominum, unâ vice ſaltem ceſſare confidentiam Subditorum Vaſallorumque, & locum eſſe ſubmisſioni, quamdiu ſcilicet defectus iſte durat, rationi omninò conſentaneum eſt. Ceſſan- 36
te ſiquidem causâ promiſſionis, ceſſare quoque debet ipſa promiſſio. *l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de excuſ. tut. plenè Dd. in c. cum ceſſante. ext. de appellat. & pleniſſimè Tiraquell. in*

*tract. ceſſante causâ ceſſat effectus*, quem vide. De *tertio requiſito* ad modum ſubmiſſionis pertinente, agam *infra in reſponſionibus ad*
37 *contraria ſub. n. 73.* Hâc itaque declara-
„ tione præmiſsâ principalis hæcce manet
„ *concluſio*, Quòd (præſuppoſitis præſup-
„ ponendis) Subditus vel Vaſallus, cujus-
„ cunque ſit conditionis vel ſtatus (niſi ta-
„ men ſingularia pacta & obligationes aliud
„ quid induxerint) jure communi, divino,
„ gentium & civili, nec non pragmaticis
„ Germaniæ conſtitutionibus, periculo im-
„ minente, & defenſione deficiente, poten-
„ tioris gratiæ, protectioni & defenſioni ſeſe
38. „ ſubmittere poſſit; Et hanc ſententiam
„ tanquam tritam, communem, æquitate &
„ jure omninò ſuffultam tenent *JCti vetu-ſtiores & moderni. Gail. lib. 2. obſ. 54. num. 4. Schurff. cent. 3. conſ. 23. Weſemb. conſ. 48. n. 10. Maſcard. de probat. concl. 713. n. 3. Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. 100. n. 19. & ſeqq.* pulchrè & in terminis; *Petr. Peckius in comment. ad c. in argumentum 78. num. 4. per tot. Idem de reparand. Eccleſ. cap. 7. n. 9. & ſeqq. Georg. Everhardi vol. 1. conſ. 56. num. 65. & paſſim Thoming. conſ. 13. n. 43. & ſeqq. Hieron.*

*Gigas*

*Gigas tract. de crim. læſæ Majeſt. libr. 1. quæſt. 56. Petr. Frider. Mind. de mandat. Cam. libr. 2. cap. 14. num. 2.* Et per totum.
Quod generali Germaniæ conſue- “
tudine receptum tradit *Regn. Sixtin.* “
*conſ. Marp. 8. n. 110. & ſeqq. cui conſentit conſ. Marp. 19. n. 145. 146. vol. 3. Matth. Coler. ad c. cum non liceat. num.* [illegible] *& ſeqq. de præſcript.*
Et plurimi alii, ab hiſce & aliis allegati.
Rationes præcipuæ (præter alias, quas apud 39.
prædictos auctores videre liceat) hujus noſtræ concluſionis, ex iis quæ ſupra inducta ſunt, *duæ* ſeſe offerunt. *Prima* naturalis
defenſio; *Secunda* exinde emergens “
inevitabilis neceſſitas. Nam cùm o- “ 40
mnis ratio expediendæ ſalutis honeſta ſit, “
teſte *Cicerone pro Milone*, ſuiq́ue ipſius de- “
fenſionem omittere, non ſolùm culpa, ſed “
dolus perhibeatur poſt *Bald. conſ. 4. num.* 111. *Alberic. Gentil. de jur. bell. cap. 15.* (adde ſup. *ead. Decad. conſ. 3. n. 3.*) atque in præſenti “
vitæ, corporis, & bonorum omnium peri- “
culo, nulla alia defendendi & reſiſtendi ra- “
tio ſuperſit; cùm Superior ordinarius ob “
abſentiam vel impotentiam defendere “

„ non poſſit, ipſe quoque Subditus vel Va-
„ ſallus aliter periculum evadere non vale-
„ at, vel ſi quid poſſet, id tamen non ſine
„ maximo periculo faceret. Poſſe enim di-
„ cimur id, quod ſine evidenti periculo fieri
poteſt. *l. nepos proculo. ff. de V. S. Petr. Peck.*
41 *tract. de repar. Eccleſ. cap. 7. num. 8.* Certè
„ nemini vitio verteretur, ſi quovis modo, ſan-
„ guinem ſuum, ſuorumque redimat; Ar-
„ gumento eorum, quæ de transactione,
„ in criminibus ſanguinis vel capitis pœ-
„ nam ingerentibus (excepto adulterio)
licitâ & honeſtâ tradunt Dd. per *l. tranſige-
re 18. C. de transact. Weſemb. in parat. ff. de
transact. n. 5. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 11. n.
16. Mynſ. cent. 2. obſ. 79. n. 2. & ſeqq. Hartm.
Hartm. pract. obſ. lib. 2. tit. 22. num. 1. 2. Fr.*
42 *Hottom. illuſtr. quæſt. 23 per tot.* Naturalis
„ itaque ſui ipſius & ſuorum defenſio (cùm
„ nullo alio modo (uti dictum) fieri poſſit,
„ quàm ſe ſubmittendo, alteriusq; gratiam
„ & auxilium amplectendo) neceſſitatem
„ hanc inducit, & omne jus ordinarium re-
„ movet, idque ob privilegium neceſſitatis.
43 „ Quemadmodum enim neceſſitas cùm eſt
„ evitabilis, jus non dat; ſic quando evitari
nequit,

nequit, juris inſtar eſt, & omnem legem " ſuperat; *Neceſſitas* (ait *Seneca*) *magnum* " *humanæ legis patrocinium omnem legem fran*-" *git.* Atque aliàs dicitur telum ingens, " nulli legi ſubjectum. *l. 1. ff. de offic. proconſ.* " *l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.* ſed ipſa facit " legem *c. remisſionem.* 1. *quæſt.* 1. ac nulla " curat privilegia, latè *Tiraquell. in tract. li*-" *gnag. §. 26. gloſſ. 1. n. 19. & ſeqq.* Ideoq; " quicquid neceſſitate urgente in tali caſu " ſit, culpabile non eſt. *c. ad limina. cauſ. 30.* " *quæſt. 1. Hieron. de Cævallos. in ſpec. comm.* " *opin. quæſt.* 906. *n.* 50. Et propter immi-" nens periculum receditur non ſolùm à re-" gulis juris communis, ſed etiam prohibi-" tivi; *Vdalr. Zaſius* 1 *conſ. 22. n.* 11. ubi ex-" emplo id demonſtrat, unde demum con-" ſequens eſt, urgente duriſſimo necesſita-" tis telo, ea quæ injuſta ſunt, juſtisſima cen-" ſeri, teſte *Bodino de Republ. libr. 5. cap. 5.* " junge poſt. *Victoriam de jur. belli num.* 15. " *Grotium de jur. belli & pac. libr. 3. cap. 1. n. 2.* " Immò quòd neces ſitas in illis quæ ſunt ju-" ris gentium (qualis eſt noſtra defenſio) " ſingulariter ſit privilegiata, per exempla " non abſona declarat *Idem Grotius d. tract.*

*lib.*

Digitized by Google

*lib. 2. cap. 2. n. 6. Peck. ad d. c. in argumentum d. R. l. in 6. in princ.*

44 Quomodo autem hæc necesſitas, ſive defectus defenſionis, atque ita juſtus metus probetur, vel utrum aliquis reſiſtere potuerit, vel non oſtendi debeat, in æſtimatione Judicis eſſe, poſt *Matth. de Afflictu ad conſ. in c. volumus. n. 7. rubr. 93. putat. Petr. Peckius de repar. Eccleſ. cap. 7. n. 10.* Qui omnia ad veritatem hujus rei pertinen-
„ tia, ex circumſtantiis & conjecturis diju-
„ dicabit; per ea, quæ tradit *Gail. lib. 2. obſ. 93. n. 7. & ſeqq. idem de pac. publ. lib. 1. cap. 2. n. 12. Weſemb. in parat. ff. quod met. causâ, n. 3. Petr. Frider. de mandat. lib. 2. cap. 33. num. 1. Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. caſ. 135. num. 3.*
„ circumſtantiæ verò in noſtro caſu erunt, ſi
„ præſidia in civitate, vel alio quodam lo-
„ co, non ſint ſufficientia, *Matth. de Afflict.*
„ *d. loc. Imola conſ. 34.* Item ſi inſtet me-
„ tus amisſionis vitæ, bonorum, pudicitiæ
„ uxoris & liberorum, ſi hoſtis ſit truculen-
„ tus, qui ſævire ſolet; ita poſt *Thomaſium* &
„ *Gratum* in conſiliis *Peckius ad d. c. in argu-*
45 „ *mentum. num. 4.* Nec demum concluſio
„ noſtra, exemplis omninò deſtituta eſt;

Ab

Digitized by Google

Ab *Eccleſiaſticis* exordiar. *Helviandus Epiſcopus Treviſanus*, cùm Attila, Dei, ejusq; S. Eccleſiæ inſigne flagellum, occupatâ *Aquilegiâ* agro Treviſano immineret, atque Treviſanis impoſſibile eſſet, ejusdem potentiæ reſiſtere, Treviſanos doctâ oratione coram Senatu habitâ perſuadet, ut tempori & fortunæ cedant, hoſti occurrant, eique ſeſe ſubmittant. Unde *Bonifacius in hiſt. Treviſ. lib. 2.* de ejusdem Epiſcopi in hoc negotio prudentiâ non immeritò ſubjungit hiſce verbis: *E coſa certisſima, che nelle grandi riſolutioni, ſi, come à coloro, che non le ſanno uſar', riſultano grandisſimi damni, così chi con prudenza sà adoperarſi, può ritrarne notabili benefici, e molte volte da una calamitoſa fortuna, alcuni hoſemini prudentisſimi, ſi ſono mirabilmente & di reputatione, & di fortuna ingranditi.*

De S. Pontifice *Leone* memorat *Paul Diacon. rer. Rom. lib. 5.* quòd *Genſerico*, cum validisſimo exercitu *Vandalorum* ac *Maurorum*, ad occupandam Romam, præſidio vacuam, advenienti occurrerit, atque æquis & honeſtis conditionibus, nobilisſimæ & potentisſimæ urbi deditionem pactus ſit; sacra- 46

cra-

cratiſsimi & inviĉtiſsimi *Imperatores*, tanquam *Hungariæ Reges*, ut certa Hungariæ loca, ab immanis Turcici tyranni deſolatione & univerſali ruinâ liberent, vel ſaltem præſervent, citra læſionem Majeſtatis certis pactis & conditionibus, Turcis tributum pendunt, ſuosque ipſorum protectioni com-
48 mittunt; Quod equidem haud novum cum Rex *M*oabitorum tributarius fuerit Regis Iſraëlitarum, 2. *Reg.* 3. *verſ.* 4. *& ſeq.* Rex *Abas Iſraëlitarum*, tributarius Regis *Syriorum*, 2. *Reg. cap.* 17. *verſ.* 4. Quod recuſare poſteà conatus Hiskias, rurſus in ordinem redactus fuit,
49 2. *Reg.* 18. *verſ.* 14. Sic præterea *Abbas Panormitan. lib.* 2. *conſ.* 3. *num.* 5. *Squinatium & Conſtantiam* à juramento Regi Angliæ præſtito defendit, quia ſcilicet id fecerant, ob juſtiſſimum metum, timentes illius potentiam, quia eos cum magno exercitu invaſerat, referente P. *Peckio d. comm. in c. in argumentum.* 78. *n.* 2. ubi vide. Duces quoque Ferrarienſes, Bentivoli, *M*irandulani, contra *Julium II. Pontifi-*

*cem*

Digitized by Google

*tem* ſuperiori ſeculo in Ludovici XII. Galliæ Regis devotionem & protectionem ſe dederunt. *Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 6.* Et quàm favorabiles & juſtæ hujusmodi deditiones ſint, ex antiquo Galliæ Regum inſtituto perſpicitur, qui teſte *Molinæo in addit. ad conſ. Deciſ. 604.* urbibus, quas defendere non poterant, permittebant ſe hoſtibus dedere, mallentes eas ſic ſalvas eſſe, quàm perire.

Atque hactenus ſtabilita affirmativa conclusio, *primò* eò magis procedere traditur in ſubditis & ſtatibus, qui certa libertate gaudent, & intervenientibus pactis Subditi ſunt, quales perhibentur, ſtatus ac civitates & nonnulli alii; *Compilator Symph. tom. 2. part. 3. tit. 3. ſupp. 33. fol. 93. Vultei. int. conſ. Marpurg. vol. 3. conſ. 19. num. 145. Sim. Piſtor. conſ. 19. n. 18.* Hi enim licet certo modo ſubditi & ſubjecti ſint; ſi quid tamen contra illa pacta & conditiones fiat, non ſecus ac alii, rerum ſuarum arbitri & liberi diſpenſatores permanent. *l. etſi. §. conſulkit.*

*ſuluit. ff. de Pet. hæred. l. 2. ff. ſi quis à part. mand. l. 1. §. & magis. ff. ſi quid in fraud. Patr.*

52. Et ſi unquam verum, quod vulgò dicitur, Subditos non eſſe propter Reges vel Dominos, ſed hoſce propter illos; atque uti ait *Seneca 1. de clementia. 18.* ut tutela, ſic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non quibus commiſſum eſt, gerenda eſt, quippè quibus non civium ſervitus ſed tutela tradita, quâ de re præclarè & copiosè *Ferdin. Vaſqui. Illuſtr. controv. n. 102. & ſeqq. Idem lib. 1. cap. 1. per tot.* certè in liberis & pactitiis ſubditis hoc ipſum obtinet; Idque propter contractum correſpectivum & mutuum inter Principem & tales Subditos, quem omnium belliſſimè expresſit *M. Ant. Petil. in exarch. ſive de exter. Princ. mund. lib. 1. cap. 17.* Idque eò magis locum obtinebit, quando Subditi l. Vaſalli jus recipiendi protectores contra Dominos præſcripsêre. *Thom. Maull. tract. de homag. tit. 11. n. 9.* Quod in Germania uſitatum eſſe *Receſſ. Imp. de anno 1555.* §. Es ſoll auch ꝛc. non obſcurè indicat.

Secundò

*Secundò ampliatur* principalis concluſio 53.
in præſuppoſitis terminis procedere, etiamſi prohibeat ſuperior Dominus, ne quis in tali neceſſitate conſtitutus, potentioris protectioni & gratiæ ſe ſubmittat.
Nam cùm ſubmiſſio hæc ſit quædam defen- 54
ſionis ſpecies (qui enim ſeipſum contra vim imminentem alicujus potentioris defendere neſcit, & propterea cum eodem paciſcitur, quid aliud agit, quàm ut cùm alio modo ſe tueri nequeat, idipſum hâc ratione faciat?
Deinde defenſio ex jure naturæ dependet, 55.
eamque etiam ſummus Princeps nemini auferre vel inhibere poterit; per ea, quæ tradit *Petr: Peck: ad c. indultum.* 17. *n.* 2. *de* R. *I. in 6. Gail. de pac. publ. lib.* 2. *cap* 7. *n.* 8. *Tiber. Decian. tract. crim. libr.* 9. *cap.* 1. *n.* 26. & præclarè *Cicero pro Milone*; hiſce verbis: *Eſt etenim hæc, Judices, non ſcripta, ſed nata lex, & quam non didicimus, accepimus, legimus; Verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expe-*

*dienda ſalutis; ſilent enim leges inter arma, nec ſe exſpectari jubent, cùm ei, qui exſpectare velit, ante injuſta pœna luenda ſit, quàm juſta repetenda.*

56. Atque hæc vera ſunt, ſive talis prohibitio, per ſtatutum & legem, ſive etiam reſcriptum supremi Principis fiat, quinimo, ſi princeps talem defenſionem, ceu de jure licitam & permiſſam, ſive expreſsè, ſive tacitè approbarit, eamque poſtea (cauſa ſubmiſſionis etiamnum durante) revocare & rejicere velit, præſumitur deceptus & memoriâ lapſus, & tale mandatum prohibitivum non valet, per tradita *Mynſing. cent.* 3. *obſ.* *61. per tot.*

57 *Ampliatur tertiò* procedere, licet ſuperior promitteret defenſionem, eam tamen de facto non præſtaret; *promiſſis dives quilibet eſſe poteſt*, non verbis & litteris, ſed re ipsâ ſuccurritur. Et defenſio eſt facti,

facti, igitur ſi non eſt actualis in effectu nulla eſt.

Atque hinc qualis eſt vulneratio, tale 58
etiam requiritur remedium, & offenſioni par debet eſſe defenſio; Atque offenſionem non potentialem (niſi proximam velis, nam & hæc actuali æquiparatur, quia proxima potentia habetur pro actu) ſed actualem præſupponimus, ergò perſimilis debet eſſe defenſio, aliàs Subditi ſuo (quod explicamus) protectionis & ſumiſſionis jure uti poſſunt.
Quod etiam corroboratur ex eo, quia paria 59
ſunt, non fieri, & non debito modo fieri; per jura vulgaria *Gail. lib. 1. obſ. 105. n. 13. Idem de arreſt. Imper. cap. 4. n. 13. & cap. 11. n. 14.* Et denique turpe eſt, poſt vulneratam
cauſam, & tùm demum defenſionem exſpe- 60
ctare, cùm pœnam luimus, melius auditur illud *Ovidii*:

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.

Quartò ampliatur prælibata con 61

cluſio, ſubmiſſionem fieri poſſe, etiamſi læſio nondum ſit actualis, ſed in proximâ potentiâ

Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet.

62 Per ea, quæ ampliatione tertia adduxi; & hunc faciunt jura, quòd is etiam coactè faciat, qui ſcit ſe poſſe cogi, & faciendo prævenit violentiam, licet id ſpontè facere videatur *Petr. de Anchoran. conſ.* 299. Inſpicitur enim in hiſce caſibus æquè potentia, quàm ipſe actus nocendi, per *l. Labeo. ff. de ſtat. lib. c. non ſolùm de appellat. in 6. Sichard. conſ. crim.* 10. *n.* 34. Et in terminis noſtris, de Subditorum & Vaſallorum ſubmiſſione, ex juſto metu facta, poſt alios concludit *Georg. Everhard. vol.* 2. *conſ.* 17. *n.* 53. 54. *& ſeqq.*

63 Demum firmat hunc locum id, quod jure conſtitutum de eo, qui minas evomit, easque absque impedimento ſtatim exequi poteſt, *Franciſc. Herculan. tract. de caut. de non offendendo. Barthol. ad tit. ff. quod met. cauſâ. paſſim Gail. de pac: publ. lib.* 1.

*lib. 1. cap. 2. n. 12. per ibidem citatos & n. 14. cum ſeq. Idem Petr. Frider. de mand. Cam. libr. 2. cap. 33. & ſeqq.*

*Ampliatio quinta* concluſionis nunc ſuccedit, quod non minus vera ſit, ſi planè nulla defenſio appareat, ſive eadem fiat aliquando ex intervallo; nam defendere, aut effectum promiſſionis defendendi implere non dicitur, qui aliquando defendit, ſi non omni tempore cum defenſione præſtò ſit, non enim dicitur factum, quod non durat factum, *per l. ſi pro parte. 10. §. in rem. verſ. verſum. ff. de in rem verſo. ff. l. acceptis. 92. ff. ad l. Falcid. Georg. Everhardi vol. 1. conſ. 56. n. 113.* 64

*Limitationes* concluſionis noſtræ principalis, ex iis, quæ hactenus explicita ſunt, & in reſponſionibus ad contraria ſequentur, ſummariè hæ ſunt; ſi nimirum ſubmiſſio neceſſitate non efflagitante, ſed l. dolo & fraude, vel etiam ſimulatè, ex levitate, inconſtantiâ & infidelitate ergà ſuperiorem fiat, nam tunc excuſari & defendi omninò nequit, quo in caſu nos in 65

præſenti conſultatione non verſamur, nec etiam (uti ſatis ex præſuppoſitis conſtat) hujusmodi machinationibus acconſentire unquam cogitavimus.

66 Nunc faciliùs *ad contraria*, ſive dubitandi rationes reſponderi poterit; Ad *primum* itaque dicimus, Subditum vel Vaſallum, ad defenſionem Domini ſeu Superioris, uti etiam ipſius Patriæ, non ampliùs teneri, niſi in quantum erit poſſibile, nemo etenim tenetur ad impoſſibilia. *c. nemo. 6. de R. I. in 6. & ibid. Peck. in comm. c. 2. de feud. ſine culpa non amitt: & prætereà allegati à Georg. Everhard. vol. 1. conſ. 56. n. 115. & ſeqq.* Deinde quatenus etiam Superior vel Dominus, idipſum præſtat, quod ſibi incumbit, ob mutuam ſcilicet obligationem, inter Superiorem & Subditum, Dominum & Vaſallum.

67 Ad *Secundum*, dolendum quidem & maximè deteſtandum, talem eſſe multorum Procerum naturam, ut in commune

non

non conſulant, ſed vel ob invidiam, æmulationes, & ſimiles affectus, ea, quæ publica, & univerſis ſalutaria ſunt, parùm curent, ſed quia hæc omnia ab univerſitate quidem committuntur, ſinguli autem in ea non conſentiant; Ideoque nonnullos commiſſeratione potiùs quàm pœnâ dignos exiſtimarem; Interim quatenus communem defenſionem neglexerunt, ſi quid inſperatum patiantur, ſibi, & negligentiæ propriæ imputent. Exinde quoque *tertium argumentum* 68
de inhibitâ, Subditis & Vaſallis neutralitate corruit, nullibi enim Subditorum & Vaſallorum neutralitatem, niſi quatenus prædura neceſſitas, aliaque requiſita, eandem jubent, permittimus, ſed omnino damnamus; *M*odus autem in hujusmodi periculis ſe gerendi, ex conſtitutionibus Imperii ibidem allegatus, in ſuo manet vigore, cùm Imperator, Electores, Principes, aliique " circenſes, ſuo poſſunt & volunt of- " ficio fungi, eo verò deficiente, neceſ- "

„ ſitati, aliisque remediis extraordinariis parendum eſſe, nullum ſupereſt dubium.

69 *Quartum* conceditur, ſed ubi Superiorum defenſio & protectio ceſſat, ceſſat & obligatio Subditorum, & merito recurritur ad priſtinam libertatem, remediaque commoda, quæ (uti dictum) ipſa natura oſtendit.

70 Ad *Quintum* & *Sextum* dico, procedere, ſi quid à Subditis vel Vaſallis fiat, ex levitate, infidelitate, fraude dolovè, non etiam urgente neceſſitate, quemadmodum nos præſupponimus; Hinc de Vaſallo deciſum reperitur, quòd feudum ſuum non amittat, ſi propter nimiam hoſtium crudelitatem, ſævitiam, atque ita ſummam & extremam neceſſitatem Dominum in bello dimiſerit. *per l. Fulcinius: 7. §. quid ſit autem latitare. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. cat. l. interdum.* 21. *§. idem juris eſſe. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. Schrad. de feud. part. 6. cap. 6. n. 83.* Quod etiam de alienatione, ſubmiſſione vel protectione prohibitâ illatum, in neceſſariâ

ſariâ exemptâ & licitâ ſubmiſſione vel alienatione locum non habet. *Franc. de Caldas. lib. 1. recept. ſent. quæſt. 23. Petr. Ant. de fideicom. quæſt. 8. n. 317. Maſcard. de probation. vol. 3. concl. 1234. n. 43. cum ſeq.* per regulam antiquam & tritam, quòd neceſſitas illicitum in lege faciat licitum *Petr. Peck. ad c. in argumentum. 68. in princ. de R. I. in 6.*

Ad *Septimum* reſpondeo verum eſſe, 71
quòd licet regulariter protectio, clientela, patrocinium, Schutz und Schirm / Superioritatem, imperium & jurisdictionem non afferat; ſed veris Dominis ſua illibata maneat poteſtas &c. prout multis teſtantur *Gail. pr. obſ. lib. 2. obſ. 54. n. 1. & ſeqq. c. ex parte tua. c. recepimus. de privil. Petra de jur. quæſt. cap. 22. n. 9. Petr. Gregor. Tholoſan. de Republ. lib. 11. cap. 11. n. 6. Moditius. ad §. principium placita. dubit. 239. n. 4. Meiſchner. tom. 2. lib. 2. deciſ. 4. n. 176. Wehner. in opſ. pract. verbo* Schirms-Verwandten *Grævaus 2. concl. 54.* & infiniti alii,

Aliud ſiquidem eſt, ſub patrocinio, a- 72
liud ſub ditione eſſe, uti *Sylla* apud *Appianum* loquitur, & *Cicero offic. 2.* ſanctiora illa Romanorum tempora deſcribens, patroci-

 nium

nium Sociorum ait penes eos fuiſſe, non Imperium; Et ſicut patrocinium privatum non tollit libertatem perſonalem, ita patrocinium publicum non tollit libertatem civilem, quæ ſine ſummo Imperio intelligi nequit; Ideò apud *Livium* opponi videas, in fide & ditione eſſe. *Hug. Grot. de jur. bell. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 21. Cùm tamen ſæpenumero efficiat famelica cupiditas imperandi, ut protectores ſub prætextu protectionis & auxilii, compedes dominationis injicere ſoleant, atque inde non rarò contingat id, quod ſeptimá ratione dubitandi adduxi. Ne
73 ergo abuſus hicce uſum (quem approbamus) tollat & denigret, certam cautelam in eo, dum protectorem & defenſorem aliquis recipit, adhibere oportet, atque ita capitula componenda, ne ſubjectionis potiùs quàm protectionis occaſio exinde naſcatur. *Petr. Gregor*: *d. cap.* 11. *n.* 6. cùm quivis legem rei ſuæ, quam volet figere queat, *c. verum. de cond. appoſ. l. quoties.* C. *de donat. quæ ſub modo.* & contractus primordium ſit inſpiciendum *l. ſi tantum. ff. ad Sanctum Macedon. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend.* Curioſè ergo ac attentè ſignanda erunt capita, quomodo ſe

do ſe ſubmiſerint aliorum aliis, quod quâ ratione fieri debeat, tradunt Dd. antea citati *Petr. Gregor. d. cap.* 11. *n.* 6. *Bodin. de Republ. lib.* 5. *cap.* 6. *Warem. de Erenberch. de fœder. cap. ult. & libr.* 1. *cap.* 4. quos & alios eâ de re conſulere atque temporis occaſionem amplecti oportet.

Ad *Octavum* & *Nonum* regero, ſi quid 74
propterea ſuperior vel verus Dominus, in auctoritate, dignitate vel aliàs diminutum ſentiat, Subditos & Vaſallos in culpa non eſſe, ſed neceſſitatem, ſed factum & adverſam fortunam, cui parère neceſſum fuit, quicquid ergò hâc ratione illicitum & indecorum factum, id omne neceſſitas excuſat, quamobrem nec in conſequentiam trahi debet. *Petr. Peckius in comm. ad c. in argumentum.* 78. *de R. I. in* 6. *n.* 4. §. *cæterum.* Vnde quoque facilè ruit, quod *in decima dubitandi ratione,* & deductis exin- 75
de conſequentiis allatum fuit; Nam utut verum ſit, quod de confœderatis adductum; Juri tamen & veritati rurſus conſentaneum eſt, quod confœderati, qui tenentur ad mutuam defenſionem, obligen-

tur

tur ſolùm pro illorum posſibilitate; *Martin. Laudenſ. tract. de confœd. & convent. Princ. quaeſt. 4.* Quod idem etiam in Subditis (licet Dominis ſuis fortiori vinculo adſtricti ſint) procedit, *arg. l. 1. §. occiſorum. 16. ff. de Senatus c. Syllan.* Ratio in poſſibilitate conſiſtit, ad quam neminem ſe obligaſſe, vel obligare potuiſſe, plus quam certum eſt. *l. impoſſibilium. ff. de R. I. & c. nemo poteſt. de R. I. in 6. ibidemque commentatores, Decius, Mathæus Peckius & alii*; Quæ demum jura de principibus viris, & maxime Statibus & Subditis Imperii. *n. 19. 20.* inferuntur; eadem in ſuis terminis admittimus, in caſu autem inevitabilis necesſitatis (per hactenus adducta) rejicimus. Concludimus itaque tàm Subditos & Vaſallos, quàm confœderatos, alioſque, qui certo modo, ſive Superiori, ſive æquali obſtricti ſunt efflagitante neceſſitate, ob defectum reſiſtentiæ & ſufficientis defenſionis,

ſionis, citra infamiam, aliusvè pœnæ metum, *P*otentioris, & vi armatâ jubentis, gratiæ, protectioni & clientelæ, prædicto modo ſubmittere ſe poſſe.

# CONSVLTATIO SEXTA.

Res immobilis (puta Territorium, Caſtrum, Oppidum &c.) jure belli occupata, & hoſti ablata cui cedat? Et quomodo res tertii innocentis, eidem, ceu vero Domino ſit reſtituenda.

## SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Rerum & bonorum in Eccleſiaſtica & ſecularia diviſio.*
3. *De bonis Eccleſiaſticis reſtituendis alibi dicam.*
4. *Bonorum ſecularium diſtinctio.*

*5. De*

5. *De immobilibus præſenti conſultatione agendum.*

6. *Duplex eorum conſideratio occurrit.*

7. *Bona immobilia hoſtibus ablata cui cedant?*

8. *Romanorum mos & uſus.*

9. *Qualis hic occupatio & poſſeſſio requiratur?*

10. *Occupationem corporalem requiri.*

11. *An bona immobilia capta, fiſco Principis incorporanda?*

12. *In ſociali bello, quid hoc in caſu obſervandum*

13. *Sociis confœderatis pro rata portione prædæ relinquenda eſt.*

14. *Leonina ſocietas damnatur.*

15. *Ampliatur 1. concluſio, de participatione prædæ inter ſocios, etiam procedere in fœdere inter inæquales.*

16. *Ampliatur 2. licet de diviſione prædæ nullum pactum interceſſerit.*

17. *An prædicta obtineant in Subditis & Vaſallis?*

18. *Diſtinctione res expeditur.*

19. *Subditi & cives quomodo abſque recompenſatione, militare teneantur.*

20. *Quid hâc de re in Imperio conſtitutum videatur.*

21. *Va-*

Digitized by Google

21. *Vaſalli tenentur ſervire Dominis, propriis ſumptibus.*
22. *Maximè ſi feudum ſit magnum, lautum & pingue.*
23. *Non oportet Principis libertati præſcribere.*
24. *Milites & ipſo opere benè meriti, quid ex immobilibus captis conſequantur?*
25. *Quid Leges Civiles hâc de re ſtatuant?*
26. *Alexandri ſeveri exemplum.*
27. *Conſtantini Magni inſtitutum.*
28. *Romanorum laudabilis mos.*
29. *Bona immobilia ſociis noſtris, vel tertio innocenti ablata, cui ſint reſtituenda?*
30. *Duplex hic conſideratio occurrit.*
31. *Bona immobilia Sociorum ab hoſtibus occupata, & recuperata, ad quem pertineant?*
32. *Quid de Jure Gentium?*
33. 34. *Idque exemplis declaratur.*
35. *Quid de Jure civili & moderno?*
36. *Rationes hujus rei.*
37. 38. *Reſponſiones ad illa exempla quæ ſupra n. 33. 34. ſunt adducta.*
39. *In actibus hiſce militaribus, potius procedi ex corpore facti, quàm juris.*
40. 41. 42. *Querelæ, quòd Reges & Principes ſemel occupata rarò reſtituant.*

43. Ob

43. *Ob publicam neceſſitatem & utilitatem, licet occupare, deſtruere, vel munire, alterius caſtrum, prædium &c.*

44. *Imperator, Rex &c. nemini quod ſuum eſt, abſque cauſa auferre poteſt.*

45. *Quod tamen non obtinet in caſu publicæ utilitatis & neceſſitatis.*

46. *Haecce publica utilitas & neceſſitas quomodo probanda ſit?*

47. *Diſtinctio inter jus naturale & gentium, & poſitivum introducitur.*

48. *Juſtam utilitatem & neceſſitatem non præſumi in Principe, ſed probandum eſſe.*

49. *Ita ablata veris Dominis reſtitui debent.*

50. *Ad certum tempus licitum, eo elapſo illicitum eſt.*

51. *Imperatori non convenit recuperata retinere.*

52. *Idq; etiam jure poſtliminij.*

53. *Neceſſitate ceſſante, ceſſat idem quod propter eandem inductum eſt.*

54. *Quid in hâc reſtitutione, de expenſis & belli ſumptibus ſit ſentiendum?*

55. *Diſtinctione in hâc quæſtione opus eſt.*

56. *Aliud in belli ſociis, aliud in tertio quodam alio ſtatuendum.*

57. *Bel-*

57. *Bellum gerens, impenſas ſui causâ, in fortificatione vel expugnatione alicujus loci factas repetere non poteſt.*

58. *Idem in aliis locum habet.*

Poſtquam ſuperioribus conſultationibus, 1.
ea poſſimùm pertractaverimus, quæ tempore belli circà *perſonas* contingere poſſunt, reſtat nonnullis ſequentibus, de *rebus & bonis*, bello occupatis, vel etiam recuperatis, nunc pauliſper diſſerere. Res au- 2.
tem ſive *bona*, bello occupata, vel recuperata, alia ſunt *Eccleſiaſtica*, alia *Secularia*: Illa 3.
recuperata, in quos uſus impendi, & quibus reſtitui debeant, alio tempore & loco tradam. *Bona ſecularia* porrò vel ſunt *corporalia*, 4.
vel *incorporalia*; *Corporalia* rurſus *mobilia* vel 5.
*immobilia*; De *immobilibus* (puta integris territoriis, civitatibus, caſtris, pagis, agris, & ſimilibus) præſenti conſultatiòne diſquiram, Eorum autē causâ *duplex inſpectio* occurrit; 6.
Nam aut hoſti eiusq; Sociis auferuntur; Aut ad noſtros Socios, amicos, vel tertium quempiam non inimicum olim pertinuêre, atq; ex hoſtis manibus iterum erepta ſunt.

De *rebus hoſtium eorumq; Sociorum* bello à 7.

nobis occupatis primò agam, & principaliter id inveſtigabo, in cuius ſcilicet Dominium tranſeant, & inter quos demum dividi debeant. Certa itaq; & indubitata juris concluſio eſt, quòd res immobiles, territoria, oppida, caſtella, agri, & ſimilia alia bona, hoſtibus adempta, ei acquirantur, qui bellum gerit, atq; eiusdem fiſco applicari, vel publicari poſſint. *l. ſi captivus. 20. §. verum eſt, ibi. Qui ex hoſtibus captus ſit. ff. de capt. iv. & poſtlim. revers. l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom. l. Lucius. 11 ibi: partim diſtractus. &c. ff. de evict. l. item ſi verberatum. §. 2. ff. de rei vindicat. l. Divus. 31. ff. de jur: fiſci. Ant: Quetta. conſ. 6. n. 3. Georg: Everhardi vol. 2. conſ. 17. n. 8.* Vbi id quoq; extendit ad *bona feudalia*, adde relatos ab eodem *ibit. n.* 45. Immò etiam ad *Eccleſiaſtica*, quatenus ſcilicet perſonæ Eccleſiaſticæ, ob fractam pacem, aliudvè delictum, iisdem privari poſſunt *Everhard. d. loc. n. 10.* 11. *& ſeqq.* de quibus ulterius videre licebit, *Julian. Magenh. ad ord. Cam. part. 2. tit 9. pag. (m.)* 154. *Gail. de pac: publ. lib. 1. cap. 1. n. 13. Myn. ſing: cent. 5. obſ. 58. n. 5. & ſeqq.* Idq; ubivis, & præſertim apud Romanos receptum fuit, Ideoq; cùm

cùm olim *Volſci* poſſeſſa repeterent, *Titus Largius* (referente *Dionyſio Halicarnaſſæo lib. 6.*) ſententiam ſic dixit: *Romani nos honeſtiſſimas eas atq; juſtiſſimas credimus poſſeſſiones, quas belli lege captas habemus, neq; verò induci poſſumus, ut ſtultâ facilitate debeamus, virtutis monumenta, ſi eas illis reddamus, quibus ſemel perierunt; Immò verò tales poſſeſſiones, non tantùm cum his, qui nunc vivunt, civibus noſtris communicandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus, tantùm abeſt, ut parta relinquendo in nos ipſos ea conſtituamus, quæ in hoſtes conſtitui ſolent*; Unde rectè *Ariſtotel. 1. de Repub. cap. 8.* tradit; *Rem militarem ſecum ferre naturalem acquirendi modum*; Adde alia Exempla, apud *Petr: Ærod; rer; Iud: lib. 5. tit. 21. cap: 3. & 4. paſſim.*

Quod tamen ita intelligendum, ſi perſimilia bona, tali modo occupata & poſſeſſa ſint; 9.
Ut verò ſimile ſit, ea, *jure* belli ad occupatores perveniſſe; non enim ſufficit qualiscunq; poſſeſſio, ſed firma requiritur. l. *quod meo. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. Ludov. Molina. de juſt. et i. jur. diſp. 118.* Quam talem putamus,
cùm quis ita agrum, caſtellum &c. occupavit, vel munitionibus manſuris includit, ut 10.

niſi iis expugnatis, parti alteri palam aditus non ſit. *Hugo Grot. de jur. bell. lib* 3. *cap.* 6. *n.* 4. atqq; in acquiſitione bellicâ rerum immobilium, omninò requiri corporalem occupationem, pulcherrimo exemplo oſtendit Petr. *Ærod. rer. judic. lib.* 5. *tit.* 11. *cap.* 1.
11. (videquæ infra conſult. 8. dicuntur.) Sed numnè ita ad Principem vel eum, qui bellum indixit, geſſit, & victoriam obtinuit, bona iſta immobilia tranſeant, ut eadem protenus fiſco incorporare, & nemini de iisdem largiri debeat; Quà in re diſtinguendum autumarem, inter bellum ſociale, ſive quod potentior cum ſociis & confœderatis, (horum ſcilicet auxilio & ope) gerit, ſive duo vel complures ſocii inter ſe, & illud bellum,
12. quod ûnius moderamine & nutu peragitur; In *bello ſociali*, rurſus diſtinctio quædam adhibenda erit, an nimirum de communi prædâ dividenda, tractatio interceſſerit, vel non; *Priori modo* communiter agere ſolent prudenter confœderati, in omnem eventum ſibi providentes, ne demum ferâ captâ, inter ipſos venatores diſcordia oriatur; ſic videmus omnibus *ferè Helvetiorum* confœderationibus, pacta de lucro & damno adjecta

eſſe,

eſſe, prout paſſim apparet ex *Ioſia Simlero de Republ. Helvet. libr.* 1. Hoc ergò caſu juri 13.
& æquitati conſonum eſt, ut quemadmodũ confœderati & ſocii, ſimul ope, auxilio, conſilio, commeatu, & pecuniâ *j*uvarunt, commune periculum & damnum perpeſſi ſunt, ita etiam pro ratâ portione, lucri partem habeant; In *Societatibus* enim (quod non ſolùm *in privatis*, ſed quoq; *publicis* ex identitate rationis obtinet) *uſitatum eſt* (ait *Leo Imperator nov.* 103 *ut ferè qui plus contulit, idem plus lucri ſentiat; & rectè ſanè negotium ita conſtituunt, inter quos tali modo convenit.* Societas ſiquidem ex jure gentium confraternitatis jus eſt. *l. verum.* 63. *in princ. ff. pro ſocio.* & iniquum eſſet alium plus, alium minꝰ conſequi *d. l. verum.* Leoninam ſiquidem 14.
(apud Æſopum) aliasq; inutiles ſocietates, ICti vocitant, ubi quis damnum ſentit, non etiã lucrum percipit. *l. ſi non fuerint.* 29. §. *fin. ff. pro ſocio.* Nam in univerſum cùm ſocietas contrahitur tàm lucri, quàm damni comũnio iniri debet. *l. ſi unus.* 67. *in princ. l. cum duobus.* 52. § *penult. ff. pro ſocio.* Et maximum eſt ſocietatum vinculum, utilitatum communio, Auctore *Livio decad.* 4. *lib.* 9. quem



Digitized by Google

refert *Weſemb. ad. tit. ff. pro ſocio. Georg. Everhard. vol.* 1. *conſ. 46. n. 6.* Ideoq; ſocietas & confœderatio ut quis damnum ſentiat ſine lucro, propterea admittenda non eſt, quia ita naturalis eſt ſocietati utilitatum communio, ut ſine ea nequeat ſocietas conſiſtere *Hugo Grot: de jur: pac. & belli lib. 2. cap.* 12. *n.* 24. Et in ſpecie, quod bello acquiſita, etiam comunicanda ſint inter ſocios & confœderatos multis proſequitur *Cardinal Tuſchus, pract. concl, tom.* 1. *lit. B. concl.* 40. *Hug: Grot: d. tract. lib. 3. cap. 6. n. 9.* 10. *&* 23. 24.

15 *Ampliatur primò* procedere hæc concluſio licet *inæquale* ſit *fœdus*, de cujus ſociis nunc agimus; nam quamvis inter plures, & quidem conditionis & ſtatus inæqualis, aliquando ita contrahatur, ut penes unum vel alterum ſit rerum ſumma (quò feliciùs cauſa ſuccedat, nec multitudo capitum ſit impedimento) at tamen eiusmodi inæqualitas efficere minimè poteſt, ne illi qui in fœdere minoris ſunt conditionis, de præda & lucro, pro ratâ portione, aliquid participent, cùm nec illi, cui ſe fœdere junxerunt, ſe ſubjecerint (fœderis enim nexus nullam ſubjectionem

nem parit) nec libertate ſe ſuâ privarint, ſed membra (quamvis debiliora) confœderationis ſint, utcunq; majeſtatem eius, qui in fœdere antecellit, comiter obſervent, eiusq; directione & auctoritate pleraq; peragantur. *per l. 7. §. liber. ff. de captiv. & poſtlim. revers. Moditius, ad § Principum placita, dub. 239. n. 7. latè Hug: Grotius de antiq. Batav. cap. 3. & idem de jur: bell: & pac: lib. 1. cap. 3. n. 21.* Subjecère quippe & adjunxerunt ſe fœderi, non ut ſervirent, & ſua amitterent; ſed ne ſervirent, & ſua conſervarent; confer *Bodin. de Republ: lib. 1. cap. 9. n.* 118.

*Ampliatur ſecundò* id, quod de comuni præda participanda attuli, locum quoq; habere in altero illo diſtinctionis membro; Quamvis enim expreſſum non ſit in ſocietate & confœderationibus, ut præda & lucrum, pro ratâ portione dividatur, id tamen de jure, & ex naturà ſocietatis ita ſemper intelligi debet, aliàs injuſta & leonina eſſet ſocietas. *l. ſi non fuerint. 29. §. ult. ff. pro ſocio. VVeſem. in parat. ff. pro ſocio. n. 6. V*nde eſt quòd lucrorum communicatio, ſocietatis inchoatio dicatur. *Henning. Gœden. conſ.* 87. *n. 11.* Et ubi partes ſocietatis expreſſæ non ſunt, videatur 16.



Digitized by Google

atur contracta ſocietas ſimpliciter, pro æqualibus portionibus, per *l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio.* Anton. *Quetta, conſ. 89. n. 6.* melius tamen & cautius eſſe, in tabulis confœderationum, hic quoq modum præſcribere omninò exiſtimarem, prout quoq; ſupra monui,

17 Sed numne prædicta de ſociis & confœderatis, in participatione prædæ bellicæ, etiam obtineant in *Subditis* & *Vaſallis*, qui aliàs ob ſalutem *Patriæ*, Imperii, Regni &c, (cui obligati ſunt) quævis ſervitia & onera tàm perſonalia, quàm realia (ſecundum tamen cujusvis conditionem, mores & pacta) ſubire coguntur, ita ut quamvis ad prædicta obligati ſint, nihilominus prædæ & lucri fiant

18 participes; Bimembris videtur hæc quæſtio; *Primò* enim inveſtigandum; An Subditi & Vaſalli teneantur ad ſervitia militaria, propriis vel ſuperioris Domini ſumptibus; *Secundò* numne ſi ipſo facto fideles permanſerint, neceſſariò ſint recompenſandi, & partem in iis, quæ bello acquiſita ſunt, habeant;

19 Quæſtionis *primum membrum* communiter à Dd. reſolvitur, quod *Subditi* & *Cives* non ſint obſtricti Principem vel Domi-

num

num juvare, etiam ad bellum ſequi absq; ſtipendio & recompenſatione, ita tenet *Boër. de ciſ. 303.* niſi tamen Princeps ad tuendam Patriam idoneos reditus habeat, vel id Reipublicæ neceſſitas, & ſalus Imperii exigat, *Bl. in l. ſi aliquam. de offic. proconſ. VVaremund. ab Erenberch. tract. de Reng. Subſid. paſſim.* Et poſt multos à ſe citatos *Vaſqui. illuſtr. controv lib. 1. cap. 6. n. 4.* Hoc ſiquidem caſu, ubi periculum totius corporis imminet, & ſalus univerſorum in diſcrimine eſt, ſingula membra, ne ſimul intereant, vel à corpore ſuo avellantur, vires ſuas integras impendere tenentur. Rebus pacatis, & Germanici 20.
Imperii membris ſub uno capite conſonantibus, quid quemvis facere oporteat, ex conſtitutionibus Imperii manifeſtum eſt, tempora & ſecula turbata, medicamenta fortiora requirunt, & terminos excedere ſolent.

Quod *Vaſallos* attinet, deciſio feudalis 21.
eſt, eos ſuis, non Domini ſumptibus ſervitia ex feudo debita præſtare teneri, *arg. l. ſuo victu. 18. l. quod niſi. 20. ff. de oper. libert. Lud. Schrader. part. 9 ſecund. part. princ. ſect. 5. n. 28. 31.* Quod vel maximè veriſſimum eſt, 22.
ſi feudum ſit magnum, lautum & pingue *arg.*

nobis occupatis primò agam, & principaliter id inveſtigabo, in cuius ſcilicet Dominium tranſeant, & inter quos demum dividi debeant. Certa itaq; & indubitata juris concluſio eſt, quòd res immobiles, territoria, oppida, caſtella, agri, & ſimilia alia bona, hoſtibus adempta, ei acquirantur, qui bellum gerit, atq; eiusdem fiſco applicari, vel publicari poſſint. *l. ſi captivus. 20. §. verum eſt, ibi. Qui ex hoſtibus captus ſit. ff. de captiv. & poſtlim. revers. l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom. l. Lucius. 11 ibi: partim diſtractis. &c. ff. de evict. l. item ſi verberatum. §. 2. ff. de rei vindicat. l. Divus. 31. ff. de jur: fiſci. Ant: Quetta. conſ. 6. n. 3. Georg: Everhardi vol. 2. conſ. 17. n. 8.* Vbi id quoq; extendit ad *bona feudalia*, adde relatos ab eodem *ibit. n. 45.* Immò etiam ad *Eccleſiaſtica*, quatenus ſcilicet perſonæ Eccleſiaſticæ, ob fractam pacem, aliudvè delictum, iisdem privari poſſunt *Everhard. d. loc. n. 10. 11. & ſeqq.* de quibus ulterius videre licebit, *Julian. Magenh. ad ord. Cam. part. 2. tit 9. pag. (m.) 154. Gail. de pac: publ. lib. 1. cap. 1. n. 13. Myn. ſing: cent.*
8 *5. obſ. 55. n. 5. & ſeqq.* Idq; ubivis, & præſertim apud Romanos receptum fuit, Ideoq;

cùm

Digitized by Google

cùm olim *Volſci* poſſeſſa repeterent, *Titus Largius* (referente *Dionyſio Halicarnaſſao lib. 6.*) ſententiam ſic dixit: *Romani nos honeſtiſſimas eas atq; juſtiſſimas credimus poſſeſſiones, quas belli lege captas habemus, neq; verò induci poſſumus, ut ſtultâ facilitate debeamus, virtutis monumenta, ſi eas illis reddamus, quibus ſemel perierunt; Immò verò tales poſſeſſiones, non tantùm cum his, qui nunc vivunt, civibus noſtris communicandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus, tantùm abeſt, ut parta relinquendo in nos ipſos ea conſtituamus, quæ in hoſtes conſtitui ſolent*; Unde rectè *Ariſtotel. 1. de Repub. cap. 8.* tradit; *Rem militarem ſecum ferre naturalem acquirendi modum*; Adde alia Exempla, apud *Petr: Ærod; rer; Iud: lib. 5. tit. 21. cap: 3. & 4. paſſim.*

Quod tamen ita intelligendum, ſi perſimilia bona, tali modo occupata & poſſeſſa ſint; Ut verò ſimile ſit, ea, *jure belli* ad occupatores perveniſſe; non enim ſufficit qualiſcunq; poſſeſſio, ſed firma requiritur. l. *quod meo. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. Ludov. Molina. de juſt. eti. jur. diſp. 118.* Quam talem putamus, cùm quis ita agrum, caſtellum &c. occupavit, vel munitionibus manſuris includit, ut 9. 10.

niſi iis expugnatis, parti alteri palam aditus non ſit. *Hugo Grot. de jur. bell. lib. 3. cap. 6. n. 4.* atqq; in acquiſitione bellicâ rerum immobilium, omninò requiri corporalem occupationem, pulcherrimo exemplo oſtendit Petr. *Ærod. rer. judic. lib. 5. tit. 11. cap. 1.*
11. (videquæ infra conſult. 8. dicuntur.) Sed numnè ita ad Principem vel eum, qui bellum indixit, geſſit, & victoriam obtinuit, bona iſta immobilia tranſeant, ut eadem protenus fiſco incorporare, & nemini de iisdem largiri debeat; Quà in re diſtinguendum autumarem, inter bellum ſociale, ſive quod potentior cum ſociis & confœderatis, (horum ſcilicet auxilio & ope) gerit, ſive duo vel complures ſocii inter ſe, & illud bellum,
12. quod únius moderamine & nutu peragitur; In *bello ſociali*, rurſus diſtinctio quædam adhibenda erit, an nimirum de communi prædâ dividenda, tractatio interceſſerit, vel non; *Priori modo* communiter agere ſolent prudenter confœderati, in omnem eventum ſibi providentes, ne demum ferâ captâ, inter ipſos venatores diſcordia oriatur; ſic videmus omnibus *ferè Helvetiorum* confœderationibus, pacta de lucro & damno adjecta eſſe,

eſſe, prout paſſim apparet ex *Ioſia Simlero de Republ. Helvet. libr.* 1. Hoc ergò caſu juri 13. & æquitati conſonum eſt, ut quemadmodũ confœderati & ſocii, ſimul ope, auxilio, conſilio, commeatu, & pecuniâ juvarunt, commune periculum & damnum perpeſſi ſunt, ita etiam pro ratâ portione, lucri partem habeant; In *Societatibus* enim (quod non ſolùm *in privatis*, ſed quoq; *publicis* ex identitate rationis obtinet) *uſitatum eſt* (ait *Leo Imperator nov.* 103 *ut ferè qui plus contulit, idem plus lucri ſentiat; & rectè ſanè negotium ita conſtituunt, inter quos tali modo convenit.* Societas ſiquidem ex jure gentium confraternitatis jus eſt. *l. verum.* 63. *in princ. ff. pro ſocio.* & iniquum eſſet alium plus, alium minus conſequi *d. l. verum.* Leoninam ſiquidem 14. (apud Æſopum) aliasq; inutiles ſocietates, ICti vocitant, ubi quis damnum ſentit, non etiã lucrum percipit. *l. ſi non fuerint.* 29. §. *fin. ff. pro ſocio.* Nam in univerſum cùm ſocietas contrahitur tàm lucri, quàm damni comunio iniri debet. *l. ſi unus.* 67. *in princ. l. cum duobus.* 52. §. *penult. ff. pro ſocio.* Et maximum eſt ſocietatum vinculum, utilitatum communio, Auctore *Livio decad.* 4. *lib.* 9. quem



Digitized by Google

refert *Weſemb. ad. tit.ff.pro ſocio. Georg. Everhard. vol.* 1. *conſ.* 46. *n.* 6. Ideoq; ſocietas & confœderatio ut quis damnum ſentiat ſine lucro, propterea admittenda non eſt, quia ita naturalis eſt ſocietati utilitatum communio, ut ſine ea nequeat ſocietas conſiſtere *Hugo Grot: de jur: pac. & belli lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 24. Et in ſpecie, quod bello acquiſita, etiam comunicanda ſint inter ſocios & confœderatos multis proſequitur *Cardinal Tuſchus. pract. concl, tom.* 1. *lit. B. concl.* 40. *Hug:Grot:d. tract. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 9. 10. & 23. 24.

15 *Ampliatur primò* procedere hæc concluſio licet *inæquale* ſit *fœdus*, de cujus ſociis nunc agimus; nam quamvis inter plures, & quidem conditionis & ſtatus inæqualis, aliquando ita contrahatur, ut penes unum vel alterum ſit rerum ſumma (quò feliciùs cauſa ſuccedat, nec multitudo capitum ſit impedimento) at tamen eiusmodi inæqualitas efficere minimè poteſt, ne illi qui in fœdere minoris ſunt conditionis, de præda & lucro, pro ratâ portione, aliquid participent, cùm nec illi, cui ſe fœdere junxerunt, ſe ſubjecerint (fœderis enim nexus nullam ſubjectionem

nem parit) nec libertate ſe ſuâ privarint, ſed membra (quamvis debiliora) confœderationis ſint, utcunq; majeſtatem eius, qui in fœdere antecellit, comiter obſervent, eiusq; directione & auctoritate pleraq; peragantur. *per l. 7. §. liber. ff. de captiv. & poſtlim. revers. Modittus, ad § Principum placita. dub. 239. n. 7. latè Hug: Grotius de antiq. Batav. cap. 3. & idem de jur: bell: & pac: lib. 1. cap. 3. n. 21.* Subjecère quippe & adjunxerunt ſe fœderi, non ut ſervirent, & ſua amitterent; ſed ne ſervirent, & ſua conſervarent; confer *Bodin. de Republ: lib. 1. cap. 9. n.* 118.

*Ampliatur ſecundò* id, quod de comuni prædа participanda attuli, locum quoq; habere in altero illo diſtinctionis membro; Quamvis enim expreſſum non ſit in ſocietate & confœderationibus, ut præda & lucrum, pro ratâ portione dividatur, id tamen de jure, & ex naturâ ſocietatis ita ſemper intelligi debet, aliàs injuſta & leonina eſſet ſocietas. *l. ſi non fuerint. 29. § ult. ff. pro ſocio. VVeſem. in parat. ff. pro ſocio. n. 6.* Vnde eſt quod lucrorum communicatio, ſocietatis inchoatio dicatur. *Henning. Gœden. conſ.* 87. *n.* 11. Et ubi partes ſocietatis expreſſæ non ſunt, vide- 16.

atur contracta ſocietas ſimpliciter, pro æqualibus portionibus, per *l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio.* A*nton. Quetta, conſ. 89. n. 6.* melius tamen & cautius eſſe, in tabulis confœderationum, hic quoq modum præſcribere omninò exiſtimarem, prout quoq; ſupra monui,

17 Sed numne prædicta de ſociis & confœderatis, in participatione prædæ bellicæ, etiam obtineant in *Subditis* & *Vaſallis*, qui aliàs ob ſalutem Patriæ, Imperii, Regni &c, (cui obligati ſunt) quævis ſervitia & onera tàm perſonalia, quâm realia (ſecundum tamen cujusvis conditionem, mores & pacta) ſubire coguntur, ita ut quamvis ad prædicta obligati ſint, nihilominus prædæ & lucri fiant

18 participes: Bimembris videtur hæc quæſtio; *Primò* enim inveſtigandum; An Subditi & Vaſalli teneantur ad ſervitia militaria, propriis vel ſuperioris Domini ſumptibus; *Secundò* numne ſi ipſo facto fideles permanſerint, neceſſariò ſint recompenſandi, & partem in iis, quæ bello acquiſita ſunt, habeant;

19 Quæſtionis *primum membrum* communiter à Dd. reſolvitur, quod *Subditi* & *Cives* non ſint obſtricti Principem vel Domi-

num

num juvare, etiam ad bellum ſequi absq; ſtipendio & recompenſatione, ita tenet *Boër. deciſ. 303.* niſi tamen Princeps ad tuendam Patriam idoneos reditus habeat, vel id Reipublicæ neceſſitas, & ſalus Imperii exigat. *Bl. in l. ſi aliquam. de offic. proconſ. VVaremund. ab Erenberch. tract. de Reng. Subſid. paſſim.* Et poſt multos à ſe citatos *Vaſqui. illuſtr. controv lib. 1. cap. 6. n. 4.* Hoc ſiquidem caſu, ubi periculum totius corporis imminet, & ſalus univerſorum in diſcrimine eſt, ſingula membra, ne ſimul intereant, vel à corpore ſuo avellantur, vires ſuas integras impendere tenentur. Rebus pacatis, & Germanici 20.
Imperii membris ſub uno capite conſonantibus, quid quemvis facere oporteat, ex conſtitutionibus Imperii manifeſtum eſt, tempora & ſecula turbata, medicamenta fortiora requirunt, & terminos excedere ſolent.

Quod *Vaſallos* attinet, deciſio feudalis 21.
eſt, eos ſuis, non Domini ſumptibus ſervitia ex feudo debita præſtare teneri, *arg. l. ſuo victu. 18. l. quod niſi. 20. ff. de oper. libert. Lud. Schrader. part. 9 ſecund. part. princ. ſect. 5. n. 28. 31.* Quod vel maximè veriſſimum eſt, 22.
ſi feudum ſit magnum, lautum & pingue *arg.*



Digitized by Google

*l. aut certè. 19. ff. de oper. libert. Zaſ. in epit. feud. part. 7. feud. n. 44. & ſeq: Brocholt. de feud. cap. 1. n. 26. Roſenth. in Synopſ. feud. cap.*
23 *8. concl. 30. Vaſqui. d. cap. 6. n. 4.* Ut nunc ad prætactæ quæſtionis *membrum alterum* me accingam, an ſcilicet Subditus vel Vaſallus, ob debita ſervitia, ſive perſonalia ſive realia præſtita, ſupremo Principe beneficium vel recompenſationem exſpectare debeat? Meum ſanè non eſt, Principis liberalitati præſcribere; ſciet enim præmia, ex gratia, & ob benè merita diſtribuere Princeps, atque ita de iis, quæ mediante victoriâ, divinum conceſſit numen, diſponere, ut afflicti, omniq; fortunâ agitati, & ob publicam cladem ad miſeriam redacti Subditi & Vaſalli, meritò dicere queànt, cum *Claudiano de laudib: Stili con: Paneg: 2.*

24 Sub tot Principibus, quæcunq; amiſimus
Tu reddis - - - - (olim.

adde pluribus *Hug: Grot: d. lib. 3. c. 6. n. 24.*

Hactenus de Sociorum, Subditorum, & Vaſallorum regreſſu ad bona immobilia hoſtium, jure belli occupata, diximus; Quæ tamen omnia ſecundum libertatem Subditorum & Vaſallorum, Leges & jura cujusvis Im-

Imperii & Regni ita intelligenda ſunt, ne cuipiam injuria fiat, ſed merces & portio debita maneat. Nunc ad milites, & qui ipſo opere ſe benè meritos fecêre me vertam, quidq; illis ex ſpoliis, prædâ, aliisq; bonis immobilibus, omni jure debeatur, paucis inquiram; *Leges civiles*, quoad immobilia (de quibus nunc agimus) ſuum præſcribunt 25. modum, Jubent enim prædia ſive agros aut vendi, aut militibus pro emerito aſſignari. *l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. domin. l. Lucius.* 11. *ff. de eviction. Cujac. lib. 19 obſ. cap. 7.* de modo dividendi ubivis gentium uſitato latè agit *Grotius d. cap. 6. Alexander Severus* (*Lampridio teſte in eod*; ) *ea quæ de hoſtibus ca-* 26 *pta ſunt, limitaneis Ducibus & militibus donavit, ita ut eorum ita eſſent, ſi heredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens attentiùs eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent; Addidit ſanè his & animalia & ſervos, ut poſſent colere quod acceperant, ne per inopiam hominum vel per ſenectutem poſſidentium, delererentur rura vicina Barbariæ, quod turpiſſimum ille ducebat.*

Hunc quoq; morem poſtea inſecutus 27 eſt *Conſtantinus Magnus*, de quo ita *Pompejus Lætus*

Digitized by Google

*Lætus in ejuſd. vita. Illud conſtat ab initio* (Conſtantinum Magnum) *ſanxiſſe, ut agri, villæ, oppida, quæ ad victum emeritorum contributa erant, ad hæredes tranſirent; Vnde milites ſibi magis obnoxios ac deditos reddit; prius ex veteri conſuetudine Tribunis, Præfectis, Comitibus & Ducibus, qui pro augendo Imperio conſenuerant, dabantur agri, villæq;, ut neceſſaria ſuppeterent, quo viverent, parochias vocabant*, Atque hinc jura feudorum originem traxiſſe nonnulli volunt; quâ de re tamen prolixiùs agunt *Feudiſtæ, Roſenthal, Schraderus, Vulteius, Rittershuſius* & plurimi alii. Cùm itaq; ad præmia demeritorum
25 in bello devenerimus, illud apud Romanos peculiare fuit, quod in honoribus & præmiis diſtribuendis, ſtatum, genus & familiam non inſpexerint; ſed virtutem & benefacta; Hoc exemplum laudatiſſimi Imperatores, Reges & principes meritò in ſequuntur, licet alios regulos, qui potius majorum inſigniis, & opinione antiquitatis familiæ, quam propriâ virtute & heroicis factis coruſcare malunt, hoc non parùm mordeat. *De Romanis* memorabile exemplum refert *Lehman: in Chronic: Spirenſ. lib. 1 cap. 15.* quod ejuſdem verbis inſeram.

Tibe-

Tiberius Claudius Druſus, Imperator Heroibus ſuo tempore per Galliam comatam claris in præmium meritorum non modo conferebat jura Civica, ſed ad ſenatum quoq; Romanorum deferebat, dignos hos eſſe, qui ob fortitudinis laudem ſenatorum Ordini adhiberentur. *U*nde ratum inter imperatorem & ſenatum diſſidium haud vulgare de recipiendis & aſſumendis ad tantam dignitatem peregrinis: Senatus enim obtendebat, rem eſſe plane novam & hactenus inauditam, ubi eſſet Romanorum fortiſſimorum abundantia, Curiam opplere exteris, Cæſar ex adverſo reſpondiſſe fertur: Omnia P: C: quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuêre, inveteraſcet & hoc quoq;, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit; Quæ etiam ſententia vicit (& forſan haud immeritò) cum virtute & heroicis factis ita ſe geſſerint prædicti, atque hodiè id faciant alii, ut cum Cæſare poſt pugnam *Pharſalicam* apud *Lucanum* dicere potuerint, & adhuc poſſint;

- - - ſupereſt pro ſanguine merces
Quam monſtrare meum eſt, nec enim donare vocabo
Quod ſibi quiſq; dabit. - -

Huc-

29 Hucuſq; de bonis immobilibus hoſti, eiusq; ſociis ablatis, & cui eadem adiudicanda ſint; prodit nunc *Secunda ſpecies*, ubi bona immobilia, quæ ad noſtros ſocios, vel tertium pertinuêre, & bello vel recuperata vel boni publici causâ occupata ſunt, cui nimirum hæc reſtitui debeant, & quomodo?

30 Duobus autem modis hujusmodi bona periculo belli immiſceri videmus; *Primò*, ſi hoſtis bona quædam, Caſtellum, Civitatem &c. quæ ad ſocios noſtros, vel alium quempiam tertium, nobis non inimicum pertinent, ſuæ reſiſtentiæ & utilitatis causâ occupet; *Secundo* ſi ob publicum vel commune commodum, eadem nos occupavimus, munivimus, vel deſtruximus &c. *Caſu*

31 *priori* dubium exoritur, cuinam loca iſta recuperata reſtitui debeant? ſi jus gentium reſpicimus, agit *Hugo Grotius d. tract. cap. 6. n. 7.* quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea

32 non poſſunt vindicari ab his, qui ante hoſtes noſtros, ea poſſederant, & bello amiſerant; Quia jus gentium hoſtes primùm Dominos

33 fecit domino externo, deinde nos. Quo jure inter alia ſe tuetur *Jephtes* contra *Ammonitas*, quia ager ille, quem *Ammonitæ* vindicabant

dicabant belli jure ab *Ammonitis*, ut & pars
alia â *Moabitis* ad *Amoræos*, ab *Amoræis* ad *He-*
*bræos* tranſiſſet; Sic & *David*, quod ipſe *Ama-*
*lecitis*, *Amalecitæ* anteà *Palæſtinis* eripuerant,
pro ſuo habet & dividit; *Iudic. XI. 23.24.27.*
*1. Sam*: 30. 20. Eàdem ratione retentam 34
*Syriam* à *Romanis* *Appianus* notat, nec red-
ditam *Antiocho Pio, cui eam eripuerat Tigra-*
*nes hoſtis Romanorum*; ſed & eas Galliæ par-
tes, quas *Gallis* ademerant *Cimbri*.

Verum *exemplis* hiſce (ad quæ poſteà re- 35
ſpondebitur) nihil territi; Illa mihi vera,
æqua, & pia ſententia eſſe videtur, quæ ſo-
ciis noſtris, vel tertio cuidam amico, ab
hoſte, noſtri cauſâ ablata à nobis verò recu-
perata, priori & antiquiori Domino adjudi-
cat; *Verum* enim eſt (ait *Pomponius. in l. ſi ca-*
*ptivos.20.ff.de captiv.&poſtlim.revers.*) *expul-*
*ſis hoſtibus ex agris, quos cæperint, Dominia eo-*
*rum ad priores Dominos redire, nec aut publicari*
*aut prædæ loco cedere, publicatur enim ille ager,*
*qui ex hoſtibus captus ſit*; ſunt & alii expreſſi
textus *in l.16.&19.d.tit*: Unde & *Fridericus*
*Imperator tractatu de pace Conſtantiæ* facto,
cum *Civitatibus Italiæ. §. poſſeſſiones omnes.*
Idem ſtatuere videtur, & ibid. colligit *Bal-*
*dus*

Digitized by Google

29 Hucuſq; de bonis immobilibus hoſti, eiusq; ſociis ablatis, & cui eadem adiudicanda ſint; prodit nunc *Secunda ſpecies*, ubi bona immobilia, quæ ad noſtros ſocios, vel tertium pertinuêre, & bello vel recuperata vel boni publici causâ occupata ſunt, cui nimirum hæc reſtitui debeant, & quomodò?

30 Duobus autem modis hujusmodi bona periculo belli immiſceri videmus; *Primò*, ſi hoſtis bona quædam, Caſtellum, Civitatem &c. quæ ad ſocios noſtros, vel alium quempiam tertium, nobis non inimicum pertinent, ſuæ reſiſtentiæ & utilitatis causâ occupet; *Secundo* ſi ob publicum vel commune commodum, eadem nos occupavimus, munivimus, vel deſtruximus &c. *Caſu*

31 *priori* dubium exoritur, cuinam loca iſta recuperata reſtitui debeant? ſi jus gentium reſpicimus, agit *Hugo Grotius d. tract. cap. 6.*

32 *n. 7.* quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſunt vindicari ab his, qui ante hoſtes noſtros, ea poſſederant, & bello amiſerant; Quia *j*us gentium hoſtes primùm Dominos

33 fecit domino externo, deinde nos. Quo jure inter alia ſe tuetur *Iephtes* contra *Ammonitas*, quia ager ille, quem *Ammonitæ* vindicabant

dicabant belli *jure* ab A*mmonitis*, ut & pars alia â *Moabitis* ad *Amoræos*, ab *Amoræis* ad *Hebræos* tranſiſſet; Sic& *David*, quod ipſe *Amalecitis*, *Amalecitæ* anteà *Palæſtinis* eripuerant, pro ſuo habet & dividit; *Iudic. XI.* 23, 24. 27. 1. *Sam* : 30. 20. Eàdem ratione retentam 34 *Syriam* à *Romanis Appianus* notat, nec redditam A*ntiocho Pio*, *cui eam eripuerat Tigranes hoſtis Romanorum*; ſed & eas Galliæ partes, quas *Gallis* ademerant C*imbri*.

Verum *exemplis* hiſce ( ad quæ poſteà re- 35 ſpondebitur ) nihil territi; Illa mihi vera, æqua, & pia ſententia eſſe videtur, quæ ſociis noſtris, vel tertio cuidam amico, ab hoſte, noſtri cauſà ablata à nobis verò recuperata, priori & antiquiori Domino adjudicat; *Verum* enim eſt(ait *Pomponius. in l. ſi captivos.20.ff.de captiv.&poſtlim.revers.*)*expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperint, Dominia eorum ad priores Dominos redire,nec aut publicari aut prædæ loco cedere, publicatur enim ille ager, qui ex hoſtibus captus ſit*; ſunt & alii expreſſi textus *in l.16.&19.d. tit* : Unde & *Fridericus Imperator tractatu de pace Conſtantiæ* facto, cum *Civitatibus Italiæ*. *§. poſſeſſiones omnes*, Idem ſtatuere videtur, & ibid. colligit *Baldus*

Digitized by Google

29 Hucuſq; de bonis immobilibus hoſti, eiusq; ſociis ablatis, & cui eadem adiudicanda ſint; prodit nunc *Secunda ſpecies*, ubi bona immobilia, quæ ad noſtros ſocios, vel tertium pertinuêre, & bello vel recuperata vel boni publici cauſâ occupata ſunt, cui nimirum hæc reſtitui debeant, & quomodò?

30 Duobus autem modis hujusmodi bona periculo belli immiſceri videmus; *Primò*, ſi hoſtis bona quædam, Caſtellum, Civitatem &c. quæ ad ſocios noſtros, vel alium quempiam tertium, nobis non inimicum pertinent, ſuæ reſiſtentiæ & utilitatis cauſâ occupet; *Secundo* ſi ob publicum vel commune commodum, eadem nos occupavimus, munivimus, vel deſtruximus &c. *Caſu*
31 *priori* dubium exoritur, cuinam loca iſta recuperata reſtitui debeant? ſi jus gentium reſpicimus, agit *Hugo Grotius d. tract. cap. 6.*
32 *n. 7.* quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſunt vindicari ab his, qui ante hoſtes noſtros, ea poſſederant, & bello amiſerant; Quia jus gentium hoſtes primùm Dominos
33 fecit domino externo, deinde nos. Quo jure inter alia ſe tuetur *Iephtes* contra *Ammonitas*, quia ager ille, quem *Ammonitæ* vin-

dicabant

dicabant belli jure ab *Ammonitis*, ut & pars
alia â *Moabitis* ad *Amoræos*, ab *Amoræis* ad *He-*
*bræos* tranſiſſet; Sic & *David*, quod ipſe *Ama-*
*lecitis*, *Amalecitæ* anteà *Palæſtinis* eripuerant,
pro ſuo habet & dividit; *Iudic. XI. 23. 24. 27.*
*1. Sam*: 30. 20. Eàdem ratione retentam 34
*Syriam* à *Romanis Appianus* notat, nec red-
ditam *Antiocho Pio*, *cui eam eripuerat Tigra-*
*nes hoſtis Romanorum*; ſed & eas Galliæ par-
tes, quas *Gallis* ademerant *Cimbri*.

Verum *exemplis* hiſce (ad quæ poſteà re- 35
ſpondebitur) nihil territi; Illa mihi vera,
æqua, & pia ſententia eſſe videtur, quæ ſo-
ciis noſtris, vel tertio cuidam amico, ab
hoſte, noſtri cauſà ablata à nobis verò recu-
perata, priori & antiquiori Domino adjudi-
cat; *Verum* enim eſt (ait *Pomponius. in l. ſi ca-
ptivos. 20. ff. de captiv. & poſtlim. revers.*) *expul-
ſis hoſtibus ex agris, quos ceperint*, *Dominia eo-
rum ad priores Dominos redire, nec aut publicari
aut prædæ loco cedere, publicatur enim ille ager,
qui ex hoſtibus captus ſit*; ſunt & alii expreſſi
textus *in l. 16. & 19. d. tit*: Unde & *Fridericus
Imperator tractatu de pace Conſtantiæ* facto,
cum *Civitatibus Italiæ. §. poſſeſſiones omnes.*
Idem ſtatuere videtur, & ibid. colligit *Bal-*

*dus*

Digitized by Google

29 Hucuſq; de bonis immobilibus hoſti, eiusq; ſociis ablatis, & cui eadem adiudicanda ſint; prodit nunc *Secunda ſpecies*, ubi bona immobilia, quæ ad noſtros ſocios, vel tertium pertinuêre, & bello vel recuperata vel boni publici causâ occupata ſunt, cui nimirum hæc reſtitui debeant, & quomodo?

30 Duobus autem modis hujusmodi bona periculo belli immiſceri videmus; *Primò*, ſi hoſtis bona quædam, Caſtellum, Civitatem &c. quæ ad ſocios noſtros, vel alium quempiam tertium, nobis non inimicum pertinent, ſuæ reſiſtentiæ & utilitatis causâ occupet; *Secundo* ſi ob publicum vel commune commodum, eadem nos occupavimus, munivimus, vel deſtruximus &c. *Caſu*
31 *priori* dubium exoritur, cuinam loca iſta recuperata reſtitui debeant? ſi jus gentium reſpicimus, agit *Hugo Grotius d. tract. cap. 6. n. 7.* quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea
32 non poſſunt vindicari ab his, qui ante hoſtes noſtros, ea poſſederant, & bello amiſerant; Quia jus gentium hoſtes primùm Dominos
33 fecit domino externo, deinde nos. Quo jure inter alia ſe tuetur *Iephtes* contra *Ammonitas*, quia ager ille, quem *Ammonitæ* vin-

dicabant

dicabant belli *jure* ab *Ammonitis*, ut & pars alia à *Moabitis* ad *Amoræos*, ab *Amoræis* ad *Hebræos* tranſiſſet; Sic & *David*, quod ipſe *Amalecitis*, *Amalecitæ* anteà *Palæſtinis* eripuerant, pro ſuo habet & dividit; *Iudic. XI. 23. 24. 27. 1. Sam*: 30. 20. Eàdem ratione retentam 34
*Syriam* à *Romanis Appianus* notat, nec redditam Antiocho *Pio*, *cui eam eripuerat Tigranes hoſtis Romanorum*; ſed & eas Galliæ partes, quas *Gallis* ademerant Cimbri.

Verum *exemplis* hiſce ( ad quæ poſteà re- 35
ſpondebitur ) nihil territi; Illa mihi vera, æqua, & pia ſententia eſſe videtur, quæ ſociis noſtris, vel tertio cuidam amico, ab hoſte, noſtri cauſâ ablata à nobis verò recuperata, priori & antiquiori Domino adjudicat; *Verum* enim eſt (ait *Pomponius. in l. ſi captivos. 20. ff. de captiv. & poſtlim. revers.*) *expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperint, Dominia eorum ad priores Dominos redire, nec aut publicari aut prædæ loco cedere, publicatur enim ille ager, qui ex hoſtibus captus ſit*; ſunt & alii expreſſi textus *in l. 16. & 19. d. tit*: Unde & *Fridericus Imperator tractatu de pace Conſtantiæ* facto, cum *Civitatibus Italiæ. §. poſſeſſiones omnes*, Idem ſtatuere videtur, & ibid. colligit *Baldus*

Digitized by Google

dicabant belli *jure* ab A*mmonitis*, ut & pars alia à *Moabitis* ad *Amoræos*, ab *Amoræis* ad *Hebræos* tranſiſſet; Sic& *David,* quod ipſe *Amalecitis*, *Amalecitæ* anteà *Palæſtinis* eripuerant, pro ſuo habet & dividit; *Iudic. XI. 23.24.27. 1. Sam*: 30. 20· Eàdem ratione retentam 34
*Syriam* à *Romanis Appianus* notat, nec redditam A*ntiocho Pio*, *cui eam eripuerat Tigranes hoſtis Romanorum*; ſed & eas Galliæ partes, quas *Gallis* ademerant C*imbri*.

Verum *exemplis* hiſce (ad quæ poſteà re- 35
ſpondebitur) nihil territi; Illa mihi vera, æqua, & pia ſententia eſſe videtur, quæ ſociis noſtris, vel tertio cuidam amico, ab hoſte, noſtri cauſà ablata à nobis verò recuperata, priori & antiquiori Domino adjudicat; *Verum* enim eſt(ait *Pomponius. in l. ſi captivos.20.ff.de captiv.&poſtlim.revers.*)*expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperint*, *Dominia eorum ad priores Dominos redire,nec aut publicari aut prædæ loco cedere, publicatur enim ille ager, qui ex hoſtibus captus ſit*; ſunt & alii expreſſi textus *in l.16.&19.d. tit*: Unde & *Fridericus Imperator tractatu de pace Conſtantiæ* facto, cum *Civitatibus Italiæ. §. poſſeſſiones omnes.* Idem ſtatuere videtur, & ibid. colligit *Baldus*

*dus in verb: poſſeſſiones.* Quòd poſſeſſiones perditæ in bello, ſi recuperantur, debent reſtitui prioribus Dominis, qui ſi eas ipſi recuperant, in illis ſunt defendendi & tuendi, atque hoc ex clara D d. ſententia, quòd rem alienam nemo ſine peccato mortali detinere queat, quam multis corroborat poſt alios *Leonh: Leſſ. de juſt: & jur lib: 2. c. 12. dubid. 3. 4. & ſeq.* Idem moderno Imperii jure cautum tradit. *Denais. de jur: Cam. tit. 213 n. 4.* adde R. A. zu Augſpurg *de anno 1500.* §. Und ob uns GOtt. Nec etiam rationibus tratiotio hæc caret; Nam cùm *primò* Sociorum,
36. aliorumvè vicinorum caſtra, civitates, & loca, noſtri causâ ab hoſte occupata, oppugnata, capta vel diruta ſint, cur eadem recuperata, non deberent priſtinis Dominis reſtitui, & quam ob cauſam afflictis afflictionẽ addere & damnum paſſis, majus adhuc inferre vellemus? *Secundò* quòd Socii & amici noſtri, hoſti viciniores, magis quàm alii patiuntur, ex eo fit, quòd noſtri defendenti causâ, bellum eò divertimus, id ſiquidem prudentis eſt, aliàs in proprio territorio damnum paſſurus (*per le preventioni & diverſioni, ſi vincono le guere*, ajunt *Itali*; præveniendo

endo & divertendo bellum, vincitur ) ergò quod ob communem cauſam aliis adimitur, id illis neutiqvam præjudicio erit. Atque ita in puncto juris ſtatuunt *Weſemb. in parat. ff. de captiv. & poſtlim. revers. n. 5. Hug. Grotius tract. de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 9. n. 13. Johan. de Lignano tract: de bello in 6. cap. An capta in bello efficiantur capientium. Et alii relati ab Ant. Quetta. conſ. 12. n.* 2. ubi & ipſe in terminis. *& conſ.* 53. *n.* 14.

Arbitrarer itaq;, illa quæ ſub *n.* 33. 34. 37.
adducta ſunt exempla, vel eſſe *primò* intelligenda, de iis, qui nec Socii, nec amici recuperantium ſunt, & qui vel propriâ culpâ, vel alio tempore bona amiſerunt, quæ nunc recuperata ſunt; Sive *Secundò* quia 38
bona recuparata, à recuperatore retinentur, ob ſumptus bellicos pro recuperatione factos; Sumptus enim bellicos licet non à Sociis (quando aliàs contribuunt, & auxilium pro debitâ portione præſtant) à vicinis tamen & aliis quos armis noſtris juvavimus, rectè repeti, indubitati juris eſt; Seu deniq; *Tertiò*, quoniam nonnunquam in 39
hiſce caſibus, *ex corpore facti potiùs, quàm juris* procedi ſoleat. Ita ut non ſine causâ



Digitized by Google

*Comnæus Comm. lib.* 10. *in fin.* Regum & Principum potentiorum injuſtitiam & pœ-
40 nas infernales deplorans, ſcribere auſus ſit; *Quòd nulli ferè ſint, aut pauci admodum Principes, qui poſteaquam ſemel aliquid occuparint, quocunq; modo reſtituere id velint; Nam neq; ratio, neq; jurisjurandi religio, neq; metus divini numinis, neq; æquitas ulla, nec inferni cruciatus perpetui, movere illos poſſunt, ut quod alienũ eſt, quod à ſe malâ fide poſſideri ſciunt, reddant.* Hæc *Cominæus* aulicus pius & rarus; Idem
41 *de Venetis* conqueritur *in Comment. de bell. Neapol. lib. 5. pag. (m)* 913. & appoſitè ad præſentem materiam *Philippus Boſquier. inter ſua opera tract. de finib. bonor. & malor. libr. 2. concion.* 15. §. 2. hiſce verbis memoriæ tradit: *Miror quâ ſpe, Reges, regnorum urbiumvè, mox ſuarum invaſores de vitâ exeant, neq; reſtitutis illis neq; ullâ de reſtituendis, diſtinctâ præceptione hæredibus datâ, miror magis ab hæredibus, nullo judicii hujus (extremi) metu poſſideri.* Et pergit: *Facetè quidem mihi olim ajebat; ex Regibus ultimum duntaxat damnatum iri. Quod primi dum moriuntur poſteris imperent, re ſe, & ære alieno liberari, poſteri itidem nepotibus, illiq; Succeſſoribus; ultimus vero*

*verò nulli, ita tutò ſatis à primo Regni poſſide-*
*ri; Sed ludere hoc erat* (addit auctor) *in re*
*non ludicra.* Neſcio annon perſimilis, Re- 42
gum, principum aliorumq; Magnatum ſit
excuſatio, qui contra comunem, omnibusq;
præſcriptam juris divini & humani regulam:
*Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatũ*
*c. peccatũ. de R. I. in 6.* adulatorum quorundam
præſcripto, omnium (ſæpenumerò juſta
querulantium, & vi, non jure ablata peten-
tium) actiones in officiales & conſiliarios
conjiciunt, & ſub velamine litis prudentiæ,
vel juris per ſententiam nondum determi-
nati, malefacta ſua tegere ſatagunt, atq;
ita conſcientiam tutam ſibi perſuadent,
quorſum etiam alludit *Trajanus Boccalin. nel-*
*la pietra del paragone politico* ubi agit de ſum-
ma Reverendiſs. Cardinalis de Toledo. 43

Ad *Secundum modum*, qvo bona ſocio-
rum, vel alterius tertii à ſupremo Principe,
neceſſitatibus bellicis applicantur, nunc
progredior; ubi hoc dubium incidit; An-
nè liceat Imperatori, Regi, vel alii ſupre-
mo Principi, Subditi, vel etiam tertii ali-
cujus amici, civitatem, caſtrum, fortaliti-
um, vel aliud prædium occupare, idq;, pro-
ut neceſſitas defenſionis vel offenſionis e-

xigere videtur, munire, vel è contra deſtruere, profanare &c? In quo dubio, præſuppoſitâ neceſſitate, *affirmativam* communiter receptam video.

44 Licet enim Imperator, Rex, Princeps (nedum vicinus qviſpiam, vel alius qui eſt paris conditionis, & nullum in eum, de cujus prædio occupando loquimur, habet imperium) ſive ex ordinariâ, vel extraordinariâ, & plenitudine (quam appellant) poteſtatis, nemini jus, bonavè ſua, ſive eadem ex gentium vel civili jure poſſideat, ſine causâ auferre vel adimere poſſit, per ea, quæ tradunt *Petr.* Peckius *ad c. indultum.* 17. *n.* 2. *de Reg. jur. in* 6. *& c. decet.* 16. *n.* 1. *ibid.* *Ludov. Molina. de primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 29. *Ant. Gabriel. Rom. libr.* 3. *comm. concluſ. tit. de non tollend. jur. quæſt. concl.* 1. *n.* 17. *Arius Pinell. latiſſimè in rubr. C. de reſcind. vend. cap.* 2. *n.* 4. *& ſeq.* Ant. *Theſaur. deciſ. pedemont.* 10. *n.* 1. pulchrè *Franciſc. Hottom. illuſtr. quæſt.* 1. *pag.* (*m*) 7. *& paſſim*; vide præter hoſce, relatos *à* Carolo *Tapia de*
45 *conſt. princip. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 49. *& ſeq.* Attamen recenſiti auctores, & alii mox citandi, unanimiter ſtatuunt, Imperatorem, Regem, Principem aliosq; Superio-

rio-

riores, *ex juſtâ causâ*, & præſertim ob *publicam ſalutem, neceſſitatem, & utilitatem*, maximè ob imminens periculum belli (de quo caſu nunc loquimur) bona immobilia qvæcunvis (caſtra, civitates atque alia loca) occupare, munire, præſidio cuſtodire, immò etiam ædificia tàm ſacra, quàm profana deſtruere, & ad uſum belli applicare poſſe, ita ut hâc ratione ſe meliùs defendere, vel hoſtem offendere queat, ita tenent & rationibus firmant *Mynſing. cent. 5. obſ. 97. per tot. And. Gail. lib. 2. obſ. 56. n. 28.* ubi quoad noſtrum propoſitum ſubdit, quòd Suburbia civitatis tempore belli diruere liceat, ne ſcilicet hoſtibus ſint adjumento, & civitati offenſioni, quod & ad Eccleſiam, locaq; ſacra extendit. *Pet. Peckius de repar. Chriſti Eccleſ. cap. 8. n. 1. Johann. de Turre cremata. ad c. Sanctorum.* 10. *quæſt.* 1. *n.* 4. *Ant. Gabriel. Roman. comm. concluſ. lib.* 3. *tit. de jure quæſit. non toll. concl. 1. & ſeqq. Camill. Borell. in ſum. deciſ. tit.* 12. *n.* 20. rationes ſubtiles adducit *Hug. Grotius tract. de jure belli & pac. lib. 2. cap. 2. n. 6. 9. &* 10. *lib. 3. cap. 1. n. 2. 5.* ubi allegat *Victoriam de jure belli n. 18. 39. & 55. Peck. de tractat. capit. 6. n. 5. & in comm. ad cap. nemo poteſt plus.*

*79. item c. damnum. n. 4. & ſeqq. de R. l. in 6.* *Coavar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. n. 6. Vaſqui. 1. controv. illuſtr. cap. 5. n. 9. Carol. Tapia ad rubr. ff de conſtit. princ. cap. 1. n. 59. & ſeqq.* qui plures alios allegat, & concluſionem præ-
46 ſentem ſatis amplificant. Quomodo autem hæcce publica utilitas & neceſſitas probanda, & num in Principe præſumatur, nunc
47 in conſiderationem venit? Et cùm *Doctores* communiter omnes in hoc caſu, inter jus naturale & gentium ac demum *jus poſitivum* diſtinguant, ita ut ſi princeps, contra ea, quæ jure naturæ & gentium introducta ſunt, agat vel diſponat, tunc juſta cauſa pro Principe non præſumetur, ſecus ſi contra jus poſitivum; cùm verò in noſtro caſu manifeſtum ſit, Principem vel Superiorem, tertio, (ſive Subdito ſive non) jus & bona ſua auferendo, occupando, deſtruendo, non ſolum contra jus poſitivum, ſed etiam contra jus gentium agere, ſiquidem proprietas & rerum dominia ex jure gentium ſint, quo ſcilicet jure, agris limites poſiti, rerumq; dominia diſtingui cœperunt. *l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur.* adeò, ut reſponderit *Anchoran.* & eum ſecutus *Folinus in c. quæ in Eccleſia, de conſtit.* quod ſi Princeps rem

rem meam per reſcriptum concedat alteri,
ego in conſcientia non ſim obligatus obedi-
re. Quapropter juſtum utilitatis & neceſſi- 48
tatis publicæ cauſam, in noſtris terminis, in
Principe vel alio Superiori non præſumi
(niſi eadem evidenter appareret) omninò
ſtatuendum arbitrarer; per ea, quæ latè &
fusè tradunt; *Maſcard. de probation. Volum.*
*1. concluſ. 275. & 276. per tot. Menoch. de re-*
*cuper. poſſ. rem. 8. n. 19. & ſeqq. Borell. in*
*Summ. deciſ. tit. 60. n. 22. Gabriel. Roman. con-*
*cluſ. lib. 3. tit. de jur. quaſit. non tollend. concl.*
*3. Gail. d. lib. 2. obſ. 56. & 58. per tot. Mynſing.*
*cent. 4. obſ. 8. Tapia ad d. rubric. cap. 1. & 2. paſ-*
*ſim.* Deniq; utcunq; publica utilitas & ne- 49
ceſſitas hæc & alia ſæpè admittat, ceſſante
tamen neceſſitate, & jus ipſum privilegia-
tum ceſſare debet, ideoq; etiam ea, quæ
prædictâ utilitate & neceſſitate efflagitante,
Subdito, ſeu alii cuipiam tertio non hoſti a-
dempta, ablata, deſtructa, vel alio modo
occupata ſunt (uti dixi) non durante am-
pliùs neceſſitate, eidem, vel ejusdem hære-
dibus reſtituere oportet; Alia namq; eſt ra-
tio horum bonorũ, & alia illorum, quæ hoſti-
bus propria, & iisdẽ tempore belli auferun-



Digitized by Google

50 tur; & ceſſante causâ occupationis, ceſſare quoq; debet ipſa occupatio; Item quod ex certâ causâ ad tempus certum conceſſum eſt, hoc elapſo denegatum & prohibitum cenſetur *l. ſi unus 28. §. 1. l. epiſtola. 53. §. fin. ff. de pact. Tiraquell. de retract. convent. §. 1.*
51. *gloſſ. 2. n. 44. 45.* Cùm enim *Secundò* Imperatorum & Principum ſit, defendere bona civium, abſurdiſſimum eſſet, eadem per milites ſuos recuperata, retinere, & ſibi incorporare velle. *Ant. Quetta. conſ. 12. n. 2.*
52 Atque huc facit *Tertiò*, quòd quando *jus* publicum propter occupationem eſt ſopitum, ceſſante illâ occupatione reſtituatur, & redintegretur juri publico, quoniam jus poſtliminii non minùs locum habet in perſonis; quàm bonis immobilibus, uti in terminis annuit *Azo. in ſum. C. de captiv. coll. 1. ibi: nunc de Secundo.*

53 Nec minùs *quartò*, quod exigente neceſſitate conceſſum eſt, in argumentum trahi non debet, ſed confeſtim, neceſſitate ceſſante, caſſandum, & in integrum reſtituendum, neceſſitas enim idem quod præſtat, eadem depretiat; ait *Tertullianus ad uxorem*, referente *Petr. Ærodio. rer. jud. lib. 10. tit. 3. cap. 1.*

*cap.*1. Unde rectè ad propoſitum *Innocentius. in c. quod pro neceſſitate.*1. *quæſt.*1. inquit; quod pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate, debet ceſſare pariter, quod urgebat, quia alius eſt ordo legitimus, alia uſurpatio; pulchrè doctiſſimus *Peckius in c. in argumentum.* 88. *n.* 5. *de R. Jur. in* 6. *Hugo Grot. Sæpè citato tract. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 13. *& alij relati à Carolo Tapia ad d. rubric. cap.* 1. *n.* 76.

Sed numnè in hanc reſtitutionem, etiam *Sumptus bellici*, & *damna* perpeſſa, tàm activè, quàm paſſivè veniant? non ſine diſtinctione explicatur (tetigi etiam hanc rem *ſupra ead. n.* 38.) Quod itaq; expenſas & ſumptus belli attinet, qui ad loci expugnationem, vel fortificationem impenſi ſunt, omninò videndum, an *Domini loci*, vel *Superioris* rem occupantis cauſâ, facti ſint. 54 55
*Primo caſu*, ſi propterea expugnatio vel munitio alicujus loci fiat, ut Domino immediato, ſeu loci, idem conſervetur, vel reſtituatur, tunc rurſus diſtinguendum, *inter belli ſocios*, qui ſimul ſanguinem, ſubditos, & bona expendêrunt; *Et inter vicinos aliumvè tertium*, qui nil tale egit; *Ab illis* (ſi prædi- 56



Digitized by Google

ꝭto modo fœderis jura obſervarint ) nihil exigendum; *Ab hiſce* quicquid impenſum fuit poſtulari, & refundi debet; nemo enim ſuis ſumptibus, alii inſervire tenetur per jura vulgaria. Atq; hinc ſæpenumerò tot civitatum, aliorumq; locorum retentiones originem trahunt, & in tantum tollerantur, donec ſumptus belli refundantur, exempla in aprico ſunt. *Secundo caſu*,
57 quando Superior, qui bellum gerit, & locum alterius occupavit, in ſui utilitatem principaliter, in eundem locum, caſtrum, civitatem, vel defendendo, muniendo, vel expugnando & deſtruendo aliquid impendit, licet hoc Domino loci per conſequentiam proſit, nec tamen Superior occupans ejusmodi ſumptus repetere poterit, argumento à contrario ſenſu *ex l. ſi abſente 48. pr. ff. de uſufruct. text. in l. ult. ff. de impens. in res dot: fact. l. 2. §. idem Labeo. 28. verſ. cum e-*
58 *nim ff. ne quid in loc. publ.* Inſpicitur namque quod principaliter, non quod in conſequentiam fit; *l. 1. ff. de auctor. tutor: Laudens. tract. de caſt. quæſt. 6.* Idem de damno in civitate, caſtro, vel villâ, expugnata, occupata fortificata, ſuburbiis & ædificiis deſtru-

ꝭtis

ctis, in eo maximè caſu ſtatuendum, cùm vicinus vel tertius alterius occupantis vel deſtruentis causâ aliquid patitur. Quia teſte *Julio Paulo* adjuvari nos, non decipi beneficio oportet. *l. incommodo §. Sicut autem. ff. commodati.* Ita in caſu Eccleſiæ tempore belli deſtructæ perdoctè tradit *Petr. Peck. alleg. tract. de Eccleſ. repar. cap. 4. 5 & 8.* Idq; in genere proſequitur *idem in comm. ad c. nemo poteſt. 79 n. 2. cum ſeqq. de R. I. in 6. ubi vide n. 3.* perbellam limitationem in ædificiis vel aliis operibus, publicis mœniis ſociatis & cohærentibus, & in terminis *Ferdin. Vaſqui. illuſtr. controv. lib. 1. cap. 6. n. 1. & ſeqq.*

Hancq; de reſtitutione & recompenſatione expenſarum & damni ſententiam, præſenti in caſu, æquitati, juſtitiæ & rationi conſentaneam eſſe, tradit *Gail. lib. 2. obſ. 56. n. 8 & 9.* quod idem confirmant *Roland. à Valle vol. 2. conſ. 1. n. 121. 122. Vdalric. Zaſius conſ. 10. n. 6. & ſeqq. Borell. de Magiſtr. edict. lib. 2. cap. 7. n. 28. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. n. 78.* Et alii relati à *Carol. Tapia ad d. rubr. cap. 1. n. 75.* adde *Ferdin. Vaſqui. illuſtr. controv. libr. 1. cap. 5.* & paſſim ubi ſatis juridicè & Chriſtianè de hac materia diſ-

Digitized by Google

diſcurrit. A quibus *diſſentire* videtur *Prukman.* §. *ſoluta poteſtas. cap. 4. effect. 5. n. 15. & ſeqq.* Cujus forſan, aliorumq; aulicorum & Pſeudopoliticorum opinio, tanquam Principibus grata multùm in praxi obſervatur, atque in hâc & ſimilibus materiis, praxis cum theoria non convenit, quod tamen veritati minimè præjudicat.

# CONSULTATIO SEPTIMA.

## An autem victor & acqvirens rem immobilem, eam occupet, & poſſidere debeat, cum ſuo onere?

### SUMMARIA.

1. *Caſus propoſitæ quæstionis.*
2. *Qua dubio carere non videtur.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Primò occupatio in bello ex Jure gentium eſt, & naturalem ſecum fert acquiſitionem.*
5. *Secundò, alind eſſe armis aliquid acquirere, aliud per viam juris.*

*6. Ter-*

6. Tertiò, Princeps jure belli ſuccedens, non tenetur ſervare contractam anteceſſoris & quare?
7. Quartò, exemplo Franciſci II. Galliæ Regis.
8. Quintò, exl. Lucius Titius &c.
9. Contraria ſententia verior eſt.
10. Primò, quæ victor in bona devicti prætendere poſſit?
11. Bona aliorum occupata ſunt reſtituenda.
12. Bona devicti dici non poſſunt, niſi deducto prius ære alieno.
13. Secundò, nemo plus juris in ſe transferre poteſt, quàm anteceſſor habuit.
14. Res tranſit cum ſuo onere & causâ.
15. Maximè verò jus rei inhærens.
16. Victor & fiſcus in ſe transfert jura & actiones activè & paſſivè
17. Commodum & incommodum unius ſunt.
18. Argumentum ab inundatione inducitur.
19. Maris dominium occupans, alios ne omninò navigent prohibere non poteſt.
20. Bona feudalia fiunt victoris, ſalvo jure Domini feudi.
21. Tertiò, nemo ex alterius delicto puniri debet.
22. Nemo cum alterius jactura debet locupletior fieri.

23. Quod

Google

23. Quod etiam procedit in re alteri debitâ.
24. Locupletari cum alterius jacturâ quis dicatur?
25. Quartò victor ſuccedit inſtar Fiſci.
26. Fiſcus etiam ſuccedendo, non debet ſe locupletari cum alterius damno.
27. Sed inſtar privati habetur.
28. Hæreditas ad Fiſcum tranſit cum ſuo onere.
29. Fiſcus tenetur, exſolvere legata & fidei commiſſa.
30. Pari modo tenetur victor.
31. Quomodo Succeſſor teneatur exſolvere debita anteceſſoris.
32. Quintò, executio in delinquentis bona fieri debet.
33. Occupatio bellica eſt executionis ſpecies.
34. Sextò, mutatio perſonæ, vel formæ externæ rem ipſam non ſemper afficit.
35. Concluditur, occupantem jure militari, rem tenere cum ſuo onere.
36. Reſponſio ad contraria.
37. Ad Primum, Jure gentium non licere alterum cum alterius damno locupletari.
38. Explicatur locus Ariſtotelis.
39. Ad Secundum, petitionem judicialem & quæ fit jure belli non planè adverſari.
40. Habent & bella ſua jura.

41. Ad

41. *Ad Tertium.*
42. *Ad Quartum.*
43. *Æquiſſima vox, ſolve quod debes.*
44. *Ad Quintum L. Lucius, &c. noſtro caſu non habere locum.*
45. *Concluſio conſultationis, facta non infringere jus.*

CAſus præſentis conſultationis in hoc conſiſtit; Annè nimirum Imperator, Rex, Princeps, hoſte ſive interno devicto, ſi ejusdem Regnum, Ducatum, Comitatum, Civitatem, Caſtellum, Ditionem, &c. jure belli (quod fieri poſſe præcedenti conſultatione oſtenſum eſt) occupet detineat, & ad poſteros transmittere velit, tertio cuipiam vicino, vel alii non hoſti ad debita exſolvenda, aliaque onera præſtanda, quæ in occupato territorio forſan, is ante occupationem habuit, obligatus ſit? An verò occupatione bellicâ (ceu naturali acquiſitione) hæc omnia exſtincta dici queant? 1.
Perplexa & dubia hæc conſultatio eſt, etiamſi juris campum (deciſione gladii, non nihil ſuſpensâ) ingredi liceret; Nec enim deſunt rationes & fundamenta in utramque par- 2.

partem; Hiſce itaque viſis, brevibus quid res ſit, adaperiam.

3. Et quidem in principio videtur victorem jure belli, territorium aliquod occupantem, non teneri ad onera ſive realia, ſive perſonalia, quibus ditio vel territorium à ſe occupatum, à prioribus poſſeſſoribus & Dominis, gravatum fuit.

4. Nam *primò* qui jure belli rem occupat gladio & virtute eam ita ſibi vendicat, ac ſi nunquam poſſeſſa fuiſſet, occupatio enim bellica, ſive prædatio quæ fit jure belli, ex jure gentium eſt §. *item ea 19. Juſt. de rer. diviſ. l. naturalem 5. §. ult. ff. de acquir. rer. dom. l. transfugam 51. §. 1. ff. eod. & Ariſtoteles* 1. *de Republ. 8.* aſſerit, *Rem militarem ſecum ferre, naturalem acquirendi modum.* Unde bona illa, quaſi libera, & abſque omni onere immunia occupari videntur, quod ipſum quoque *Romani ad Volſcos* reſponſo dedêre, apud *Dionyſ. Halicarnaſſæ antiquit. Roman. lib. 8.* dum jus illud occupandi in bello juſto, non ab hominibus, ſed Deo ipſo profectum ſtatuunt.

5. *Secundò* duo diverſa ſunt remedia, jure experiri, & armis, idque in tantum, ut quaſi ſibi

ſibi invicem opponantur; quicquid enim juris remedio aſſequi non poſſumus, armatâ manu petimus; Duo ſunt genera decertandi (ait *Cicero* 1. *de Republ.*) *unum per diſceptationem, alterum per vim; cumque illud proprium ſit hominis, alterum belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore*; Unde demum conſequens arbitramur, quod ubi arma capiuntur, & gladio controverſia deciditur, vix juri locus relinquatur, quapropter *Horatius* ferociam *Achillis* deſcribens, ita ait:

*Iura negat ſibi nata, nihil non arrogat armis.*

Et alius alium, cùm bellum ordiretur, ſic loquentem introducit.

*Hic pacem intemerataque jura relinquo.*

Quod etiam ingenuè confeſſus *Antingonus* relatus à *Plutar. libr.* 4. *apoph.* cùm Sophiſta quidam librum de Iuſtitia conſcriptum eidem porrigenti reſponderet, Deſipis (ait) qui quum me videas alienas urbes armis vexantem, tamen apud me de Iuſtitiâ diſſeris.

Cui inſervit *Tertiò*, quòd Princeps, qui jure belli ſuccedit in Regno, ducatu vel territorio, non cenſeatur obligatus ſervare contractum anteceſſoris, cùm ei invito ſuc- 6.

Ff cedat,

cedat, nec cauſam ſucceſſionis ab eo habere, dici poſſit, & qui cauſam non habet ab anteceſſore, nec eius nomine gtavari debet, facit *l. ab eo. Cap. de fideicom. l. ſi quis domum. in pr. & §. 1. ff. l. locati. lex vectigali. 33. ff. de*
7 *pign. & hypoth.* Unde etiam *quartò Frnaciſcus II. Galliæ Rex*, quod Lege Regiâ in Regno ſucceſſerit (id quod magis in noſtro caſu procederet) *Helvetiis* patris debita repoſcentibus, in hunc modum reſcripſiſſe, refert *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8. p. (m.) 165. Tametſi debita paterna ſolvere non tenemur, cùm hæc ſceptra non hæreditario jure habeamus, ſed Regiâ lege, quæ jam inde, uſq; â primis Francorum Regibus lata, ad mares proximos Imperium detulit, & non aliter nos obligari patitur, quàm ad ea fœdera Pactavè, quæ cum exteris Principibus & populis, ad hujus Imperii utilitates & commoda à majoribus noſtris contracta fuerunt; nihilominùs tamen ut patris optimi & chariſſimi fidem religioſè tueamur, legitima ejus debita exſolvere decrevimus.*

8 Et demum *Quintò*, quæſtionis hujus deciſio, ex *L. Lucius Titius 11. ff. de evictione.* peti poſſet, ubi cum *Lucius Titius* in Germania trans Rhenum prædia emerat, & partem

pretii

pretii intulerat, iisdem poſteà à Romanis occupatis, exque præcepto principali partim diſtractis, partim veteranis in præmia adſignatis hæres emptoris in reſiduum conveniretur; *Paulus ICtus* reſpondit futuros caſus evictionis, poſt contractam emptionem non ad venditorem, ſed emptorem pertinere, unde rationabiliter colligitur, in agris venditis & jure belli occupatis, jus emptoris ſive poſſeſſoris exſtinctum eſſe, & militibus eadem prædia adſignata libera & in tegra manere.

Verùm hactenus allata, tanta non ſunt, ut quempiam à tramite recti, æqui & juſti dimovere poſſint; Faciant alii quicquid velint, nos exemplis non monemur, jura & rationes *contrariam ſententiam* ſuadent. *Primò* etenim certum & indubitabile eſt, victorem & occupantem jure belli, non ampliùs prætendere poſſe vel debere, quàm quòd in præmium vindictam, & recompenſationem, velit occupare bona & poſſeſſiones devicti, quatenus eius ſunt; Bona quippè aliena & tertii innocentis (quæcunque illa ſint) occupata, non fiunt capientium, ſed omninò ſunt reſtituenda (per ea, quæ dixi ſupra *conſult. 6. n. 43. & ſeqquent.*) 9. 10. 11.

atque bona legitimo debito aliovè onere
gravata, poſſeſſoris non aliter ſunt, & dicun-
tur, quàm deducto ære alieno *l. mulier bona.*
*ff. de jur. dot. & l. ſubſignatum. §. bona ff. de*
*V. S. ubi Petr. Rebuff in comment. Gail. lib. 2.*
*obſ.* 119. *n.* 13. *Sichard. conſ. feud. 7. n. 25.* pul-
chre *Henning. Gœdon. conſ. 97. n. 4. 5. &*
*ſeqq.* Ergò etiam eadem non niſi, quatenus
13 poſſeſſoris fuêre, atque ad eundem illibata
pertinuêre victori occupare licuit; *ſecundò*
ſiquidem indubium eſt, neminem plus juris
accipere & in ſe transferre poſſe, quâm an-
teceſſor (à quo cauſam ſui juris habet) poſ-
ſedit & habuit. *C. nemo poteſt. 79. de R. I. in 6.*
& (uti ait *Ulpianus*) non debeo melioris con-
ditionis eſſe, quâm auctor meus, à quo jus in
me tranſiit, prout hæc omnia magis explifi-
cat *Petr. Peckius ad d. c. nemo poteſt. n.* 1. *&*
*per tot. Hug. Grot. de jur. belli & pac. lib. 3. cap.*
*16. n. 1.* Atque devictus rem occupatam,
cum onere & ſalvo jure tertii poſſedit; Er-
14 gò etiam ita, & non aliter ad occupantem
pervenit. Nam res tranſit cum ſuo onere &
causâ. *text. in l. 2. & in l. fin. C. ſin. cauſ. vel*
15 *relig. l. alienatio. ff. de contrah. empt. & ven-*
*dit.* Gail. *libr.* 1. *obſ. 21. n. 13.* Quod vel ma-
ximè de juribus rei inhærentibus (qualis et-
iam

iam eſt hypothecatio, oppignoratio & ſimimilia) ſtatuendum erit, ſic in terminis; *Hartm. Hartm. pract. obſ. in miſcell. cap. 1. obſ. 20. per tot.* Et quemadmodum Victor, in re 16.
devictâ & occupatâ, jura quoque, actiones & omnia emolumenta, cum re ipsâ activè occupat & nanciſcitur (vide infra *conſ.* 9.) ita quoque jura & onera tertii innocentis paſſivè meritò in ſe transfert, eademque portare tenetur; cujus enim eſt commo- 17.
dum, eius quoque debet eſſe incommodum per jura vulgaria; Argumentum quoque na- 18.
turale ducitur ab inundatione (quæ & ipſa occupationis violentæ ſpecies eſt) & licet cujuſdam ager totus inundatus fuerit, Dominus tamen jure ſuo non privatur, cùm agri ſpecies non mutetur, ſed recedente aquâ, palàm eſt, illum fundum eius manere, cujus fuit; ait *Imperat. Inſt. de rer. diviſ. §. alia ſanè. 26.* adde *Grot. ſæpè citato tract. libr. 2. cap. 8. n. 10.* Sic occupator maris, vel par- 19
tis eiusdem, quamvis eiusdem dominium acquirat, atque ita Dominum indigitare ſe queat, tertium tamen jure navigandi, in tantum privare non poteſt, ut ei navigationem inermem, tranſitumque innoxium & quie-

tum (ceu jus quæſitum) impedire poſſit *Grotius de lib. 2. cap. 3. n. 11. & 12.* Eâdem ratio-
20 ne, quamvis bona feudalia hoſti adempta, fiant quoque victoris occupantis, id tamen non aliter accipiendum, quàm ſalvo jure tertii (hoc eſt) Domini feudi, qui habet Dominium directum; Ita per *text. in c. excommunicamus. 13. §. moneantur. vers. aliàs §. ſi vero ext. de hæredic. Socin. Iun. conſ. 68. n. 97. vol. 3. Georg. Everhard. vol. 2. conſ. 17. n. 8. & 45.* junge *Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 14. per tot.*

21 Et *Tertiò* animadvertendum, illi maximam inferri injuriam, qui ob factum alterius punitur, & re ſuâ privatur; *nam unusquisque* (ait *Caliſtratus ICtus in l. crimen. 26. ff. de pœnis*) *ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni*
22 *criminis ſucceſſor conſtituitur*; Et neminem ignorare arbitror, divino pariter & naturali jure ſancitum eſſe, ne quis cum alterius jactura locupletior fiat. *c. locupletari 48. de R. I. in 6. & Peckius ibid. in comm. ubi n. 3.* hanc infert ampliationem, quod non referat, an quis ex re mea, an verò ex re mihi debitâ locupletetur; Res enim mihi debita non quidem propriè, fictione tamen legis mea eſt. *l. ſi*

*l. ſi tibi & ibid. De cujus. n. 4. ff. ſi cert. petat.* mea dicitur, quia æquè locupletari dicitur, qui rem aut pretium habet. *Alciat. ad L. Labeo. ff. de verb. ſign. n. 4.* Et in genere locu- 24
pletari dicitur, qui cum alterius jacturâ (uti hoc noſtro caſu) aliquid acquirit. *l. ſi quis mancipiis. in fin. ff. de inſtit. act.* atq; ita locupletari & dolum committere, paria judicarunt veteres. *l. 1. §. in pupillum ff. depoſiti. adde Menoch. 5. præſumpt. 3. n. 90.*

*Quartò* ſententia hæc eò magis corrobo- 25.
ratur, quòd hujusmodi occupatores ſuccedant inſtar fiſci; cùm enim devictus in juſto bello, ex mente victoris reverà deliquiſſe præſumatur, ex hoc certè delicto eiusdem bona rectè occupantur, & capientium fiunt, non ſecus autem, ac fiſcus, in ſucceſſionibus, 26
non debet ſe locupletari cum alterius damno, ſecundum auream *Conſtantini Imperatoris* vocem *in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Petr. Peck. in d. comm. ad c. locupletari n. 3. ampliat.*
4. ſed inſtar privati habendus. *l. fiſcus 6. ff.* 27.
*de jur. fiſci. Chaſſanæ. ad conſuet. Burgund. tit. de ſucceſſ. de baſtard. §. 1. Barthol. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10.*

Ideoque hæreditas tranſit ad fiſcum cum 28.

 ſuo

ſuo onere, ita ut debita exſolvere teneatur, idque tamen pro viribus rerum hæreditariarum. *l.* 1. §. *an bona. l. ſi non poſſunt.* 11. *de jur. fiſci. l. mulier bona.* 72. *ff. de jur. dot. Chaſſana. d.* §. 1. *in verbis & payant les debtes. &c.* & tranſeunt bona ad fiſcum, affecta cum ſuis oneribus & cauſis, ex ſententia *Baldi & Sa-*
29 *liceti Moller. Semeſt. lib.* 5, *diff.* 23. Unde fiſcum ſuccedentem in bona vacantia, etiam tenere legata & fideicommiſſa, teſtamento vel codicillis relicta præſtare, quidam verius autumant per *l. quidam teſtamento.* 96. §. *quoties. ff. de legat.* 1. *l. recuſare.* 6. §. *ſi fiſco. ff. ad SCtum Trabellian. l. cum fiſco.* 9. *ff. ad SCtum Syllanian.* & ſimiles textus. *Andr. Fachina. lib.* 6. *controv. jur. cap.* 22. Imò fiſcum publicatis bonis ſuccedere, in jus & locum devicti vel condemnati, inque illius actionibus activis vel paſſivis per *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi publ. l. ſi debitori deportatio. ff. de fidejuſſ. l. ſi ut proponis C. de bon. damnat.* poſt *Boſſium tit. de publicat. bonor.* expreſsè tenet *Sebaſt. Guazzin. tract. de confiſcat. bonor. concl.* 24. *n.*
30 13. Simili modo ſuccedens jure occupationis militaris, ad eadem onera tenebitur, cùm par ſit utrobivis ratio, & prædicta jura

non

non minùs in hoc, quàm in fiſco militent. 31.
Cæterùm quomodo ulteriùs ſucceſſor, ſive ſit univerſalis, ſive particularis, ſive in dignitate, ſeu etiam in bonis teneatur ad debita prædeceſſoris, tradit *Lucas de Penna in l. 2. C. de fund. rei prin. in 3. 4. & 5. collat. lib.* 11.

*Quintò* in jure planum & quaſi tritum eſt, 32.
executionem aliter fieri non poſſe nec debere, niſi in bona eius qui deliquit, vel eius ſucceſſorem univerſalem maximè, quem hæredem nuncupamus *l. unic. C. ut actio ab hæred. l. 44. ff. de re Iudic.* ad quam Zaſius *n.* 1. inquit; Ius exequendi ſententiam, contra condemnatum latam, etiam in eum influere, qui in locum condemnati ſucceſſit; Non etiam contra tertium innocentem, eiuſque jura & actiones, quas ſibi in alterius (poſteà delinquentis) bonis acquiſivit; Quid enim fecit cur ipſe jure ſuo privandus? cur pœnam delicti ab alio commiſſi ipſe luet? Cùm itaque occupatio bellica ſit quæ- 33.
dam executionis ſpecies, ſive ea, propriâ Regis manu facta, ſive aliis mandata ſit, tradente *Gail. de pac. publ. libr. 2. cap. 17. n. 2. 23. & ſeqq.* Vel ad minimum occupatio bellica & executio fraternizent, uti benè notat *Georg. Everhardi. de conſ. 17. n. 4.* nullum

requiritur dubium quin id, quod in caſu executionis judiciariæ jura præſcribunt, & æquitas deſiderat, in occupatione quoque militari ſeu bellica procedat.

34 *Sextò* demum & ultimò hanc ſententiam juvat, quod quomodocunque fiat mutatio perſonarum, res tamen ſemper tranſeat cum ſuo onere & causâ; per notata *ſuper eod. n.* 14. Ideoque licet in civitate quædam ſit mutata Reipublicæ forma, Regumve familia exſtincta & emortua, nihilominùs Reſpublica, civitas, territorium &c. ad antiqua debita obligatur, nam ipſa externæ formæ in regimine mutatio corpus civitatis non mutat, ſed eadem manet civitas; Sic idem fuit populus Romanus, idem corpus, eadem civitas, ſub Regibus, Conſulibus & Imperatoribus; quapropter pulchrè ad noſtrum propoſitum infert *Hugo Grotius d. lib. 2. cap. 9. n. 8.* non deſinit (ait) debere pecuniam populus, Rege ſibi impoſito, quem liber debeat; eſt enim idem populus & Dominium retinet eorum, quæ populi fuerant &c.

35. Unde concludendum omninò erit, in occupantem bona jure belli, de jure & æquitate naturali, non ſolùm tranſire jura & commoda bonorum occupatorum *activè* ſed

ſed etiam onera, nomina & actiones *paſſivè*.

Ad illa ergò, quæ ſuperius in contrariam 36.
partem adducta ſunt, nunc reſponſione opus erit. Ad *primum argumentum* regero, 37.
quòd ſi (quemadmodum prætenditur & veritati videtur conſentaneum) occupatio hæc bellica ex Jure gentium eſt, utique etiam non ſolùm in gratiam victoris, ſed quoque victi, & alterius tertii, ea quæ ſunt juris gentium admittere debet; Juris gentium autem æquè eſt, neminem cum alterius damno locupletiorem fieri debere; pœnas non niſi ſuos tenere auctores; Item unicuique ſuum eſſe tribuendum; nemini ſine causâ id, quod ſuum, auferendum, & ſimilia (prout in rationibus dècidendi adduxi) quàm occupare bona devicti hoſtis, & eadem occupanti cedere, ergò etiam nec minùs quàm hæc attendi debent.

Deinde quòd occupatio bellica allegato 38.
loco ab *Ariſtotele* dicitur naturalis acquiſitio, ſeu naturalis acquirendi modus, non ita intelligendum, quaſi fundus occupatus plane redeat ad priſtinam facultatem & naturalem libertatem, actionesque & jura ipſi inhærentia per occupationem exſtinguantur.

tur, ſed quia & hic acquirendi modus in jure naturæ & gentium ſit fundatus ex eoque originem trahat, quod etiam de bello, tanquam naturali defenſionis ſpecie, alibi dictum eſt.

39 *Secundum argumentum* facilè ruit. Nec
enim remedium bellicum, & judiciale ita
ſunt duo diverſa remedia, ut ſibi invicem ad-
verſentur, & uti in judiciali juſtitia, ita in
bellico, ſola vis & violentia (exclusâ omni
juſtitia & æquitate) militet; ſed reverà,
quamvis in modo procedendi diſcrepent
(in eum ſiquidem, qui jure agere & ſatisfa-
cere non vult, bellum movemus, atque ita,
quod ſententia Iudicis dirimere debuiſſet,
vi & armatâ manu petimus) cauſam tamen
petendi, & modum utrobivis juſtum, æ-
quum & honeſtum præſupponimus, ſic ut ac-
quiſitio & occupatio, quæ fit jure belli, non
minus in Jure, Juſtitiâ & æquitate debeat eſ-
40 ſe fundata, quàm ea, quæ fit per proceſſum
judiciarium; Habent enim & bella ſua jura,
quæ illis omnem honeſtatem & æquitatem
præſcribunt (prout ſupra *in præfatione hujus
Decad.* docui.) Ea itaque (præſertim quæ ex
Jure naturæ & gentium promanant, quo in
caſu

Digitized by Google

caſu nos verſamur) negligere, tàm nefas in omnibus aliis actionibus habetur; *Petr. Ærod. rer. jud. lib. 10. tit.* 10. *cap. 1.*

Nec multùm etiam movet *tertium argumentum*; nam quamvis invito anteceſſori ſucceſſor ſuccedat, cauſa tamen debendi in bonis radicata eſt, potiusque rei occupatæ, quàm perſonæ inhæret, & occupans ab Anteceſſore non gravatur, ſed is onus rei occupatæ ſuſtinere (quod juris gentium eſt) & debita exſolvere jubetur; Quatenus autem ſucceſſor teneatur ſervare contractum ſui anteceſſoris, huc non amplius quadrat, cùm non jus ex perſonâ ſed ex re & bonis pendens, nobisque debitum, proſequamur. Unde nec *quartum* alicuius ponderis vel valoris eſt, utut enim non magnoperè diſputem *Franciſci II. Galliæ Regis* præſuppoſitum, quod fundat in ſucceſſione ex Lege Regiâ; ſine dubio tamen debita in Galliæ Regnum, ejusvè utilitatem verſa ab eo ſolvi debuerunt, ex æquiſſimo judicio, quod totidem verbis refert celeberrimus Galliæ ICtus *Petr. Ærod. rer. jud. lib. 4. tit.* 1. *cap. in princ.* *Æquiſſima vox eſt, & jus gentium præſeferens, licet re & pronunciatione difficilis (ut abs*

41.

42.

43.

*D. Lu-*

*D. Ludovico Principe noſtro balbutiendo diceba- tur) redde quod debes inquit Seneca, neque adeò viris, ſed & infantibus cognita, &c.* Non ergò perſonæ vel Regis mutatio Regnum mutaſſe cenſetur, quomodo etiam mutatio perſonæ judicis, tribunal vel judicium non mutat, adde quæ diſputat *Hug. Grotius d. libr. 2. cap. 14. n. 11. 12.* Quinimò in ſpecie quod etiam Regius ex Lege Succeſſor Regis Anteceſſoris factum vel contractum complere teneatur, cùm alias nemo cum Principibus contrahere, nemo illorum promiſſis & verbis poterit fidem habere, immò inſimul publica fides, dignitas, honosque principalis collaberetur; tradit *Acat. Enenckel. 3. de privileg. cap.* 11. *Chokier de juriſdict. in exempt. part. 3. quæſt. 2.*

44 *Quinti argumenti* loco allegata *L. Lucius* contra noſtram ſententiam parum vel nihil decidit; Licet enim evictionem in iis, quæ poſt contractum emptionis eveniunt ad venditorem non pertinere, *Paulus ICtus* ibidem pronunciet, neutiquam tamen, quod *Romani* eadem diſtraxerint, & in veteranorum uſum diſtribuerint, eatenus approbat illis licuiſſe eorum prædiorum dominium pri-

privatis & antiquis Dominis auferre, ſed perverſè & abſurdè illo loco, in hanc ſententiam nonnullos uti reſpondet *Hottom. illuſt. quæſt. 1. vers. ſed quoniam ubi vide.* Quibus 45.
ita in utramq; partem diſcuſſis, quid in propoſito caſu, *de jure*, ſentiendum ſit, clarum evadit. Quid demum alii de *facto* tentarint, vel adhuc facere præſumant, deciſionem juris non infringit, multò minùs id (quod juſtum, æquum & honeſtum eſſe diximus) ſubvertere poterit.

# CONSULTATIO OCTAVA.

De re mobili in bello capta, cujus illa ſit? Et quid ſi ab hoſte, Titio ablata, & penes hoſtem ipſum, vel tertium quempiam inventa, eiq; rurſus erepta fuerit, ad quem illa pertinebit.

SUMMARIA.

1. *Continuatio; Aliter de immobilibus, quàm rebus mobilibus captis ſentiendum eſſe.*

2. *Res*

2. Res mobiles in bello captæ capientium fiunt.
3. Quod diſtinctionibus explicatur.
4. Res hoſtium mobiles captæ, quomodo fiant capientium in genere.
5. Eas directò non tranſire ad capientes ſed belli duces.
6. Quod jure gentium minùs dubium.
7. Jure civili acquirimus per perſonas noſtro ſtipendio conductas.
8. Milites non ſibi, ſed illis, quibus militant, acquirunt.
9. Penes belli Imperatorem eſt, de prædâ diſponere.
10. Quomodo præterea in hoc caſu diſtinguendum.
11. In actibus publicis, milites acquirunt eis, quorum ſtipendiis merent.
12. Quamvis præda non rarò inter milites dividatur.
13. In præſidiis manentes an prædæ partem habeant.
14. Secùs eſt in actibus privatis.
15. Milites de præda hoſtium, non lachrymis provincialium vivere debent.
16. Limatur primò concluſio, niſi aliter eâ de re proviſum ſit.

17. Prin-

17. *Princeps quomodo jus gentium temperare poſſit.*
18. *Varij circa acquiſitionem prædæ, mores.*
19. *Limitatur ſecundò non procedere, in re rarâ & pretioſâ & quænam illa?*
20. *Limitatur tertiè, quòd ſaltem locum habeat in bello legitimo &c.*
21. *Veri hoſtes quod capiunt, illorum fit.*
22. *Secùs eſt in rebellibus, & ſimilibus illicitis actibus.*
23. *A rebellibus, furibus & latronibus ablata, ubivis vindicare licet.*
24. *Statutum & conſuetudo contrà diſponens nutrit peccatum.*
25. *Quod & Imperij conſtitutionibus probatur.*
26. *In bello injuſto capta veris Dominis ſunt reſtituenda.*
27. *Res tertij innocentis apud hoſtem reperta cujus ſit?*
28. *Res tertij, quæ penes hoſtem in cuſtodia eſt, capientis non fit.*
29. *Res nobis vel tertio ab hoſte ablata, recuperata, ad quem pertineat?*
30. *Acerrima & hactenus indeciſa eſt diſputatio.*
31. *Rejicitur quorundam diſtinctio.*

32. *Cujus rei ratio traditur.*
33. *Vera diſtinctio introducitur.*
34. *Exemplum maritimum proponitur.*
35. *Item terreſtre.*
36. *Res intra fines & præſidia hoſtium deducta, fiunt hoſtium.*
37. *Argumentum à jure Poſtliminij.*
38. *Quomodo id procedat in præda maritima.*
39. *Quid jure Gallico introductum?*
40. *Idem in præda terreſtri.*
41. *Hypotheſes certæ formantur. ex rigore juris decidendæ.*
42. *Quarum prima proponitur.*
43. *Secunda.*
44. *Tertia.*
45. *Æquitas, ſeu ſummi juris remiſſio in prædictis caſibus.*
46. *Exemplo Romanorum.*
47. *Declaratio eorum, quæ ſup: n. 22. 26. allata ſunt,*
48. *Quid in Belgio hoc in caſu ſit judicatum, & ex quâ ratione ita?*

1 QVoad occupationem & capturam bellicam, ſive quæ fit jure belli, aliter de rebus & bonis *immobilibus*, aliter verò de *mobilibus* eſſe ſentiendum, immobilium exemplo

emplo hactenus manifeſtum eſt. Ad *res mobiles* ergo in bello captas nunc progredior, & cujus illæ capiendo fiant diſtinctè explicabo. De eo verò apud Dd. in genere dubium nullum videtur, quin res mobiles in 2
bello captæ fiant capientium; Sic enim ſimpliciter & ingenere concluſionem hanc formant *per. l. 1. §. 1. ibi item bello capta. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 5. §. 7. ff. de acquir. rer domin. §. item ea. Inſt. de rer. diviſ. l. 28. & 30. ff. de captiv. & poſtlim revers. Cujac. 19. obſ. 7. Petr: Gregor Tholoſan. in Syntagm. jur. univ. lib. 20. cap. 4. n. 5. Ioh: Gæddæ. ad l. itinere. 3. §. 1. n. 10. ff. de V. S. Donel. 4. comm. 21. & Dd. communiter.* Verùm cùm
traditio hæc ſit nimis generalis, ut veritas 3
magis eluceſcat, quomodo & quatenus id intelligendum, aliquod diſtinctionibus expediam; *Primò* itaque videndum, an res hoſti ablata, ipſius fuerit propria, vel num antea ad tertium quempiam pertinuerit? *Secundò*, annè res hoſtium fiant capientium ſingulorum ſcilicet, vel Ducis ſive ejus qui bellum gerit?

*De rebus mobilibus hoſtium propriis*, quæ 4.
in noſtram pervenerunt poteſtatem, hæc

tereà communis *JCtorum concluſio*, & ſuperioris declaratio eſt, quod quidem fiant eorum, qui easdem manu cæperunt, ſed quod nihilominùs ad Principem ſeu Ducem belli ſint deferendæ, qui illas inter milites dividat, ita traditur *arg. c. dicat. 23. quæſt. 5. Is qui prædam. ff. ad L. Iul. peculat. & l. pen. §. ſimili* C. *de donat. Angel. ad §. item quæ ab hoſtibus. Inſt. de rer. diviſion. Panormitan. ad c. ſicut. de jurejur. n. 7.* Martin. *Laudens. de bello quæſt. 4. Thom: Grammat: deciſ. Neapol.* 71. *n.* 17. & alii relati à *Georg: Ever hard. vol.* 1 *conſ.* 17. *n.* 8. Verùm alle-
5 gatæ leges iſtam Dd. opinionem non firmant; Quinimò ex *d. L. is qui prædam. & l. pen.* multò magis colligitur, de jure quoque civili, res mobiles hoſtium, directò non tranſire in poteſtatem & dominium eorum, qui eas manu cæpêre, ſed ad *Rem*publicam pertinere, & publicas fieri, quod ipſum quoque *Cyrus* apud *Xenophontem* 5. *de inſtit. Cyri* annuit, dum ait: *Lex eſt ſempiterna inter homines, captâ hoſtium urbe, eorun-*
6 *dem res atque pecunias victori cedere.* Et ſanè *Iure gentium* hoc minus dubium habet, cùm ex hiſtoria, varjisque gentium inſtitu-

tis

tis conſtet, gentibus ita placuiſſe, ut res hoſtium hoſtibus eſſent, non alio modo, quàm quo ſunt res nullius, ita enim comparantur à *ICto Paulo in l.* 1. §. 1. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Atque qui rem, quæ nullius eſt, ſuo nomine occupat, eam ſibi, ſin alieno, illi, cujus nomine agit, acquirit. *di. l.* 1. & poſteà citandis; Ergò idem in acquiſitione & occupatione bellica obtinebit.

Quod demum ampliùs confirmatur de *jure civili*, dum eo præſertim jure (quam vis nec jus gentium hic excludere oporteat) per perſonas noſtras, & ſtipendio noſtro conductas acquirere nobis liceat; Sicut ſunt textus, de procuratore, tutore, curatore, negotiorum geſtore, & multis aliis. *d. l.* 1. *ff. de acquir. vel amittend. poſſ. l. ea quæ ff. de obligat. l. ſtipulatio. § alteri. de V. S. tot. tit. Inſt. per quas perſon. nob: oblig: acquir. c. poteſt quis.* 68. *c. qui facit.* 72. *& ibid. Peckius in comm. de* Reg. *Iur. in* 6. Sed milites ſtipendiis Reipublicæ, vel ejus qui bellum gerit, merent; Ergò etiam quicquid tales, & in tali ſervitio acquirunt, non eorum, ſed Reipublicæ, vel ejus, qui ſtipendia exſolvit, erit. Hinc ille apud *Dionyſ. Halicarnaſſæ.* 7.

8.



Digitized by Google

*de antiquit. Roman. lib.* 7. Scitis prædam ex hoſtibus captam, noſtrâque virtute paratam, ad Rempublicam legis juſſu pertinere &c.
9. Vnde quoque eſt, quòd penes Imperatorem, bellique Ducem poteſtas ſit diſponendi de prædâ, eamque dividendi, uti poſteà
10. dicam. Verùm nec hæc ſententia, quòd bona mobilia hoſtium capta, omninò ad Rempublicam vel eum, qui bellum gerit, pertineant, ſimpliciter eſt tenenda vel admittenda, ſed videtur diſtinguendum cum *Hug: Grotio de jur. belli & pac: libr.* 3. *cap.* 6
11. *n.* 10. *& ſeqq.* inter *actus verè publicos*, & *privatos*; Milites ubi in *actu publico* hoc eſt miniſterio militati ſunt, ductuque Imperatoris militant, quia tunc Reipublicæ, vel ejus cui militant, perſonam repræſentant, atque ita non ſibi, ſed Reipublicæ acquirunt, per *d. jura*, & ex hoc jure gentium agit *Scipio* cum *Maſiniſſa* apud *Livium libr.* 30. ubi inquit; *Syphax auſpiciis populi Romani victus, captusque eſt; Itaque ipſe, conjux, Regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid de-*
12. *nique Syphacis fuit, præda populi Romani eſt.* Soliti tamen ſunt *Romani*, aliivè populi vel per Ducem belli, vel quæſtores prædam omnem,

Digitized by Google

omnem, vel maximam ejus partem inter milites diſtribuere: quâ de re, multa ex antiquitate teſtimonia congeſſit *Hugo Grotius*, proximo citato loco, & plura habet *Petr: Ærod. rer. judic. lib. 5. tit. 21. cap. 5. & lib. 10. tit. 9. cap. 15. & 17.* ubi *cap. 14.* notabilem movet quæſtionem: Anne etiam iſti milites prædæ ſint capaces, qui actui militari vel 13.
prælio quidem non interfuerunt, ſed interim prædia & caſtra defendere juſſi? Quam per rationes ibidem ſpecioſè adductas, affirmativè decidit, nec enim (ait Seneca) ille ſolus militat, qui in acie ſtat & cornu dextrum lævumque defendit, ſed & qui portas tuetur, & ſtatione minùs periculosâ, otiosâ tamen fungitur, vigiliasque ſervat, & armamentario præeſt, quæ miniſteria quamvis incruenta ſint, in numerum tamen ſtipendiorum veniunt. Secùs eſt in illis rebus & bonis, quæ milites *actu primo* quopiam, hoc 14.
eſt extra miniſterium militare & ductum Ducis, (utpotè cum conniventiâ vel permiſſione Superiorum, occaſione quadam oblatâ, pauci vel plures milites excurrunt, & ſingulari certamine cum hoſte dimicant, vigilantiâ & quodam ſtratagemate hoſti a-



Digitized by Google

aliquid auferunt) capiunt ſiquidem hæc ceu proprio periculo acquiſita, ſua faciunt (licet Duces & Præfecti ex militari quadam conſuetudine, vel ob permiſſionem factam, in hiſce quoque partem ſibi vendicent) quorſum pertinet illud *Celſi ICti in l. transfugam 51. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. Quæ res hoſtiles apud nos ſunt, non publicæ, ſed occupantium fiunt.* Atque huc ſpectat egregium
15 *Aureliani* ad præfectum quendam militum, monitum, quod exſtat apud *Vopiſcum* hiſce verbis: *Manus militum contine, nemo aliena rapiat &c. & de prædâ hoſtis, non de lachrymis provincialium vivat miles.*

16 *Limitatur primò.* quòd prædicta diſtinctio non procedat, ſi aliter vel *conſuetudine* ſit receptum, & *moribus* introductum, vel ab eo, qui bellum gerit deſuper *ordinatione militari* cautum fuerit. Qui enim habet poteſtatem belli gerendi, habebit quoque facultatem, modum & formam, iis quæ circa bellum occurrunt, præſcribendi per vulgatum Brocardicon, cui licitum id quod majus, eidem quoque licebit, quod minus eſt. Et licet princeps ea, quæ ſunt juris
17 gentium, planè tollere non poſſit, poterit tamen

tamen iisdem ex causâ ob utilitatem vel neceſſitatem derogare. *l. 6. & ibid. Dd. ff. de juſt. & jur.* Et quod jus gentium dicit in genere, id per ſanctionem civilem, ad varios caſus & uſus, accommodari & moderari poteſt. *Erneſt. Cothman. in comm. C. tit: de Legib. n.* 53. Vnde videmus, quoad præ- 18.
ſens propoſitum, variè in variis locis obſervari, & alias in *Gallia*, alias in *Hiſpaniis*, alias in *Germania* & *Belgio* circa acquiſitionem & prædam bellicam conſuetudines introductas eſſe Quoad *Germaniam* videantur *Receſſus Imperij Auguſtani de Anno 1500. ſub tit.* Was dem Hauptmann von Brandſchatzungen ꝛc.

*Limitatur Secundò*, diſtinctionem illam 19.
non habere locum, in *re rara, chara & pretioſa*; argumento regulæ communis; *In generali conceßione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. c. in generali. Si de Reg. jur. in 6. & ibid. Peckius in comment.* Talia autem ſunt, vel *Perſonæ* ex hoſtibus, ſingularis præeminentiæ & conditionis, vel res quæ ad Regalia & dignitatem Principum ſpectant, uti ſunt tormenta bellica & id genus alia. An quoque ad hu-



Digitized by Google

jusmodi res charas & pretioſas referri debeat, magna quantitas frumenti, vini, lini, panni, aliarumque rerum, in publico vel privato loco, occupatæ cujusdam civitatis repertarum? in expugnatione cujusdam civitatis, inter Commiſſarios & Præfectos militum, qui eam civitatem expugnarant, hâc de re controverſum memini, ſtatus quæſtionis eò recidit, annè, eſſe aliquam rem charam & pretioſam, æſtimare oporteat ex rei qualitate, vel etiam ex ejusdem quantitate? Ego, cùm per diſcurſum ſententiam meam eâ de re dicerem, ita ſtatuendum arbitratus ſum, quòd licet favor militum ſit magnus, utpotè qui cum diſcrimine vitæ, & effuſione ſanguinis, hanc ſibi prædam acquiviſſe videantur, cùm tamen aliàs prædam ſatis pinguem, tàm univerſi quàm ſinguli deportent, in dubio res haſce (maxime frumentum & vinum) ad ſuſtentationem exercitus, Fiſco & Commiſſariis adjudicandas eſſe, vel maxime hâc ratione ductus (licet aliæ quoque non deſint) quòd facilè res redeat ad primum principium, vel originem; diximus autem, prædam in miniſterio militari captam pertinere ad Dominum

num militiæ, vel ad quæſtores, ut inter milites dividatur, deferendam eſſe; Quod ergò ex ſingulari favore, vel pro mercede & recompenſatione ſparſi ſanguinis, & exantlati laboris deprædatio ad certum tempus militibus conceſſa & permiſſa, id ad ea, quæ vero ſimiliter Dux belli permiſſurus non fuiſſet extendi non debet, per ea, quæ paulò ante dixi.

*Limitatur tertio* prædicta obtinere *in bello juſto & ſolenni* (quemàdmodum *conſult*: 1. præmonui.) Nam ſi res noſtræ, à veris hoſtibus nobis auferantur, earum dominium in hoſtes tranſit; *per text. expreſſ. §. item ea quæ ab hoſtibus. Juſt. de rer. diviſ. l. ſi qvid bello. l. hoſtes. ff. de captiv. & poſtlim. revers.* Covar. *part. 2. relect. c. peccatum de R. J. in 6. § 11. n. 1. multis. Hug. Grotius de jur. bell. & pac. lib. 3: cap. 6. n. 1. 2. & ſeqq. Paul. Chriſti. ana ad conſuet. Mechlin. tit. 2. art. 2. n. 2. & 3.* Veri autem hoſtes qui ſint, definit, *l. hoſtes. 24. ff. de captiv. & poſtlim: revers.* Secus eſt, ſi in rebellione, aliovè hoſtili inſultu illicito, perſimile quid fiat; Inter quos enim nullum bellum juſtum intercedit, inter eos quoque nulla eſt communio juris bellici,

20
21.
22

bellici, ac propterea non ſunt veri hoſtes, ſed inſtar furum & latronum habentur, & ſic rerum dominium non acquirunt *l. hoſtes. l. latrones. l. poſt liminium. §. à piratis ff. de captiv. l. qui à latronibus. ff. de teſtam. Covar. d. §. 11. n. 8.* quem refert & ſequitur *Chriſtianæ. d. art. 2. n. 2. Mynſ. reſp. 21. n. 22.* Quæ
23 limitatio in tantùm ampliatur & extenditur *Primò*, ut ab hujuſmodi rebellibus & latronibus ablatæ res, non ſecus, quàm quæ à furibus & latronibus auferuntur, ubivis recuperare & vendicare liceat. Ita de rebus furtivis eſt *text. in l. in civilem. C. de furt. Nic. Mozzius tract. de contract. tit. de empt. vend. n. 31. cum ſeq: Ioſeph. Ludovic. deciſ. peruſin. 42. part. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ 29. n. 9. latè VVeſemb. in comm. C. de condict. furt. n. 6. & ſeqq.* ubi pulchrè tradit, prædones, raptores, abigeos &c. furibus æquiparari, quod idem approbat *Conſt. Carolin. cap. 207.* cui jungatur *Grot. d. cap. 6.* paſſim; *Secundò* ampliatur procedere tertia
24 limitatio, ut nec valeat ſtatutum, conſuetudo, & perſimilia, quòd emens rem furtivam in foro publico, non teneatur eam Domino recognoſcenti reſtituere, quia ſit contra

contra jus divinum, & nutriat peccatum; *Fabian. de Monte tract. de empt. & vend. quæſt. 10. n. 3. Sichard. ad l. 2. C. de furt. Conſultat. Saxon. part. 4. quæſt. 3. n. 21. & per tot.* Similia quoque attentata, malique mores rejiciuntur, & planè abolentur, *in Receſſ.* 25.
*Imp. Auguſtano de anno* 1559. §. Vnd nach dem / ibi: und wollen / daß denen beraubten / beſchädigten und beſtohlenen / das jenige / ſo entweder mit Gewalt abgetrungen oder abgeſtohlen / und bey den Thätern / ſo (wie oblaut) nidergeworffen / gefunden / oder aber noch gäntzlich oder zum theil verhanden / ihnen ohne entgelt / widerum zugeſtellet werden ſolle. Qua- 26
propter bello injuſto capta & direpta vetuſtioribus Dominis omninò ſunt reſtituenda, per tradita *ſuprà n. 22. & Coavarruv. d. §. 11. n. 8. Weſemb. in comm. C. de condict. furtiv. & ibid. alii Dd. paſſim. Hug: Grot: d. libr. 3. cap. 10. n. 4. 5.* quæ tamen quomodo hodiè declaranda, & ob publicam quietem & utilitatem temperanda ſint, vide infra *ead. conſ. n. 47. 48.* & hæc quidem de rebus mobilibus hoſtium propriis.

*Quid autem ſi res alicujus tertii innocentis* 27
*& non hoſtis, penes hoſtem inveniatur?* Hic rurſus

rurſus diſtinctione quâdam opuserit, vel enim res hæc, forté fortuna, in hoſtis ſaltem cuſtodia, atque ita dominio non eſt, vel hoſtis eandem tertio abſtulit, & in ſuam po-
28 teſtatem redegit; *Priori caſu* res tertii alicujus innocentis (veluti ſi quid in hoſtium nave, domo, vel civitate &c. reperiatur) occupanti non cedit, per ea quæ *ſupra conſ.* 6. de re innocentis immobili, tradidi, ut enim res quædam noſtra fiat jure belli, requiritur, eam hoſtium fuiſſe, nam quæ res apud hoſtes quidem ſunt, & in eorum navibus, caſtris, civitatibus & prædiis inveniuntur, quarum tamen Domini, hoſtes effecti non ſunt, illæ per nos bello & occupatione acquiri non poſſunt, ſed tertio non hoſti reſtitui debent; Itaque ſi navis *Hiſpanica* (flagrante bello inter *Hiſpaniarum & Galliæ Reges*) mercibus partim ad *Hiſpanos*, partim ad *Germanos* aliosve Gallo non hoſtes, populos, pertinentibus Oceanum pertranſiret, & à Gallis militibus caperetur, merces iſtæ Germanorum, vel alterius tertii, non cederent Gallis militibus, ſed vel Germanis, vel dicto tertio ad quem pertinent, eſſent reſtituendæ; atque in ſimilibus

bus caſibus ita in Hollandiâ jam dudum & perſæpè judicatum eſſe, teſtatur *Hug. : Grot: d, lib. 3, cap. 6, n 5. 6.*

*Poſteriori caſu*, quando hoſtis rem quandam mobilem, vel nobis vel tertio aufert, eaque per noſtros recuperatur, an ea priori Domino reſtituenda, vel capienti cedat, acerrima certè diſputatio eſt; maximè cùm hactenus à ICtis deciſa non reperiatur, teſte *Coavarr. part. 2. relect. c, peccatum, de* R. *I. in 6. §. 11. n. 8. Ayala. in tract. de jur: & offic: bellic: lib. 1. cap. 5. n. 35. & ſeqq.* Rejectâ autem eorum diſtinctione, qui ſtatuunt, ſi à militibus publico ſtipendio conductis talis res recuperaretur, eam ad eosdem pertinere, ſecus ſi ab alio, nullo ſtipendio militante recuperata ſit, quia tunc ad priorem Dominum redeat. Nec enim video, cur hoc in caſu, inter perſonas recuperantes dſtinctio ſit introducenda, cùm leges & jura de capientibus loquentiæ, ita non diſtinguant, ſed ſimpliciter, ac non aliter, quàm de inventoribus, theſauri, aliarumvè rerum vacantium, diſponant; Ideoque ad hoc maximè reſpiciendum arbitrarer, annè & quomodo rem hanc, hoſtis in ſuum per-

29. 30 31. 32. 33.

traxerit

traxerit Dominium, vel non? Quod exinde decidi nonnulli volunt, num ſcilicet hoſtis rem captam, in ſua præſidia ſecum tuerit, ita ut demum poſt intervallum, ab eodem, vel alio, cui eam ceſſit vel vendidit, recuperata ſit; vel num ſtatim antequam ad ſuas redierit ſtationes, & aliquantiſper quietè rem captam poſſederit, hoſti rurſus adempta ſit, & quod priori modo fiat capientis, inque ejus dominium tranſeat, poſteriori non item, quæ eſt diſtinctio *Covarruv. d. c. peccatum.* §. 11. *n. 8. & Ayala d. cap.* 5. *n.* 37. Rem pauliſper exemplis,
34. non ita quidem obſcuris declarabo; Navis quædam *ex Hiſpania in Belgium* tendit, *Galli* & *Angli*, tum temporis Hiſpanorum hoſtes, eam capiunt & diripiunt, priuſquam verò cum prædictâ navi in portum venirent, eadem cum mercibus rurſus devenit in poteſtatem Hiſpanorum militum, quærebatur an præda capta ſit capientium, vel prio-
35. ribus Dominis reſtituenda? Idem *in terreſtri deprædatione* ſæpe quòque obtingit; Et ecce Turcæ Chriſtianorum caſtra invadunt, Chriſtianis militibus profligatis, res quaſdam non minimi valoris auferunt, ante-

quam

quam autem ad ſua præſidia easdem deportaſſent, Chriſtiani majoribus viribus aucti & recollecti, eas Turcis rurſus adimunt, de eodem dubitabatur? Et ſanè ut ambagibus omiſſis, quænam deciſio in præſuppoſi- 36.
tis ſit tradenda, adaperiam, ex præmiſſâ diſtinctione dico, ea quæ hoſtes alicui auferunt, tùm demum eorundem eſſe dici, quando res captas vel ablatas, intra præſidia ſua detulerunt & deduxerunt, ſecundum ea, quæ tradit *Alberic. Gentil. Hiſpan. advocat. lib. 1. cap. 2.* quam ſententiam quoque approbat rerum harum peritiſſimus *Hug: Grot: d. cap. 6. n. 3.* Argumento ducto à jure poſtliminii, cùm eodem modo res amittatur, 37.
quo poſtliminio redit; Redit autem ubi intra fines Imperii eſſe cæpit, ſeu intra præſidia; *l. poſtliminium. §. poſtliminio. L. ult. ff. de captiv. & poſtlim. revers.* E quibus o- 38.
mnibus ſequitur, *in præda maritima* navem & res alias captas, tum demum cenſeri capientium, cùm in navalia & portum, aut ad eum locum, ubi tota claſſis ſe tenet, perducta ſunt, nam tunc deſperare incipit recuperatio; *Iure Gallico*, peculiaris de hoc caſu exſtat conſtitutio. Quod nimirum na- 39

Hh vis

vis capta ab hoſte, ſi per viginti quatuor horas in manibus hoſtium permanſerit, tunc capta cenſeatur. ſin minus recuperata capta non cenſetur, tertia tamen pars prædæ ad recipientes venit. *Codic. Henrici 3. lib. 20. tit. 13. art. 24.* Eâdem ratione in prædâ
40 terreſtri, res mobilis (quæcunque illa ſit) capta tùm demum fit capientis, quando intra præſidia eſt deducta, & per viginti, vel quatuor & viginti horas, in poteſtate capientium permanſerit. Ita conſuetudinem militarem etiam in Germania eſſe, teſtantur veterani milites, quibus ceu peritis in ſuâ arte credendum erit. *arg. l.* 1. §. *1. ff. de Vent. inſpic. ſpeculat. tit. de probat.* §. *fin. n.* 25. ponens ibidem multa exempla. *Mynſ. cent. 6. obſerv. 34. per tot.* Vnde demum
41 conſeques, & ampliùs concludendum foret, allatæ & introductæ diſtinctioni (ſi ex rigore juris procèdamus) eſſe locum relinquendum, & ſecundùm eam in ſequentibus hyporheſibus ita eſſe pronunciandum. *Pri-*
42 *mò* rem mobilem ab hoſte nobis ereptam, & intra præſidia, poteſtatemque ſuam prædicto modo redactam, à nobis recuperatam, vel penes alium inventam, qui eam legitimo

Digitized by Google

gitimo titulo ab hoſte comparavit, ejus manere, qui eam cæpit, vel tenet, nec à priori Domino, qui eam priùs poſſederat vindicari poſſe; Ratio in aprico eſt, quia jus gentium primò hoſtem Dominum fecit dominio externo, quo ad nos translato, dominium ad nos redit. *Secundò* ſi hoſtis, 43
qui prædicto modo, rem ſuam fecit, eandem tertio cuipiam vendiderit, vel alio modo ceſſerit, eum tertium legitimo titulo, & bonâ fide rem captam poſſidere, nec eam priori Domino reſtituere teneri, per dictam rationem. *Tertiò* è contra, ubi res 44
nobis vel aliis, ab hoſte ablata, intra præſidia & portum (in ſeinem Gewahrſam) nondum redacta eſt, recuperata, in ea hoſtem, nullum dominium quæſiviſſe, & propterea non fieri capientium, ſed priſtino Domino eſſe reſtituendam, certum eſt; Licet hoc præſertim caſu, militibus exſolvenda erit, juſta laboris & expenſarum ſolutio. Verùm cùm in hiſce aliisque occaſione bel- 45
li emergentibus caſibus, non ſemper ſecundum rigorem juris procedere oporteat, ſed nonnihil aliquando pro tempore vel cedendum, vel ex aliis circumſtantiis remit-

tendum, atque ita rigor juris æquitate moderandus erit, ut ſcilicet in maximâ rerum confuſione eò faciliùs pax & quies inter vicinos & ſubditos concilietur; privatæque lites publicam quietem ampliùs non turbent, cùm etiam ut publico bono (quod quoque cum damno privatorum fieri poteſt *l. Lucius. ff. de evict.*) conſulatur.

46 Quapropter in re dubiâ, & ubi veritas aliquando etiam elicitur, ſed tamen ob majus periculum, eandem exequi non liceret, ſecundum poſſeſſores pronunciandum erit, id quod de *Romanis* quoque refert *Petr. Ærod. rer. jud. lib. 5. tit. 21. cap. 6.* hiſce verbis: *Sic etiam ob utilitatem publicam vitandarum litium, atque præteritarum calamitatum memoriæ vitandæ causâ; Poſt bella civilia Romanorum, cum in urbe multa loca eſſent juris ambigui, dum alij propria, municipijque ſui alij publica eſſe affirmarent, plerique etiam plura à poſſeſſoribus avocarent, quia ſibi aut à Senatu, aut à Pompejo, Cæſare Antonio, Lepido, aut ab ipſo Auguſto, militibus pro præmio donata, & adſignata eſſe contenderent (quanquam Ceſelius ICtus, nullâ vi adduci potuit, ut formulam ullam componeret, de aliquâ earum*

*rerum*

*rerum, quas Triumviri contuliſſent*) *Octavius Auguſtus Imperator, ipſe cognoſcens* (*inquit Suetonius*)*pronunciavit ſecundùm poſſeſſores.*

Vnde demum liquet, ob eandem publicam utilitatem & quietem, & ut omnis præteritarum calamitatum memoria ſepeliatur etiam in bellis injuſtis, civilibus diſſenſionibus, aliisque quæ à non vesis hoſtibus, ſed prædonibus attentata ſunt, non raro ab iis, quæ *ſup. ead. conſult. n. 22. 29.* tradita ſunt, recedi, liteſque mediâ quaſi viâ componi. Vnde *Paulus Chriſtianæus in comm. ad conſuet. mechlin tit. 2. art. 2. n. 3.* teſtatum reddit, In *Belgio* & maximè in dicaſterio *Mechlinenſi* (ſe referente) ſæpè, ſecundum prædictam diſtinctionem judicatum eſſe, etiam in iis bonis & rebus, quæ à rebellibus direptæ & poſteà recuperatæ ſunt, non quòd res illæ factæ fuerint rebellium, poſtquam illi in tutò eas habuerint, ſed quod demum captæ & recuperatæ, virtute bellicâ è poteſtate rebellium, uti & piratarum fiant capientium, ad exercendos militum animos in rebellium punitionem & perſecutionem, & ſic bono publico etiam cum damno privatorum conſulitur &c. Hæc 47 48

*Chriſtianæus*, cum quo præſentem conſultationem finio.

# CONSULTATIO
## NONA.

Jura incorporalia devictorum (qualia ſunt actiones, nomina & credita) an ſimul cum re corporali, ita ad victorem tranſeant, ut victor nomina & credita vel exigere, vel debitoribus remittere poſſit?

### SUMMARIA.

1. *Continuatio & tranſitio ad conſultationem præſentem.*
2. *De quibus perſonis hic agatur?*
3. *Quinam caſus ſeſe hoc loco præſentent?*
4. *Proponitur facti ſpecies de Thebanis & Theſſalis, ex Quintiliano.*
5. *Theſſalorum fundamenta pro factâ donatione ab Alexandro.*

6. 7. *Thebanorum exceptiones contra eam.*

8. *Pro*

8. *Pro Theſſalis reſponſio.*
9. *Controverſia per Amphyctionas deciſio.*
10. *Franc: Hottomanni de hâc controverſiâ ſententia.*
11. *Cardo & ſtatus quæſtionis indigitatur.*
12. *Jus victoris in de victos eſſe quoddam jus univerſale.*
13. *Confirmatur ex ſententia Hannibalis.*
14. *Et ex præſumptione & inductione juris.*
15. *Idem experientia docet, quòd jura incorporalia unâ cum corporalibus ad victorem tranſeant.*
16. *Ad victorem pertinent jura tâm perſonalia, quam realia devicti.*
17. *Jura, nomina & actiones, an comprehendantur ſub verbis bonorum mobilium & immobilium.*
18. *Nomina & actiones veniunt. ſub generali appellatione omnium bonorum.*
19. *Genus ſub ſe complectitur omnes ſpecies &c.*
20. *Reſpondetur ad argumenta Hottomanni pro Thebanis, eorumque reſtitutione allata.*
21. *Notatur Matthæus de Afflictis in caſu quorundam Neapolitanorum.*
22. *Quæ tamen omnia non procedunt, ſi debitor fuerit in mora ſolvendi.*



Digitized by Google

23. *Concluditur adhuc, pro Theſſalis debitoribus, auctoritate quorundam Dd.*
24. *Bonis alicujus creditoris captis, vel confiſcatis, rectè capienti vel confiſcanti ſolvi.*
25. *Quod procedit tàm in bonis univerſitatis, quàm ſingulorum.*
26. *Ideoque capiens vel confiſcans, debita vel exigere vel remittere poteſt.*
27. *Quod & locum habet in tyranno occupante.*
28. *Niſi tamen debitor fuerit in mora ſolvendi, uti ſup. n. 22.*
29. *Jura ſingularia perſonæ non tranſeunt ad victorem, capientem ſeu confiſcantem.*
30. *Prædicta non procedere in civilibus diſſenſionibus.*
31. *Admonitio ad victorem & judicem harum controverſiarum.*

1. ABſoluto jure victoris, in bono corporalia immobilia & mobilia belli jure capta & acquiſita, nonnulla de *bonis incorporalibus, juribus, actionibus & nominibus* nunc diſſeram, & num hæcce quoque ad victorem tranſeant, inquiram? Vbi præmoneo,
2. me in præſenti conſultatione, de victore ſaltem, ſeu potius illo Principe vel Duce loqui,

qui, cujus ſtipendiis bellum geritur, & qui in devictos univerſos & ſingulos Imperium acquirit; Miles ergò particularis (quicunque ille ſit) ab hoc jure excluditur, uti facilè ex hâc & ſubſequenti conſultatione apparebit? Sed ut rem ipſam accedam, caſus tàm de juribus & actionibus univerſitatis, 3.
quàm ſingulorum ſesò in hiſtoriis offerunt; De juribus & nominibus univerſitatis primò & principaliter agam, reliqui caſus poſteà inſerentur. Ad quem locum ex *Quintiliano lib. 5. cap.* 10. notabilem *Alexandri Magni* 4.
actum, cum rationibus in utramque partem allatis refert celeberrimus Galliæ ICtus *Petr. Ærod. rer. in omni antiquit. judicat. libr. 2. tit. 2. cap.* 1. qui cùm omnia nervose proponat, ipſius verbis utar, & poſteà quid alii, & quid ego ipſe, de hâc & ſimilibus controverſiis ſentiam, adductis rationibus & argumentis ſubjiciam. "Cùm Alexander Magnus (ſcribit *Ærodius*) Thebas evertiſſet, invenit tabulas quibus continebatur, Thebanos centum talenta mutuò Theſſalis dediſſe; Has quia uſus erat commilitio Theſſalorum, donavit iis ultrò, poſteà reſtituti à Caſſandro, repoſcebant

" Thebani Theſſalos, ſe crediſiſſe, conſta-
" re & non recepiſſe, igitur res ad Amphi-
5. " ctyonas deducta eſt. *Pro Theſſalis* dice-
" batur, ea centum talenta mutua, ſibi
" remiſſa ac condonata eſſe ab Alexandro,
' hoc modo enim videri, qui debitori Chei-
' rographum reddidit, debitorem liberaſſe,
' porro quod feciſſet Alexander, jure belli,
' jure militiæ feciſſe, quo regna, quo popu-
' li, quo fines gentium atque urbium conti-
6. ' nentur. Pro *Thebanis* contrà; Id eos re-
' petere, quod vi ſit ablatum; nam de jure
' belli quod attinet, in iis quæ deducuntur
' in judicium nihil valere. Præterea quæ
' armis auferuntur, niſi armis non retineri,
' itaque ubi alia valeant, ibi non eſſe judi-
' cem, ubi judex ſit, illa nihil valere. Sic
' captivos poſt reditum, liberos & ingenuos
' eſſe, quia bello parta, niſi bello poſſiden-
' tur; Sed & quod ab Alexandro donatum
' eſt, fuiſſe ejusmodi, ut à victore non potu-
' erit donari, quia id demum victoris eſt,
' quod & quamdiu teneat, at jus in tabu-
' lis fuiſſe, quod incorporale eſt, nec
' poteſt manu apprehendi; Aliam hæ-
' redis, aliam victoris eſſe conditionem
', ad illum jus, ad hunc res & corpora
tranſire

tranſire. *Rurſus* afferebatur, id creditum, 7, quo de agitur, publicum fuiſſe, non privatorum; Quamobrem jus publici crediti, non potuiſſe tranſire ad victorem, quia quod populus credidit, debetur omnibus; & quamdiu quilibet unus ſupereſt, eſſe totius Summæ creditorem, cæteroquin non omnes Thebanos fuiſſe in poteſtate Alexandri, quidam aufugerunt, pepercit verò quibusdam, ut Sacerdotibus, familiæ Pindari, hoſpitibus Macedonum, & iis, qui defectioni reſtitiſſent; Quid amplius ſi tabulæ conceſſæ ſunt, an quod in iis continetur perpetuò conceſſum eſt? Nam neque jus in tabulis verſari, ſed ex tabulis peti probationem; potuiſſe itaque Alexandrum tabulas, non donandi, ſed decipiendi aut deponendi animo, Theſſalis credidiſſe. Denique ſi quid Thebani amiſerunt, id reſtitutione recepiſſe. Caſſandri beneficium latiſſimè interpretari debere, & rem agi apud Amphictyonas, qui nihil æquitate libentiùs audiunt? Agi coram universâ Græciâ, in qua Athenienſes nuncio allato everſæ civitatis, Sacra intermiſerunt, fugitivos exceperunt, & cùm audiſ-

‘ audiſſent Thebas reſtaurari, publico de-
‘ creto coronas induerunt. Sed *quia* dici
8. ‘ non poteſt, quin quæ erant Thebano-
‘ rum, venerint in ditionem Alexandri, a-
‘ deò ut potuerit, à Theſſalis pecuniam
‘ hanc rectè ſuo nomine exigere, & certiſ-
‘ ſimum ſit non vi, aut poſtliminii jure, ſed
‘ indulgentia atque principali reſcripto,
‘ Thebanos res ſuas recuperaſſe; idque ita
‘ à Caſſandro factum eſſe veriſimile videtur.
‘ ut ſua clementia & liberalitas beneficium
‘ Alexandri non impediret (nam cui jus an-
‘ tea quæſitum eſt, nunquam alii facta reſti-
‘ tutio nocet, niſi ſit expreſſum nominatim)
‘ quia denique falſum eſt, quod civitati de-
‘ betur, ſingulis deberi, niſi quodam circui-
tu longo (uti ait *Seneca*) quemadmodum ſer-
vus communis civitatis non ſingulorum pro
parte intelligitur, ſed univerſitatis; Placuit
9. Theſſalos petitione liberari, ita enim arbi-
tror Amphictyonas judicaſſe, poſtquam
id â Quintiliano (*d. loc.*) eſt prætermiſſum.
Hactenus *Ærodius*; ſed *Franciſc. Hottoman.*
10. non minus inter *Gallos* celebris ICtus (origi-
ne tamen Germanus) *illuſtr. quæſt.* 5. aliquot
juris civilis textibus ſeductus, *Alexandri*
*Magni*

*Magni* victoris & *Theſſalorum* cauſam deſerit, atque è contra *Thebanorum* cauſæ favet, ſed quàm benè poſteà videbimus. In eo au- 11.
tem ſtatum & cardinem præſentis conſultationis verſari arbitror, an *Alexander* Magnus Thebanorum victor jus & poteſtatem acquiſierit in tabulas *Thebis* inventas, atque in iisdem contenta talenta? nam ſi hoc verum eſt, donatio quam fecit *Theſſalis Alexander* ritè & recte eſt facta, & per *Caſſandrum* facta reſtitutio, *Alexandri* donationi præjudicare nequit; ſin aliter, ſecus. Ad 12.
hanc rem declarandam, primò omnium inquirere oportet, an jus victoris in devictos ſit jus quoddam, ratione perſonarum, bonorum, atque etiam univerſitatis, univerſale, vel certo modo reſtrictum; poſterius nullibi reperitur, niſi quod rigorem æquitate, ſeveritatem clementiâ mitigare, humanum eſſe, Chriſtiani omnes meritò ſuadeant, prout in ſecundâ decade, peculiare conſultatione agam. Manet itaque quod jus victoris in divictos (de deditiis nunc non loquor) eorumque bono, ſit jus quodpiam univerſale, quam ſententiam propugnant clariſſimi viri *Alberic, Gentil, de.*

*jur.*

*jur. bell. libr. 3. cap. 5. Balthaſ. Ayala de bell. jur. & offic. lib. 1. cap. 5.* Vnde perpulchre
13. *Hannibal in oratione ad milites.* apud *Livium lib. 21. Quicquid Romani tot triumphis partum geſtumque poſſident, id omne noſtrum cum ipſis Dominis futurum eſt.* (adde *ſupra ead. decad. conſult. 1. n. 12.*) Et cur jus univerſale victori
14. denegabimus, cum jura in jure victoris nullibi diſtinguant, ſed ubivis indefinitè loquantur? Indefinita autem locutio univerſaliter & indiſtinctè eſt intelligenda. *c. ut circa. de election. in 6. in gloſ. cum ſimilibus Henn. Gæden. conſ. 4. n. 6.* Deinde licet jura incorpolia (uti nonnulli opinantur) manu apprehendi atque ita per victores capi non poſſint, hoc ſaltem verum eſt, ſi id per ſe & immediatè intelligas, cùm verò talis ſit jurium incorporalium conditio, ut vel rebus vel perſonis in, & adhæreant, eadem cum perſonis & rebus capiuntur. *Hugo Grotius de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 7. n. 4.* quod in jurè non eſt novum & exemplo ſervitutum, aliorumque jurium incòrporalium demonſtrari poſſet, niſi tyronibus juris ſatis cognitum eſſet; Tertiò experientia & pra-
15. xis hanc quoque ſententiam firmat & ſtabilit.

lit, quis enim non videt occupatis Regnis, Electoratibus, Ducatibus &c. jura quoque Regia, Electoralia, Ducalia, aliasque terri-, toriorum dignitates, prærogativas & jura incorporalia inſimul victores occupare & acquirere, quamvis eadem (ſi à ſuperiori de- pendeant) nonnunquam ſibi conferri, vel confirmari petant? Sed dices enumerata jura rebus non perſonis adhærent, & ſic me- 16.
ritò tranſeunt. Reſpondeo jus victoris, ex iis, quæ hactenus dixi, tàm circa perſo- nam devicti delinquentis & hoſtis, quàm e- jusdem bona verſatur; ergò etiam non ſo- lùm illa quæ rem, quàm quoque quæ perſo- nam comitantur, victor ſibi acquirit. Cùm 17.
ergò quarto victoris jus & ſucceſſio, ſit quod- dam jus univerſale, circa univerſa & ſingu- la devicti bona, quatenus ea mediatè vel immediatè apprehendit (licet perſonæ ipſi- us ſervitutem, hodierni Chriſtianorum mo- res non admittant, ſed eandem libertati certo modo reſtituendam eſſe velint (uti conſultatione I. hujus decadis oſtendi) ex- inde ſequitur, incorporalia, nomina, jura & actiones ad victorem quoque pervenire; Quamvis enim Dd. inter ſe concertent, an

in ſe-

in legato vel donatione omnium bonorum, tàm mobilium, quàm immobilium, etiam intelligantur jura & actiones, prout videre licet apud *Bernh. Wurmſ. pr. obſ. lib.* 1. *tit. 28. obſ. 5. Weſemb. in comm. lib. 4. Cod. tit. de action. n.* 78. *Tiraquell. in tract. de retract. lignaque.* §. 1. *gloſ. 6. &* 7. ubi latiſſimè; *Molinæ ad conſuet.* Pariſ. §. 57. *n.* 18. *Pinell. rubr.* C. *de bon. matern. part.* 1. *n.* 2. *& ſeqq.* Præſes *Everhardi conſ. 16. n. 5. Georg: Everhardi vol.* 1. *conſ. 60. n. 6. Gail. pr. obſ. lib. 2. obſ.* 11. *n. 9. & ſeqq.*

18. In eo tamen utplurimum conveniunt, ſub generali bonorum omnium & univerſorum appellatione, etiam venire nomina & actiones, *text.* eſt *in l. nomina. C. quæ res pign.* oblig. *poſſ. l. poſtquam. C. de hæred. vel action. vend. Gail. lib. 2. obſ. 25. n. 6.* Vtcunque enim jura, nomina & actiones, non veniant ſub appellatione bonorum mobilium & immobilium, nihilominus tanquam certa & tertia quædam ſpecies bonorum, ſub generali & univerſali omnium bonorum appellatione comprehenduntur; Genus enim ſub
19. ſe complectitur omnes ſpecies, & verba generaliter ſunt intelligenda *l.* 1. §. *generaliter. ff. de*

*ff. de legat. 1.* Et qui omnia dicit nihil excludit *l. Iulianus. ff. de legat. 3. Bald. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ.* Etiam ea, in quibus ſpecialis aliâs requireretur mentio. *Aym. Cravetta. conſ. 292. col. 3.* Nunc ad illa, quæ pro *Thebanis* allata, & ab Hottomanno *citat. loco* 20
contra jus victoris diſputata ſunt, facilior erit reſponſio; Nihil ergo juvat *primò*, quod jure quaſi poſtliminii civitas in libertatem reſtituta, eadem, ejusdemque juris & ſtatus fingatur, atque ita omnia recuperet. Nam *Caſſander* hâc ſuâ reſtitutione, nihil amplius agere potuit, quàm quatenus facultatem agendi habuit, reddere autem *Thebanis*, quod *Alexander*, dum victor fuit, & donandi jus habuit, *Theſſalis* dedit, in *Caſſandri* poteſtate non fuit, ergo etiam non potuit jus crediti reſtituere *Thebanis*, quod nec feciſſe præſumitur, facit huc, quod ea, quæ aliis à victore donata ſunt, generali reſtitutione non redeant, & in ſpecie, creditum non eſſe in eorum numero, ut poſtliminio redeat, tradit *Hug: Grot: tr. de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 9. n. 9. Secundum* quòd capta non cenſeantur, niſi eâdem manu militari retineri queant, enervatur per ea,

quæ antea de rebus incorporalibus diſputavi; Deinde non habet locum, ubi res non eſt amplius integra, & jus devolutum uti hoc noſtro caſu. *Tertium* quod quæ univerſitati debentur, quamdiu quilibet unus ſupereſt, ei debeantur, habet locum ubi de debito conſtat, & jus debendi non ceſſat, atque tale jus per *Alexandrum* eſt ſublatum & liberatus eſt debitor, ſeu civitas debitrix liberalitate & remuneratione *Alexandri*, ergo nihil amplius hic exigi poteſt. Præ-
21 durum quoque & nimis rigidum eſt, quod *Matthæus de Afflictis deciſ. Neapol.* 150. ſcriptum reliquit, & reſpondit, quod debitores *Alfonſi* Regis, qui *Carolo VIII. Regi Galliæ*, dum Regnum *Neapolitanum* obtinebat, ejusque comitibus, quibus victor jus debendi ceſſerat, ſolverant, adhuc ſint obligati Regi *Alphonſo*; cum reali ſolutione Gallis victoribus factâ, ſe ſemel ab obligatione liberarint, eique ſolverint, qui jus crediti victoriosè acquiſierat. Denique non convenit, ut miſeri hi creditores, cum proprio damno, quod deprædatione, aliisque Gallorum victorum inſolentiis perpeſſi, *Alfonſi* (à quo potius defendi debuiſſent) infortunii

pœnas

pœnas luant; Quod tamen eatenus verum 22
agnoſco, quatenus in mora ſolvendi non fuerunt, propterea quod periculum poſt moram commiſſam ad debitorem pertineat. *l. quod te.* 5. *ff. de reb. cred. l. nemo.* 82. *in fin. ff. de V. O. Hottoman, d. quæſt.* 5. Conſe- 23.
quens nunc eſt pro *Theſſalis* & jure victoris, contra *Thebanos* concludere, quam quoque in ſententiam poſt *Ærodium* allegato loco, ajunt. *Hug. Grot. d: lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 9. *Ioh. Papon. in arreſt. Franc. lib.* 5. *tit.* 6. *arreſt.* 2. Et in ſpecie, quod bonis alicujus ca- 24
ptis, vel etiam confiſcatis confiſcanti vel fiſco debitor recte ſolvere poſſit, ita ut liberetur, poſt *Farinac. tit. de crim. læſ. Majeſt. quæſt.* 116. §. 2. *n.* 65. *Gomeſium Horatium, Carpanum* & multos alios tenet *Sebaſt. Guazzin. tract. de confiſcat. bonor. concl.* 24. *per, tot.*

*Ampliatur primò* procedere, tam in debi- 25
tis univerſitatis, quàm etiam ſingulorum, cùm utrobivis eadem militet ratio, per tradita â Dd. citatis, atque talem in *Gallia* conſuetudinem eſſe, teſtatur *Papon. d. tit.* 6. *arreſt.* 2. *Ioh. Lucius in Placit. Curiæ. lib.* 10. *tit.* 6. *Placito* 1.

26 *Ampliatur Secundò*, quod eatenus jus crediti ad victorem & confiſcantem tranſeat, ut debitum, debitoribus devicti vel delinquentis, ob damnum perpeſſum, bene merita, vel aliam ob cauſam remittere vel etiam exigere poſſit; Dum enim jus crediti acquiſivit, in creditoris poteſtate eſt, juri ſuo renunciare, vel illud in effectum deducere, per jura trita & vulgaria.

*Ampliatur Tertiò* debitorem ſolvendo vi-
27 ctori vel occupatori liberari, etiamſi illa ſolutio facta ſit tyranno vel alii cuipiam ex generali vel ſpeciali ejusdem mandato, ita poſt *Horat. Carpanum. Guazzin. d. tract. concluſ. 24. n. 18.* quem vide pluribus, an debitor inveſtigare debeat, num publicatio vel confiſcatio injuſtè facta nec ne; item ſi ſolutio in diem debita, tyranni vel invaſoris terrore à debitore facta, eundem liberet?

*Limitantur Primò* ea, quæ dicta ſunt non
28 habere locum ſi ante occupationem dies ſolutionis ceſſit, & debitor fuerit in mora ſolvendi, nam hoc caſu periculum ad debitorem ſpectat, & licet victori, occupatori vel confiſcanti ſolverit debitor, non tamen liberatur, ſed recedente occupatore &c. vel pace

pace facta nihilominus vero creditori ſolvere tenetur, atque hoc in caſu locum habet, deciſio *Matthæi de Afflictis*. 150. & ea quæ tradit *Hottom. quæſt. 5. ſub. fin. fere Boſsius* & *Carpanus* relati à *Guazzino d. concl.* 24. *n.* 19. Diſſentit & contradicit in terminis *Ioh. Papon. de arreſt. Franc. libr.* 5. *cap.* 6. *arreſt.* 2. *Johan. Lucius Placit. Curiæ lib.* 10. *tit.* 6. *placit.* 1. ubi ita refert (cum liber rarus ſit) Flandro mercatori, mercator Gallus in mille tenebatur, Gallo procraſtinatori dictat judicium Flandrus. Ille detrectare, tergiverſari; Hic horis omnibus ac momentis inſtare, urgere. Bello interea ſuborto, & inimicorum rebus, quæ apud nos erant (ut aſſolet) fiſco addictis; Quæſtor ærarius nomen exigit; Icto poſteà fœdere, Flandroque litem repetente, Gallus excipit ſolutionem quæſtori factam. Reſpondet Flandrus, Galli dolo culpâve latâ eſſe factum, ut eò res deveniret, atque ita eum teneri ſaltem quanta ſua intererat Gallum non fuiſſe tergiverſatum. Referebat Gallus, non modò nomen, ſed & actionem omnem à Flandro hoſte proclamato, perfidiæ nomine comiſſam eſſe; Depulſus exceptione

one Flandrus curiam appellavit, & repræ-‘
ſentato curiæ ipſius judicio, provocatio ſi-‘
ne fraude, circumducta eſt, idque unde‘
provocatum erat, comprobatum. *S*ed‘
quo jure, ipſi videant, per ea quæ tetigi hâc
eâd conſultat. n. 22. Ideoque Paponius
*citato loco* eundem caſum referens poſteà ad
æquitatem recurrit, eamque (poſt vulnera-
29 tam cauſam) judici commendat, uti ibidem
videre licet.

*Limitatur* 2. Ea jura incorporalia non
tranſire ad victorem, quæ ex ſingulari per-
ſonæ proprietate fluunt, ac propterea ina-
lienabilia ſunt, ut *jus patrium*, Hæc enim
ſi manere poſſunt, manent penes perſonam;
30 ſi non exſtinguuntur, ſic ſentit *Grot d. tract.
lib. 3. cap 7. n. 4.*

*Limitatur* 3. præfata concluſio, quod non
procedat in *bellis civilibus*, & *privatis* ſubi-
taneiſque ejusmodi *diſſenſionibus* inter con-
cives, in quibus jura privatorum non comu-
tari, plerique juris militaris prudentes exiſti-
mant; Facti ſpeciem proponit *Ærodius* no-
ſter, *rer. judicat. lib. 2. tit. 2. cap. 2.* hiſce ver-
‘bis. Similis fuit controverſia inter Flavi-
‘um & Dyrrachinos poſt pugnam Pharſali-
cam

cam; Dyrrachini non inficiabantur, ſe ei ‘
debuiſſe, cui Flavius hæres eſſet, ſed alle- ‘
gabant æs alienum ſibi donatum eſſe à ‘
Cæſare; ſumpsere arbitrum M. Ciceronem; ‘
ſuccubuere Dyrrachini, ut opinor. Nam ‘
in civilibus diſſenſionibus, jura ſingulorum ‘
non commutantur, neque juri poſtliminii ‘
locus eſt. Ideoque Brutus Dyrrachinorum ‘
exceptionem injuriam appellat; Noli (in- ‘
quit) pati, à neceſſariis tuis neceſſario meo ‘
injuriam fieri. Quod ipſum comprobat ‘
*Grot. d. tract. lib. 3. cap. 8. in fin.* ubi ait, hoc ‘
bellum Cæſaris non eſſe ex eo genere, de ‘
quo jus gentium conſtitutum ſit, cæterum ‘ 31.
inter bella civilia, quando Subditi contra ‘
Superiorem inſurgunt & rebellant, ea quæ ‘
ſupra pro victore diſputavimus, locum ‘
quoque inveniunt, nihilominus finaliter &
concluſive, omnia quæ in hâc conſultatio-
ne adducta ſunt, eatenus declaramus, ut
*Victori* charitatis magis, quàm juſtitiæ le-
gem; *Iudici* æquitatem potius, quàm rigo-
rem & ſummum jus (ſub cujus umbra
ſumma ſæpe ſolet eſſe injuſtitia) re-
commendemus.

# CONSULTATIO DECIMA.

In caſu Cheirographi inter prædam à milite reperti, & deſuper ſolutionem exigente, an debitor ſolvendo militi, liberetur à vero creditore?

## SUMMARIA.

1. *Caſus præfiguratio.*
2. *Argumenta pro milite & debitore.*
3. *Primum, jura incorporalia tranſire quoque ad militem.*
4. *Secundum, militem eſſe inſtar ceſſionarii & delegati.*
5. *Tertium, quia miles factus fuiſſet Dominus pecuniæ, ſi adfuiſſet.*
6. *Quartum quia liberatio debitoris ex ſolutione, & translatione* Cheirographi *præſumitur.*
7. *Pro creditore & ſententiâ contrariâ.*
8. 9. *Status controverſiæ formatur.*
10. *Solâ* Cheirographi *apprehenſione niſi alius titulus*

*titulus translationis accedat jus crediti non transferri.*

11. *Alia eſt ratio in Principe ſeu belli capite, alia in quolibet privato milite.*

12. *Is univerſa capit, hic ſaltem quæ manu rapit.*

13. *Maximè ubi deprædatio ad tempus ſaltem permiſſa eſt*

14. *Jus confiſcandi ad privatos milites non ſpectat.*

15. *Miles apprehenſione inſtrumenti nihil juris acquirit.*

16. *An vi ceſſionis vel donationis?*

17. *Donationes & ceſſiones jurium ſunt facti.*

18. *Facti quæ ſunt probari debent.*

19. *Tabula crediti, Cheirographum licet ſuo modo debitum probent, ex earum tamen poſſeſſione ceſſio vel translatio non probatur.*

20. *Cheirographum exhibens ceſſionem ſimul verificare debet.*

21. *Alias ipſi rectè opponitur exceptio non competentis actionis.*

22. *Debitor ad nudam Cheirographi præſentationem ſolvens invito creditore non liberatur.*



Digitized by Google

23. *Debitor quomodo ſalvendo liberetur?*
24. *Debitor etiam conjunctæ perſonæ abſque mandato creditoris ſolvere non debet.*
25. *Pecunia numerata, ceu ſpecies interire poteſt, debitum, ceu quantitas, corpus juris habens nunquam interit.*
26. *Tabulis ablatis, non poteſt diei pecunia ablata.*
27. *Cujus rei ratio traditur.*
28. *Jus debendi in tabulis non verſatur, ſed ſaltem ejus probatio.*
29. *Subſtantia obligationis oſſibus primi acquirentis adhæret.*
30. *Cheirographum ſeu ſcriptura non eſt de ſubſtantia actus mutui.*
31, 32. *Cheirographi reſtitutio, vel apud debitorem inventio, an & quomodo ſolutionem probet?*
33. *Hac ſententia ſtatuto Mechlinenſi ſummâ ratione nitente corroboratur.*
34. *Et non ſolum locum habet in debitis activis, ſed etiam paſſivis.*
35. *Limitatur primò, niſi ob redemptionem, vel vexam redimendam, militi jus crediti (mediante Cheirographo) traditum & ceſſum ſit.*

36. Li-

Digitized by Google

36. *Limitatur ſecundò, ſi debitor à tyranno vel milite coactus ſolverit &c.*

NOn ita pridem accidit, cum civitas H. armatâ manu expugnaretur, militibus (prout fieri adſolet) prædandi licentia per aliquot horas data fuit; Quidam ex militum grege, inter alia, apud virum prædivitem, invenit tabulas, ſeu Cheirographum, quod continebat duorum millium thalerorum debitum, quo prædicto civi civitatis H. obſtrictus erat alius quiſpiam cives civitatis B. miles reſervato ſibi Cheirographo, atque ejus vigore à debitore ſummam illam exigit, impetrat quod vult, quærebatur, an debitor ſolvendo militi liberetur, ita ut vero creditori amplius ſolvere non teneatur? 1. 2.

Argumenta *pro milite* exigente, & debitore ſolvente hæc eſſe videntur. *Primum* quod conſultatione antecedenti deciſum, quod jura etiam incorporalia, immo omnia bona, cum ipſa perſona devicta ad victorem tranſeant, atque hâc ratione victor etiam nomina & actiones confiſcare, ſibique applicare poſſit, idem ergo jus in milite priva- 3.

to

to ſtatuendum, cum iisdem privilegiis, quo victor, gaudere videatur.

4. *Secundum*, quia ceſſionario & delegato æquè ſolvitur, quàm ipſi principali, ceſſionarius enim, *jure* cedentis utitur. *l. ſi ut certo. §. rem. 12. ff. commod. l. 5. C. de hæred. act.* Et in delegatum transfertur omne *jus*, delegantis vel novantis, *per jura vulgaria.* Atqui miles habens Cheirographum illud ex legitima acquiſitione vel ceſſione habere videtur; Ergo etiam ei, non ſecus ac vero creditori, validè ſolvitur *Ant. Gales. ad form. Cam. oblig. 2. quæſt. 2.*

5. *Tertiò* hoc firmatur ex eo, ſi miles ipſam pecuniæ ſummam inveniſſet, quod eandem auferre potuiſſet, perinde eſt ſi id faciat, mediante Cheirographo, quod talem ſummam in ſe continet. Et demum *Quartò* quia realis debiti ſolutio intervenit, ac propterea dato obligationis inſtrumento vera liberatio; cum reddito inſtrumento ſeu Cheirographo præſumatur ſolutio. *l. 4, l. inductum. ff. de ſolut.* Et ex reſtitutione inſtrumenri, vel ex eo, quod Cheirographum invenitur penes debitorem, licet raſum deletumve

non

non ſit probatur liberatio. *text. in l. ſi. Cheirographum ff. de probat. l. poſtquam ff. de pact: Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 8. n. 14. Borcholt: de pact. cap. 2. diviſ. 1. n. 5. & ſeqq. Ioh. Papon. de arreſt. Franc. lib. 8. tit. 2. in fin. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 477. n. 2.*

Verùm recenſitæ rationes, & ſi quæ perſimiles in medium adduci poſſent non ſunt tanti momenti, ut quempiam perſuadere poſſint, militi hoc caſu eſſe rectè ſolutum, & reddito Cheirographo ſolventem ab obligatione liberari; Sed potius debitorem vero creditori adhuc teneri. Summa autem totius controverſiæ in eo conſiſtit, an miles auferendo Cheirographum, libros rationum, vel ſimilia inſtrumenta & documenta, eo ipſo ſibi acquirat, jus in iis contentum? Quod ita declaratur, an ipſo jure per Cheirographum &c. transferatur jus crediti, vel interveniente aliquo facto hominis, puta, venditione, permutatione, donatione, aliâve ceſſione? Prius negandum, & poſterius affirmandum arbitror. Cum itaque per apprehenſionem Cheirographi, abſque veri creditoris voluntate & facto interveniente jus debendi à milite non acqui-

7.

8.

9.

10.

acquiratur, uti ex poſtea traditis luculenter apparebit, exinde ſequetur militi, niſi de donatione, ceſſione, vel aliâ juris in eum translatione, per creditorem factâ conſtet, non rectè ſolvi, quod & infra limitationis
11. loco adducemus. Nihil itaque obſtat *primum* pro milite, & debitore ſolvente allatum argumentum, nam longa alia eſt ratio, in Principe victore bellum gerente, quàm in quolibet privato milite; Iſte occupando lo-
12. cum, jure univerſali ſuccedit, in omnia devictorum, non ſolum perſonas, ſed etiam bona (prout ſupra *conſult.* 9.) deduximus; Hic nihil magis acquirit, quàm quod manu capit, aufert, & in cuſtodiam deportat, cum totum ejus jus, in manus occupatione, & captivitate poſitum ſit *l.* 5. *ff. de acquir. rer. domin. in fin. l. transfugam.* 51. *cod. l.* 1. *ff. de*
13. *acquir. poſſ.* Quod eò magis verum, cum hoc prædandi jus à belli Ducibus dependeat, ejusque licentia ab iisdem ad certum tempus militibus concedi ſoleat. Quicquid ergo milites intra illud temporis ſpacium, vel capiendo perſonas vel bona eorum mobilia, ipſo facto & actualiter non occupant, apprehendunt, vel in ſuam coſtodiam deducunt

ducunt, illud certè in poteſtate victoris ceu univerſalis juris ſucceſſoris cum reliquis ſibi aliàs reſervatis juribus, circa occupationem bellicam permanebit. Adde quod jus confiſcandi ad Principes victores, non 14.
etiam ſingulos & privatos milites pertineat, uti ſatis conſtat, ergo etiam nomina & actiones confiſcandi jus, ejusmodi milites ſibi vindicare non poſſunt(per ea que *d. conſult.* 9. paſſim allegantur.) Equibus conſtat, mi- 15.
litem ipſo jure, & vi obligationis & Cheirographi ablati debitum illud exigere non poſſe, idque ob deficientem facultatem exigendi, quam ſibi auferendo tabulas, vel litteras chartaceas non acquiſivit, quemadmodum etiam paulo poſt dicemus.

Ad *Secundum argumentum*, annè itaque vi ceſſionis vel donationis, atque reverà mi- 16
les apportando Cheirographum vel libros rationum, & deſuper exigens debitum in iis contentum, pro ceſſionario vel delegato haberi poſſit & debeat? Manifeſtum certè eſt, donationes, ceſſiones, juriumque 17.
in alios translationes, cum aliis, facti hominis interveniendam requirentibus, eſſe 18
facti, Ea autem quæ facti ſunt non præſu-
muntur

muntur, ſed probari debent, ſecundum vulgatas juris regulas; Sed quid numne ceſ-
19. ſio juris crediti, per ipſas tabulas creditum continentes probabitur? Quod omninò negandum, cum (uti conſtat) tabulæ debiti & crediti efficiantur, ad probandum per eas, creditum ad ceſſionem ergo probandam, illarum demonſtratio non ſufficiet, ſed aliter de ceſſione ejusque titulo conſtabit, aliàs non admittetur, ita per *Barthol. in l. per diverſos. C. mandati. Moller. ſemeſtr. lib. 2. cap. 20. n.* 1. ubi addit *n.* 3. in terminis dicens. Ad probationem autem ceſſionis,
20 negante præſertim eam debitore, non ſufficit, ſi quis executionem petens, tabulam cautionis producat, eamque à creditore ſibi traditam & ceſſam dicat, niſi inſtrumentum ceſſionis ſimul exhibeat &c. potuerit enim fieri, ut nullo vel tituli colore ad aliquem pervenerit, & ſic creditor citra culpam jure ſuo privaretur, adde quæ infra ad quartum argumentum ulterius dicuntur. Atque ita hoc in caſu, quilibet ejusmodi
21. exactoribus objicere poteſt, tibi non competit actio, ſine qua nemo agere poteſt *l. ſi pupilli.* §, *fin. ff. de negot. geſt.* certum autem

eſt,

eſt, agentum ex aliquo inſtrumento aut Cheirographo, in quo nominatus non eſt, non rectè agere, immò ſine actione experiri, cùm inſtrumentum neminem juvet, niſi quem tenor inſtrumenti complectitur, ut eſt textus ad litteram in *l. adprobationem.* 1. *C. de probat. & ibid. Bald.* Iniquum eſſet latori dare actionem, niſi conſtet quod littera vel obligatio ad eum perveniſſet, de voluntate ſcribentis, prout late docet & probat Præſes *Everhard. conſ.* 219. & ſic poſt alios, judicatum refert *Chriſtianæ. ad conſuet. Mechlin. tit.* 1. *art.* 45. *n.* 2. Unde
liquet, cùm nec ex naturâ & jure Cheiro- 22.
graphi, nec vi ceſſionis donationis &c. (niſi id ipſum aliter probatum ſit) miles prædictam ſummam exigere poſſit, malè facere debitorem, ſi ad ejusdem inſtantiam ſolvat, ac proinde quoque non liberari; Quod e- 23.
nim dicitur ſolutione debitoris perimi obligationes, id verum eſt, ſi vero creditori & Domino ſolvatur, vel alii, eo volente & mandante, *l. 4. c. de ſolut. l. ſolutam. ff. de ſolution.* aut ratum habente. *d. l. ſolutam. Weſemb. in parat. ff. eod. n. 4.* ſecus verò, ſi fiat creditore invito & inſcio, ei qui propterea

mandatum nullum habet, nam tunc ſovens
24 non liberatur. *l. inv. 12. c. de ſolution.* Etiamſi
ſolutio hæc conjunctæ perſonæ facta ſit. *text. in l. maritus C. de procurat. Ant. Quetta. conſ. 15. n. 6. & ſeqq.*

25. *Tertium* argumentum minus urget, nam licet, ſi pecunia numerata fuiſſet, eadem hoc caſu, non minùs penes creditorem peritura fuiſſet, quàm nunc ſit ſolutione à debitore militi factâ, atq; uti *Sabiniani* olim exiſtimarunt, ubi res æque apud creditorem, ut apud debitorem interitura fuiſſet, eo caſu periculum ſpeciei pertinere ad creditorem. *l. ſi plures* 14. §. *ult. ff. depoſ.* alia tamen eſt ſpeciei, alia quantitatis ratio, ſpecies enim interit, cujus certum ſubeſt corpus, quautitas non interit, quæ ſine corpore *juris* intellectum habet. *l. pecunia. 12. ff. de legat*: 2. Itaque ſicut incendium, ita nec bellum, aut naufragium ære alieno debitorem liberat. *l. incendium* 11. *c. ſi cert. petat.* animadvertere ergo & vigilare debet, cui ſolvat, & num ritè recteque faciat. Facit ſe-
26 cundò quòd magna ſit differentia, inter pecuniam numeratam, & tabulas, quibus e-
27. andem deberi, probari poteſt; Atque hiſce ſur-

ce ſurreptis abſurdum foret, dicere pecuniam ablatam eſſe, Maximè cum tabulæ in 27
poteſtate & dominio ſint creditoris, pecunia verò debita, & adhuc penes debitorem permanens, in poteſtate & dominio ejusdem perſeveret, quomodo ergò ablado Cheirographo, illa ſurrepta dici poterit? Chartam & manum debitoris, miles creditori abſtulit, non ipſum jus debendi, non voluntatem exigendi; Hæc ergò permanet 28.
licet tabulæ perierint, modò aliæ probationes non deficiant. Vide *Gail. lib. 2. obſ. 37. per tot.* Et jus in tabulis non verſatur, ſed ex tabulis petitur ſaltem probatio. *Petr. Erod. rer. judic. lib. 2. tit. 2. cap. 1.* Quinimò, ſubſtantiam obligationis oſſibus pri- 29
mi acquirentis, ac in cautione nominati cohærere, donec ab ipſo, vel alio mandatum ad id habente alienetur pulchrè ſcribit *Chriſtian. cit. loc & n. 2.* Demum locus 30.
hicce corroboratur, quod in contractu mutui, ſcriptura ſive Cheirographum, non ſit de ſubſtantia actus, ſed ſaltem adhibeatur, ut mutuum faciliùs per eam probetur. *l. 4. de pignor. l. 4. de fid. inſtrum. Vmmius de proceß. diſp. 17 n. 14.* ubi refert, quinam actus



Digitized by Google

31. ſcripturam requirant vel non. Quæ *quarti argumenti* loco, de reſtitutione Cheirographi ſeu obligationis penes debitorem, allegata ſunt, ea quoque ita ſimpliciter vera non perhibentur, quia debitor etiamſi penes ſe habeat inſtrumentum & dicat ſe propterea liberatum, non tamen præſumitur liberatus, niſi probet, hujusmodi inſtrumentum fuiſſe ſibi per creditorem reddi-
32. tum. *Maſcard. de probat. volum. 1. cap. 477. n. 3.* & debiti inſtrumentum apud debitorem repertum, non facit plenam probationem ſolutionis, ſed tantùm præſumptionem *Maſcard. d. concl. 477. n. 14.* vel prout Dd. loquuntur, reſtitutionem Cheirographi, non liberare debitorem ipſo jure, ſed ope exceptionis. *Gail. d. lib. 2. obſ. 37. n. 5. Weſemb. in comm. C. lib. 4. tit. 8. de condict. n. 13.* quapropter præſumptiones, & probationem contrariam admittit; Quibus ita breviter
33. diſcuſſis, ſummâ ratione, niti videtur lex muncipalis Reipublicæ Mechlinenſis, quam refert *Paul. Chriſtianæ. d. comm. tit. 1. art. 48.* & ſic habet. Nemo eo nomine debitum exigere poteſt, quod cautionem obligatoriam oſtendat, niſi conſtet de procuratione,

aut

Digitized by Google

aut debiti in eum translatione, quòd is qui principalis creditor nominatur in ipſum contulerit, nec obſtat, ſi in cautione expreſſum habetur, ei dandum eſſe, qui obligationem exhibuerit.

Ampliari videtur principalis noſtra conclusio procedere, non ſolùm in debitis activis, ſed etiam paſſivis, utputa, miles debitor, expugnat civitatem vel locum quendam deprædare cum commilitonibus facit, in quo creditor ſuus habitat, ab eoque obligationem vel liberationem debiti extorquet, hæc ſiquidem liberatio non magis valida eſt, quàm ea, de qua hactenus diximus, per rationes adductas, & quòd præterea debitor, contra militem (aurâ ſerenâ) de jure ex capite, *Quòd vi metusvè cauſâ agere poſſit*. 34.

*Limitatur* 1. in utroque caſu, ceſſare prædicta, ſi loco lytri, pro liberatione perſonæ creditoris capti, vel deprædationem & vexam redimentis, inſtrumentum obligatorium militi fuerit ceſſum vel donatum, isqve hanc ceſſionem vel donationem probare poterit, tunc enim (niſi tamen modum planè non excedat) tenet, prout etiam ſupra hâc conſultat. monui. 35.

*Limitatur* 2. principalem concluſionem non habere locum, ſi debitor à tyranno, vel milite coactus debitam ſummam intuitu veri creditoris, militi ſolverit, quia tunc eum ſolvendo liberari poſt *Boſſium* & *Carpan.* tradit *Sebaſt. Guazzin. tract. de confiſcat. bon. concl.* 44. *n.* 17. 18. atque hûc faciunt, quæ de æquitate & miſeratione, in hiſce & ſimilibus caſibus ſcribit *Franc: Hottom: illuſtr. quæſt.* 5. §. *Hæc cùm ita ſint*; Prope finem atque hæc quoque de propoſito caſu (quem in terminis ab alio quopiam tractatum nondum vidi) ſolvo meliùs ſentientium judicio, ita brevibus diſſeruiſſe ſufficiat.

Diſcur-

# DISCURSUS
## DE
# VERA VICTORIA.

SUMMARIA.

1. *Bella, vel ſopiuntur pace, vel finiuntur victoriâ.*
2. *De jure pacis quinam hactenus ſcripſerint.*
3. *Quomodo ad pacem deveniatur?*
4. *Periculoſum eſt inter potentes, (viribus adhuc integris) velle conciliare pacem.*
5. *Melius id ſuſcipitur, viribus nonnihil attritis.*
6. *Exemplo Caroli V. Imperatoris & Franciſci I. Galliæ Regis.*

7. *Ludovici Alamanni nobilis Florentini hâc de re ſententia.*

8. *De mediis & jure pacis alibi dicetur.*

9. *Per victoriam, ſimpliciter pacem ſperandam, vel obtineri poſſe, fallibile eſt argumentum*

10. *Quidnam præcipue in hoc diſcurſu indagandum.*

11. *Falſæ & veræ victoriæ differentia.*

12. 13. *Utriusquæ victoriæ cauſæ.*

14. *Victoriam aliam veram, aliam falſam eſſe.*

15. *Falſarum victoriarum ſpecies.*

16. *Julij Cæſaris de Pompeianis judicium.*

17. *Polybij, de vanâ victoriæ perſuaſione argumentum.*

18. *Euripidis, de Græciæ civitatibus teſtimonium.*

19. *Inſigne Friderici III. Cæſaris, ad Ludovici XI. Galliæ Regis Legati, reſponſum.*

20. *Victoriæ futuræ, ex judiciis & ſignis judicium, cum aliquot exemplis.*

21. *Auctoris ea de re ſententia.*

22. *Lepida Archidami ad milites exhortatio.*

23. *In multitudine militum incerta victoria.*

24. *Quid ſemel vel pluries victoriæ obtentæ fidendum.*

25. 26.

Digitized by Google

25.26. *Eadem proſequenta, ut nil amplius timere neceſſe ſit.*

27. *Et victis arma ſuperſunt.*

28. *Omnibus fortunis nudatis, etiam cultellus ad vindictam remanet.*

29. *Victor timere nil poteſt, quàm quod non timet.*

30. *Victi dum reſpirare poſſunt, victoria vera nulla ſperanda.*

31. *Exemplo Mitridatis; Idq; ſi non ad ſpem victoriæ, compoſitionis tamen.*

32. *Victoria vera dici nequit, quæ finem ſuum conſequuta non eſt.*

33.34. *Victoriam proſequi oportet*

35. *Victoria dubia, cui ſit adjudicanda?*

36. *Quot modis hoc fieri contingat? cum exemplo Argivorum & Lacedæmoniorum.*

37.38. *Exemplis aliorum.*

39. *Quomodo in hiſce dubiis ſentiendum?*

40. *Vera & perfecta victoria quæ?*

41. *Imperfecta victoria quænam?*

42. *Cui rei æquiparatur?*

43. *Imperfectæ victoriæ effectus.*

44. *Ex eadem provenientia vitia.*

45. *Perfectæ victoriæ effectus.*

46. *Perfectam victoriam, poſt Cæſarem Auguſtum, vix alicui obtigiſſe.*

47. Hu-

Digitized by Google

47. *Hujus rei conjectura & cauſa.*
48. *Inſignis Juſti Lipſii locus.*
49. *Victor clementiæ ſtudeat, pacem amet.*
50. *Concluſio cum voto.*

1. OMne belli genus, vel *pace* ſopitur, vel *victoriâ* finitur; De *jure pacis* exſtant aliquot, tàm veterum, quàm novitiorum JCtorum ſcripta, inter quæ præeminent;
2. *Octav: Velpelli tractat: de treug: & pac: Nicolai Maroni de treug: & pace. Antonij Corſeti de privileg. pacis. Petr: Gudelini de jur pacis. Hug: Grot: de jure belli & pacis.* Et (cum Deo) de eadem materia, commodiùs ſeſe
3. aliquando offeret tractandi tempus. Interim (quoad præſens inſtitutum) ad amœniſſimum pacis ſtudium, tandem devenitur, vel *tædio belli*, utriusque partis, vel *inſigni* quâpiam, ab alterutrâ parte obtentâ *victoria.* Quod *priorem modum* attinet, ſicuti
4. periculoſum, & res magni momenti eſt, inter partes potentes, & quarum utraque adhuc viribus integris, recenter acceptas injurias vindicare meditatur, animorum conciliationem, & pacem tentare; Ita é contra, poſt diutinam dimicationem, poſt mutuas clades

clades, damna, & ſanguinis humani effuſionem, viribus utrinque contritis, ubi tamen neutra pars, debilitatem ſuam, & vulnus illatum agnoſcere vult, pacis tractatus haud rarò feliciter, & proſpero ſucceſſu, ab hominibus rerum peritis & prudentibus inſtituuntur, optatumq; eventum ſortiuntur. U*num tempus eſt de pace agendi* (teſte *Cæſare de bell. Civil.*) *dum ſibi uterq; confidit & pares ambo videntur*. Cujus rei exempla hiſtoriæ non pauca ſuppeditant; Unicum *Caroli V. Imperatoris & Franciſci Galliarum Regis*, hoc tempore ſufficiat; Hi duo potentiſſimi Principes, cùm ſuperiori ſeculo, tanto fervore & animorum exacerbatione, per aliquot annos armis dimicaſſent, & ambiguâ fortunâ & victoriâ, uterque extrema tentaſſet, tandem inter eosdem, magnâ cum laude, minori verò cum labore Pacificatio facta eſt, cujus rei cauſas Ludovicus Alamannus *nobilis Florentinu,s* & Poëta inſignis, durante pacis tractatu, interrogatus, ex tempore, *Italico* hoc rythmo, eleganter & prudentiſſimè expreſſit.

6.

7.

Com'eſſer può, che a noi pace ſi toglia
S'vn n'ha neceſſità, l'altro n'ha voglia?

Quaſi

Quaſi diceret, dubitantum ſcilicet non eſſe, quin inter *Carolum* & *Franciſcum* pax ſubſequutura ſit, cùm alter eam velit & deſideret, alter eadem opus habeat; *Remig: Florent in: conſid: civil: ad Guicciard. cap. 97.*

8. Verùm de hiſce mediis, reliquoque pacis jure, & quemadmodum firmanda, ſtabilienda & firmiter ſit concludenda, tranquilliora tempora (procul dubio) meditamenta non contemnenda tradent.

9. Ad *victoriam* nunc redeo, & quomodo mediante illâ, pax ſecura ſperari & obtineri poſſit, videbimus, per multi enim, aliàs etiam excellentiſſimi viri in hoc falli videntur, quod omnibus pacis remediis neglectis & ſpretis, ſolâ (& quidem adhuc dubiâ) victoriâ, pacem redigi poſſe arbitrentur, non attendentes, quàm fallax fortunæ, & victoriæ eventus ſit.

10. Et quoniam in cæpta (uti ſpero feliciter, & cum moltorum approbatione) *conſultationum militarium decade* multæ controverſiæ, quæ vel *amicâ pacificatione*, vel *cruentâ victoriâ* interveniente in conſideratione venire poſſunt, pertractantur, hoc loco ſaltem indagantum ſupererit. *Quænam ſit vera victoria,*

Digitized by Google

*victoria, & an unquam talis ſperanda, ut exinde pacem ſatis ſecuram exſpectare liceat ?* Sicut enim *falſæ & imaginatæ victoriæ*, multos ſæ- 11
penumerè fallunt. & nihil aliud quàm nova belli ſemina progenerant, ita è contra *vera perfecta & completa victoria*, certiſſimum munimentum & fundamentum futur ſecuritatis perhibetur. Quod ut paucis 12.
oſtendam, nebulas quaſdam falſarum victoriarum primò removebo, & poſtea quænam ſit vera victoria, & quomodo eidem fidendum declarabo; Sicuti autem *affectus* & *opinio*, multarum falſitatum & imaginationum cauſa ſunt; Sic veritatem non niſi *recta ratio* agnoſcit & producit(eſt autem, ait magnus ille *Lipſius in libello ſuo aureo de conſtant. libr.* I. *cap. 4. in fin.* Re*cta ratio* nihil aliud, quàm *de rebus humanis, divinisque*(quatenus tamen hæ ad nos ſpectant) *verum judicium ac ſenſus*; *Opinio* huic contraria *de iiſdem futile judicium & fallax.*) Quamobrem falſæ victoriæ, ceu chymeræ, ex affectibus 13.
hominum vel opinione formantur, & multa mala progenerant; *Nam uti oculus, qui per nebulam aut aquam inſpicit, res metitur falſo modo; ſic annimus, qui per opinionis nubeam;*

*Hac*

*Hæc homini, ſi conſideras, malorum mater, &c.*
14. Idem *Lipſ. d. libr. 1. cap. 5. in fin.* Ex hiſce itaque conſtat, *victoriam* eſſe *falſam*, aliam *veram*, & quænam ſit utriusque cauſa; *Opinio*
15. ſcilicet illius, *recta ratio* verò hujus.

Futilium, imaginatarum, & *falſarum victoriarum* plurimæ ſpecies occurrunt; ſunt enim *primò*, qui *ex merâ perſuaſione* victoriam ſibi imaginantur, & cum cane Æſopico umbram ſectando, ultorioraque petendo, ea quæ re ipsâ tenent, unà cum vana ſpe perdunt; *Julius Caſar lib. 3. de bell. civ. de Pompeianis* perſimili perſuaſione affectis,
16. ita ſcribit: *Nec quibus rationibus ulteruis ſuperare poſſent, ſed quemadmodum uti debebant victoriâ* (quam ſibi imaginabantur) *cogita-*
17. *bant.* Et perpulchre de ejusdem ſortis hominibus ratiocinatur P*olybius lib. 11. Multi ſunt* (ait) *qui quando de ſummâ rerum decertaturi ſunt, ea tantùm, ob oculos ſibi ponunt, quæ ex victoria mommoda adepturi ſunt, & ſuavi futuri boni titillatione ratiocinantur, quam jucunde bonis illis uſuri ſint; Caſus verò ſiniſtros non conſiderant, nec quid in omnem eventum*
18. *fieri debeat, ſecum animo volvunt.* Idem *de Græcia civitatibus* vana ſpe omnem victoriam de-

am devorantibus, & nulla adverſa conſiderantibus *Euripides* memoriæ reliquit, quem in hunc ſenſum refert *Hug. Grot de jur. belli & pac. libr. 2. cap. 24. n. 4.* dum ita ſcribit;

De Marte quoties itur in ſuffragia
Nemo imminere cogita mortem ſibi,
Sed quisq; cladem deſtinamus alteri,
Quòd ſi in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Et demum nihil vel pulchrius, vel prudentius, de falſa & imaginata victoria apud Hiſtoricos & Politicæ prudentiæ Scriptores inveniri poterit, quàm illud *Friderici III. Imperatoris* reſponſum, quod exſtat apud Cominæum *comm. lib.* 5. & tale eſt, cùm enim *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, ut *Caroli Burgundi Germanico & Gallico* Imperio bella inferentis, audaciam compeſceret, legato ad Cæſarem miſſo, cum eodem paciſci cuperet, ut fœdere utrinque firmato, conjunctis viribus Carolum agrederentur, ſubjungens catalogum provinciarum Caroli, quatum una pars ad Cæſarem, altera ad Regem devicto Carolo perveniret; Cæſar prudens haud difficulter animadvertit, quam ſtulte ageretur, 19.



Digitized by Google

*Hæc homini, ſi conſideras, malorum mater, &c.*
14. idem *Lipſ. d. libr.* 1. *cap.* 5. *in fin.* Ex hiſce itaque conſtat, *victoriam* eſſe *falſam*, aliam *veram*, & quænam ſit utriusque cauſa; *Opinio*
15. ſcilicet illius, *recta ratio* verò hujus.

Futilium, imaginatarum, & *falſarum victoriarum* plurimæ ſpecies occurrunt; ſunt enim *primò*, qui *ex merâ perſuaſione* victoriam ſibi imaginantur, & cum cane Æſopico umbram ſectando, ultorioraque petendo, ea quæ re ipsâ tenent, unà cum vana ſpe perdunt; *Julius Cæſar lib. 3. de bell. civ. de Pompeianis* perſimili perſuaſione affectis,
16. ita ſcribit: *Nec quibus rationibus ulterius ſuperare poſſent, ſed quemadmodum uti debebant victoriâ* (quam ſibi imaginabantur) *cogitabant.* Et perpulchre de ejusdem ſortis homi-
17. nibus ratiocinatur *Polybius lib.* 11. *Multi ſunt* (ait) *qui quando de ſummâ rerum decertaturi ſunt, ea tantùm, ob oculos ſibi ponunt, quæ ex victoria mommoda adepturi ſunt, & ſuavi futuri boni titillatione ratiocinantur, quam jucunde bonis illis uſuri ſint; Caſus verò ſiniſtros non conſiderant, nec quid in omnem eventum*
18. *fieri debeat, ſecum animo volvunt.* Idem *de Græcia civitatibus* vana ſpe omnem victoriam de-

am devorantibus, & nulla adverſa conſiderantibus *Euripides* memoriæ reliquit, quem in hunc ſenſum refert *Hug. Grot de jur. belli & pac. libr. 2. cap. 24. n. 4.* dum ita ſcribit;

De Marte quoties itur in ſuffragia
Nemo imminere cogita mortem ſibi,
Sed quisq; cladem deſtinamus alteri,
Quòd ſi incomitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Et demum nihil vel pulchrius, vel prudentius, de falſa & imaginata victoria apud 19.
Hiſtoricos & Politicæ prudentiæ Scriptores inveniri poterit, quàm illud *Friderici III. Imperatoris* reſponſum, quod exſtat apud Cominæum *comm. lib. 5.* & tale eſt, cùm enim *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, ut *Caroli Burgundi Germanico & Gallico* Imperio bella inferentis, audaciam compeſceret, legato ad Cæſarem miſſo, cum eodem paciſci cuperet, ut fœdere utrinque firmato, conjunctis viribus Carolum agrederentur, ſubjungens catalogum provinciarum Caroli, quatum una pars ad Cæſarem, altera ad Regem devicto Carolo perveniret; Cæſar prudens haud difficulter animadvertit, quam ſtulte ageretur,

*Hæc homini, ſi conſideras, malorum mater, &c.*
14. idem *Lipſ. d. libr.* 1. *cap.* 5. *in fin.* Ex hiſce i-
taque conſtat, *victoriam* eſſe *falſam*, aliam
*veram*, & quænam ſit utriusque cauſa; *Opinio*
15. ſcilicet illius, *recta ratio* verò hujus.

Futilium, imaginatarum, & *falſarum victoriarum* plurimæ ſpecies occurrunt; ſunt enim *primò*, qui *ex merâ perſuaſione* victoriam ſibi imaginantur, & cum cane Æſopico umbram ſectando, ultorioraque petendo, ea quæ re ipsâ tenent, unà cum vana ſpe perdunt; *Julius Caſar lib. 3. de bell. civ. de Pompeianis* perſimili perſuaſione affectis,
16. ita ſcribit: *Nec quibus rationibus ulteruis ſuperare poſſent, ſed quemadmodum uti debebant victoriâ* (quam ſibi imaginabantur) *cogita-*
17. *bant.* Et perpulchre de ejusdem ſortis hominibus ratiocinatur P*olybius lib.* 11. *Multi ſunt* (ait) *qui quando de ſummâ rerum decertaturi ſunt, ea tantùm, ob oculos ſibi ponunt, quæ ex victoria mommoda adepturi ſunt, & ſuavi futuri boni titillatione ratiocinantur, quam jucunde bonis illis uſuri ſint; Caſus verò ſiniſtros non conſiderant, nec quid in omnem eventum*
18. *fieri debeat, ſecum animo volvunt.* Idem *de Græcia civitatibus* vana ſpe omnem victoriam de-

Digitized by Google

am devorantibus, & nulla adverſa conſiderantibus *Euripides* memoriæ reliquit, quem in hunc ſenſum refert *Hug. Grot de jur. belli & pac. libr. 2. cap. 24. n. 4.* dum ita ſcribit;

De Marte quoties itur in ſuffragia
Nemo imminere cogitat mortem ſibi,
Sed quisq; cladem deſtinamus alteri,
Quòd ſi in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Et demum nihil vel pulchrius, vel prudentius, de falſa & imaginata victoria apud 19.
Hiſtoricos & Politicæ prudentiæ Scriptores inveniri poterit, quàm illud *Friderici III. Imperatoris* reſponſum, quod exſtat apud Cominæum *comm. lib.* 5. & tale eſt, cùm enim *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, ut *Caroli Burgundi Germanico & Gallico* Imperio bella inferentis, audaciam compeſceret, legato ad Cæſarem miſſo, cum eodem paciſci cuperet, ut fœdere utrinque firmato, conjunctis viribus Carolum agrederentur, ſubjungens catalogum provinciarum Caroli, quatum una pars ad Cæſarem, altera ad Regem devicto Carolo perveniret; Cæſar prudens haud difficulter animadvertit, quam ſtulte ageretur,

*Hæc homini, ſi conſideras, malorum mater, &c.*
14. idem *Lipſ. d. libr.* 1. *cap.* 5. *in fin.* Ex hiſce itaque conſtat, *victoriam* eſſe *falſam*, aliam *veram*, & quænam ſit utriusque cauſa; *Opinio*
15. ſcilicet illius, *recta ratio* verò hujus.

Futilium, imaginatarum, & *falſarum victoriarum* plurimæ ſpecies occurrunt; ſunt enim *primò*, qui *ex merâ perſuaſione* victoriam ſibi imaginantur, & cum cane Æſopico umbram ſectando, ultorioraque petendo, ea quæ re ipsâ tenent, unà cum vana ſpe perdunt; *Julius Caſar lib.* 3. *de bell. civ. de Pompeianis* perſimili perſuaſione affectis,
16. ita ſcribit: *Nec quibus rationibus ulterius ſuperare poſſent, ſed quemadmodum uti debebant victoriâ* (quam ſibi imaginabantur) *cogita-*
17. *bant.* Et perpulchre de ejusdem ſortis hominibus ratiocinatur P*olybius lib.* 11. *Multi ſunt* (ait) *qui quando de ſummâ rerum decertaturi ſunt, ea tantùm, ob oculos ſibi ponunt, quæ ex victoria mommoda adepturi ſunt, & ſuavi futuri boni titillatione ratiocinantur, quam jucunde bonis illis uſuri ſint; Caſus verò ſiniſtros non conſiderant, nec quid in omnem eventum*
18. *fieri debeat, ſecum animo volvunt.* Idem *de Græcia civitatibus* vana ſpe omnem victoriam de-

am devorantibus, & nulla adverſa conſiderantibus *Euripides* memoriæ reliquit, quem in hunc ſenſum refert *Hug. Grot de jur. belli & pac. libr. 2. cap. 24. n. 4.* dum ita ſcribit;

De Marte quoties itur in ſuffragia
Nemo imminere cogita mortem ſibi,
Sed quisq; cladem deſtinamus alteri,
Quòd ſi in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Et demum nihil vel pulchrius, vel prudentius, de falſa & imaginata victoria apud Hiſtoricos & Politicæ prudentiæ Scriptores inveniri poterit, quàm illud *Friderici III. Imperatoris* reſponſum, quod exſtat apud Cominæum *comm. lib.* 5. & tale eſt, cùm enim *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, ut *Caroli Burgundi Germanico & Gallico* Imperio bella inferentis, audaciam compeſceret, legato ad Cæſarem miſſo, cum eodem paciſci cuperet, ut fœdere utrinque firmato, conjunctis viribus Carolum agrederentur, ſubjungens catalogum provinciarum Caroli, quarum una pars ad Cæſarem, altera ad Regem devicto Carolo perveniret; Cæſar prudens haud difficulter animadvertit, quam ſtulte 19.

ageretur,

am devorantibus, & nulla adverſa conſiderantibus *Euripides* memoriæ reliquit, quem in hunc ſenſum refert *Hug. Grot de jur. belli & pac. libr. 2. cap. 24. n. 4.* dum ita ſcribit;

De Marte quoties itur in ſuffragia
Nemo imminere cogita mortem ſibi,
Sed quiſq; cladem deſtinamus alteri,
Quòd ſi incomitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Et demum nihil vel pulchrius, vel prudentius, de falſa & imaginata victoria apud 19.
Hiſtoricos & Politicæ prudentiæ Scriptores inveniri poterit, quàm illud *Friderici III. Imperatoris* reſponſum, quod exſtat apud Cominæum *comm. lib.* 5. & tale eſt, cùm enim *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, ut *Caroli Burgundi Germanico & Gallico* Imperio bella inferentis, audaciam compeſceret, legato ad Cæſarem miſſo, cum eodem paciſci cuperet, ut fœdere utrinque firmato, conjunctis viribus Carolum agrederentur, ſubjungens catalogum provinciarum Caroli, quarum una pars ad Cæſarem, altera ad Regem devicto Carolo perveniret; Cæſar prudens haud difficulter animadvertit, quam ſtulte ageretur,

ageretur, ſi quis ante partam victoriam, de prædæ & provinciarum diviſione, conſilium caperet, acceptis Lagati mandatis, nihil aliud præter in hunc modum ipſi reſpondit. *Fuit non procul* (inquit) *à quadam urbe Germaniæ, ingens aliquando urſus, qui totam vicinam regionem multùm infeſtabat, ejus oppidi tres quidam juvenes veniunt, uti conſueverant, ad cauponem, rogant prandium ſibi præberi, fore ut infra biduum perſolvant omne debitum, ſeſe capturos urſum illum vaſtatorem, ejus pellum magno poſſe vendi, & futurum ut aliquo præterea munere cohoneſtentur à civibus, ob interemptam belluam, quæ tantum dederit damni, caupo conditionem accipit, pranſi contendunt ad latibulum feræ, in quam, cùm opinione citius incidiſſent, perterrefacti ſubitò occurſu in fugam abeunt; Ex ipſis in arborem unus conſcendit; alius ad urbem, quantum poteſt, fugit. Tertium urſus comprehendit, & proſtratum pedibus conculcat, rictum deinde propius ad aurem admovet; Interea miſer ille mortui præbuit ſpeciem, & hominis exanimati. Ea enim eſt urſi natura, ut ſi quod cæpit animal, mortuum eſſe putet, non infeſtet amplius. Itaque cùm & iſtum crederet exſtinctum relinquit,*

*inque*

*inque ſpeluncam redit; Ille tandem ubi conſurrexit urbem petit. Qui arborem confugerat, incolumem illum eſſe videns, accurrit, & valdè cupidè rogat, quid in aurem immurmuraſſet belua; Hoc inquid, ille mihi præceptum dedit, ne quam urſi pellem deinceps vendam, niſi captâ primùm ferâ &c.*

*Secundò* alii ex certis *ſingnis. & indiciis*, 20. veluti animalium, vel aliarum rerum apparitione, ex fato itidem & ſimilibus prognoſticis, vel victoriam, vel cladam certam ſibi promittere audent; Serium exemplum proponit *Dio lib.* 47. hiſce verbis ſcribens; *Cùm Lepidus & Antonius oppreſſum irent*, C. *Cæſarem Octavianum, adeoque caſtra caſtris penè junuiſſent, pactionem tamen cum Octavio fingerent, accidiſſe inter ipſam pactionem Cæſari, ut aquila ejus tabernaculo inſideret; Ad quam mox duo advolarunt corvi, qui alas aquilæ evellere conati, ab eadem mox occiſi ſunt, addicente eâ ratione, aquilâ Cæſari victoriam, contra utrumque collegam triumviratus, quorum clades, utriuſque corvi cæde notata fuit.* Quâ ratione ciconiæ, pullos ſuos implumes, ex cujusdam eminentis turris culmine, in arun-

dinetum urbi vicinum, roſtro deferetis exemplo, *Attila* de *Aquilegiæ* expugnatione & inde deportanda victoria indicium tulerit, teſtatur *Nicol. Olaus in ejus vita cap. 14.* Muſtelam quoque *Ladislao Ungariæ Regi*, victoriæ fuiſſe nuncium ſcribit *Bonfin. rer. Ungar. dec. 2. lib. 3.* Idem de cerva *Clodovæo Regi Galliæ* vadum per flumen *Vigennam* monſtrante & ad victoriam eidem iter præparante, refert *Æmon. Monach de geſt. Francor. lib. 1. cap. 21.* Atque in hac rem plurima teſtimonia (ſi neceſſum foret) adduci poſſent.

21. Quamvis antem non abnegem, divinam majeſtatem, à quà omnis victoria, & in bello fortitudo dependet, per indicia & auguria rerum eventus nonnunquam præmoſtraſſe, atque id etiamnum ex ſingulari gratiâ facere poſſe, nollem tamen talis eſſe, qui ex præallegatis aliisve indiciis, certam & veram victoriam alicui adſcriberem! Ideoque cùm de lepore ſit communis tradi-

22. tio, quòd ſecundam veteres, *Pierium Valerianum* maximè;

*Inauſpicatum det iter oblatus Lepus.*

Et for-

Et fortiſſimi *Imperatoris Archidami* militibus, qui *Corinthum* obſidebant, lepus è confinio murorum prorupiſſet, atque inde omine fugacis animalis, milites conſternati eſſent, eosdem ARCHIDAMUS animosè ita allocutus eſt, & omen in hoſtes vertit; *Parata en nobis commilitones*(inquit) *victoria; Inertes enim hoſtes noſtros eſſe oportet, qui leporem tàm vicinum capere noluere.* Qualis ex ſimili cauſa adhortatio bellicoſo & generoſo viro convenientior, quàm ut anilibus fabulis, divinam providentiam, bonam cauſam, & militum virtutem poſtponat.

*Tertiò* ſunt, qui ex *magnitudine exercitus, & numero militum* victoriam certam ſibi pollicentur, cùm tamen hiſtoriæ ubivis teſtatum reddant, multitudinem plus obeſſe, quàm prodeſſe, & ſæpè (divinâ annuente potentiâ, & Ducem heroicâ virtute) maximus exercitus per minores militum cohortes fugatos & diſſipatos fuiſſe, quâ de re perplura teſtimonia congeſſit Remig. *Florent. d. conſid. ad Guicciard. cap. 64.* & quia propterea neminem dubitare exiſtimem, hunc locum non amplius proſequar. 23.

24. *Quartò* perplurimi arbitrantur, quòd *obtentâ unicâ vel alterâ victoriâ*, hoſteque enervato, & ad deſperationem quaſi redacto, de victoriâ verâ & ſecuritate nunc certi ſint; *chi benè commincia, ha la metà, bell' opera*, ait *Italus*. Et quid celeritas in bello, primusque in hoſte metus & terror operetur, rei militaris peritis plus quàm notum eſt. Ut-
25. cunque autem hæc ita ſint, nollem tamen vel primæ, vel pluribus victòriis, (etiam eo in caſu, ubi hoſtis ad ſummas redactus anguſtias & non niſi cum magnâ difficultate reſpirare, armaq; arripere poteſt) tantoperè fidere, ſed vel ſecurâ pace (ſi conducit) lites ſunt ſopiendæ, vel progredientum ulteriùs ita ut de ſecuritate certi, hoſtem ejus-
26. vè ſocius non amplius metuamus. Victoria quippè, non inſemel, vel ſæpiùs vincendo, ſed potiùs in proſequendo, & hoſtem armis protenus exuendo, omnibusque modis delento conſiſtit Tempus & mille
27. nunquam cogitati caſus, occaſiones offerunt, quibus non potens modò inimicus, ſed etiam debilis, contemptus & oppreſſus, qui nunquam juvare potuit, nocere poſſit; ſcribit *Hieronr Canneſtaque de bell. Belg.*

*Belg. lib. 1.* Et nonquam ita omnibus fortunis quiſpiam nudari poterit, ut non ei coltellus ad vindictam remaneat, teſte *Machiavello 3. diſp. 6. Victor* ergò (ait *Seneca*) *timere quid poteſt? quod non timet*, prudentiſſimè idem ſibi reſpondet; Unde *Palæſtrio* apud *Plautum in milite; non ſcis* (inſit) *quum ex alto puteo ſurſum ad ſummum adſcenderis, maximum periculum inde eſſe, à ſummo ne rurſum cadas* Infirmi (ergò ſecundum ſententiam *Egeſippi lib. 4. cap. 2.*) *ingenij erit, Lapſu aliquo, ſummæ rei diffidere; cùm exiguis momentis inclinentur omnia, quæ in bello geruntur*; E quibus omnibus, hoc conſequens manet, victoriam veram nunquam futuram, & ex ea, ſecuram pacem non ſperandam victori, donec devicti aliquo modo reſpirare, vel ipſimet, ſociorumvè auxilio & ope movere ſe poſſunt. *Mithridates* (ſcribente *Floro libr. 3. cap. 5.*) *à Romanis ſuperatus, omnia tamen experiebatur more anguium, qui obtrito capite, poſtremùm caudâ minantur.* Idque ſi non ad *ſpem victoriæ*, certè tamen ad *ſpem compoſitionis*; Quod de *Catone* in *Africa* bellum reparante exprimit *Cicero lib. 11. Epiſt. 12. ad Atticum*; *Sed uti video* (ait)

29.

30.

31.

*multò magis laborandum eſt de Africa*, *quam quidem tu ſcribis*, *confirmari quotidiè*, *magis ad compoſitionis ſpem quàm victoriæ.* Ergò
32. (ſicut anteà dixi) *victoria vera*, illa dici haberique nequit, quæ ad perfectionem non eſt perducta, & effectum non habet ſucceſſivum, cùm ex effectu cognoſcatur cauſa, & perfectum illud non ſit, cujus effectus
33. imperfectus eſt; Multi igitur ſibi falsò imaginantur, quòd victoriam deportarint, cùm id, quod adepti ſunt, proſequi neglexerint; Victoria ſiquidem non eſt victoria, nec dici reverà ita poteſt, quæ finem bello non imponit, ſed *hoſtem tantùm urget*, *irritatæ neceſſitatis morſu*; Quapropter donec vi-
34. ctoria ſemel vel pluries obtenta, ad finem autem perfectum & legitimum non perducitur, ea, pro verâ & genuinâ victoriâ haberi nequit, rationes adduxi, experientia & exempla in aprico ſunt; quorum nonnulla recenſet *Remig. Florent. ſæpè allegat. conſid. cap.* 4. *per tot.* ubi prudentiſſimè oſtendit, non tàm poſt victoriam jubilare, & exultare, quàm de ea proſequenda conſultare oportere; Hinc tot magnorum Ducum errores, qui vincere potuiſſent; ſi victoriâ

victoriâ rectè uti ſciviſſent, quod de *Hanniballe* traditur.

Vince Hannibal, & non ſeppe uſar poi
Ben la vittorioſa ſua fortuna.

Eadem de *Pompeo* querela eſt, quòd ſæpè, & præſertim, cum propè *Dyrrachium*, Cæſarem conflictu fregiſſet, victoriam perſequi neglexerit; Ideoque Cæſar hæcce animadvertens; Pompeium ſcire vincere negavit.

De hoc autem antequam ulterius in præſenti negotio procedam, primò in quirere oportet, *ſi victoria ſit dubia, cui eadem adju* 35.
*dicari debeat?* Variis verò modis victoria dubia manere poteſt, aliquot depromam exempla; *Primò* inter *Argivos* & *Lacademo-* 36.
*nios* tale dubium exortem eſt, cùm enim hi de Thyrea contenderent, & judicio Amphictyonum, rem pugnæ commiſiſſent, ita pertinaciter pugnatum eſt, ut duo omninò ex Argivis, Alcenor, & Chromius, unus ex Lacedæmoniis Olhyades, vel Othryades ſuperſtites eſſent; Hic latebat ſaucius inter mortuos, itaque cùm Argivi diſceſſiſſent, ſurrexerat, & ſpolitis cadaveribus Argi-

vorum. trophæo erecto, quod ſuo ſanguine inſcripſit, ſtatim mortuus concidit; Ambo ſibi aſſeruerê victoriam, Argivi numero, Lacedemonii, fugâ hoſtium, campo, trophæo, ſpoliiſque, *Plutarchus* (ſi auctor eſt Parellorum) ſcribit *Amphictyones* iiſſe in rem præſentem, & victoriam adjudicaſſe Lacedæmoniis, *Herodotus* ait, cùm iterum pugnaſſent, eventus, veludi æquus judex, unde jus ſtabat. dedit victoriam Lacedæmoniis. *Petr. Ærod. rer. judic. lib. 10. tit. 9. cap. 1.* At *Hugo Grotius de jur. bell. & pacis libr. 3. cap. 20. n. 45.* nullam victoriam hoc caſu agnoſcit, *Secundò* ſæpe accidit, ut nocte irruente, utraque pars campo cedere coacta, ignoretur, penes quam victoria remanſit, ita obtigit *Bruto & Valerio Coſſ.* contra *Marcum Antonium & Octavianum Petr. Ærod. d. tit. 9. cap. 1. & Franciſco I. Galliæ Regi cum Helvetiis* quod, & alia exempla refert; *Remig. Florent. in conſiderat. ad Guicciardin. cap. 62.* Ex quo demum *tertiò* conſequitur, quòd neutra pars ſe victam confiteri velit, prout *Chriſtiani*, ſe à *Turcis* ad *Agream* victos eſſe, fateri noluêre, teſte *Soranzio cap. 66.* Multi quoque magis pro victo-

37.

38.

victoribus ſe gerunt, quàm ut tales reverâ ſe ſentiant, uti de *Philippo Macedone* notat *Polybius*, quem refert *Grotius d. cap. 20. n. 45.*

Quomodo verò *quartò* de victoria dubia ſit judicandum, & quibus indiciis & 39. argumentis eadem huic vel illi parti ſit atribuenda, non una eſt ſententia? Vetuſtiſſimà ſiquidem *Græcorum* eſt conſuetudo, ut qui petit ſuos ſepeliri, victum ſe eoipſo fateatur, ſecundum *Plutarchus in Nicia. Helvetij* victores, ex conſuetudine inveteratâ bleiben drey Tag auff der Wahlſtatt liegen/ wann ſie den Sieg erhalten haben. *Stumpfius libr. 10. cap. ult.* ſed *Hugo Grotius d. cap. n. 45.* ait, ſpolia legere, cadavera ad ſepulturam concedere, prælio iterum laceſſere; ut ſigna poni victoriæ, per ſe nihil probant, niſi quatenus cum aliis indiciis valent ad docendam hoſtium fugam; & certè qui loco ceſſit in dubio magis eſt, ut fugiſſe credatur; At ubi victoriæ firma argumenta non ſunt, res manet eo loco, quo ante prælium fuit.

Hiſce ita præmiſſis, apparebit & manifeſtum evadet, quæ ſit, & dici poſſit, 40.

vera, completa & perfecta victoria, illa ſcilicet, quando hoſtis ita eſt ſuperatus & oppreſſus, ut eum, ſuoſque auxiliares ampliùs timere neceſſe non ſit, ſed omninò ſecurè vivere liceat; Et in ſumma vera & perfecta victoria, duo hæc capita in ſe continet; Injuriæ acceptæ ultionem, & in poſterum ſe-
41. curitatem. At imperfecta & falſa victoria (præter illam quæ in ſolâ, imaginatione & ſpe conſiſtit) eſt illa, per quam quidem, vincens & in prælio alium ſuperans magorem reſpectum & auctoritatem conſequitur, ita ut ſuperior meritò dici queat, omninò tamen ab inſultibus hoſtium, & inde emergente novo periculo libet non eſt.
42. Hanc victoriam alii malæ herbæ æquiparare ſolent, cujus quamvis fructus ſemel vel pluries (ne ſcilicet nimium ſeſe extendant) abſcindantur, manentibus tamen radicibus,

re-

retinet vim & poteſtatem, perſimiles fru-
ctus rurſus producendi, quos ſimiliter de-
mum tollere neceſſe eſt, verùm protenus
eradicata herbâ, nullum periculum rema-
net. Quemadmodum etiam imperfe-
ctam victoriam exfalsâ causâ ( opinione 43
nimirum) originem trahere, ſupra oſten-
di; Ita reverà dici poterit, eam occa-
ſionem eſſe novi belli, dum in hoſte
adhuc ſupereſt potentia vires ſuas re-
colligendi, & denuò vincentem armis
laceſſere *Renig. Florent. d. conſid. ad*
*Guicciard. cap.* 41. Ubi eleganter ſub- 44
nectit & recenſet omnia vitia, quæ ex im-
perfecta & falſa victoria ariuntur, inter
quæ non minima ſunt, negligentia,
immoderata læditia, nimia confiden-
tia, inſolentia, hoſtis contemptus,
& in ſumma, intempeſtiva ſecuritas;
Quid autem hoſce & alios ſubſequatur
affectus, ibidem inductione exemplorum
ulteriùs declarat, & ipſa quotidiana ex-
perientia ſatis ſuperque teſtatum reddit. 45
At perfecta & vera victoria, nihil
tale

tale in ſe habet, dummodò victor eâdem non abutatur, veram itaque hæc ſecuritatem & tranquillam pacem victori largitur;
46 Rara autem hæc avis in terris eſt, ac propterea poſt Octavianum Auguſtum Imperatorem (cui hoc procul dubio, ex ſingulari Dei gratiâ obtigit) vix aliquem, talem victoriam, cum univerſali ſecuritate & pace conſecutum, forſan haud ineptè animadvertit;
47 Idem *Remig. Florent. d. cap.* 41. Hujus rei cauſæ vel potius conjecturæ, quamvis plurimæ in medium adduci poſſent, nolim tamen iisdem prolixiùs inhærere, moveor autem certâ ratione, ut credam, Divinum numen (cujus velle inperſcrutabile eſt) ſuâ providentiâ, hæc omnia ita moderari, ut & Imperatores & *R*eges ſentiant eſſe ſuperiorem, qui illis imperitet, & cum plerumque victoriam inſolentia, atque ejus generis alia vitia comitari ſoleant, eadem inulta non relin-

lin-

linquat, ſed victoribus, qui proſperâ abutuntur fortunâ, & nihil mali metuunt, tùm maximè cum omnium rerum ſecuri ſunt, DEUS repentè adverſarium quempiam exitat, de quo minimè ſuſpicati fuerant. Ita non ſolùm prudenter, ſed piè quoque hiſtoricas ſuas commentationes concludit *Philip. Comina. lib.* 10.*in fin.* Et quia hunc in locum inciderim, Regumque & Magnatum victorias, à DEO temperari, certisque terminis includi dixerim, prudentiſſimum hâc de re monitum *Juſti Lipſii in monit. & exemp. polit. lib.* 1.*cap.* 5. *monito.* 4. ſtylo & verbis auctoris inſerere hîc libet; ‘breve monitum (ait) ſed ‘magni ſenſus & uſus; videre quore ‘quomodo DEUS diſponat & cohibeat, ‘hos ne creſcant, hos ne cadant, & ve- ‘lut in æquilibrio res ſuſpendat; Hoc ‘Nicephori Gregoræ lib. 5. verbis dicendum eſt; *Mirari mihi ſubit* (iquit) *imper-*

*veſti-*

'*veſtigabilem Dei ſapientiam, qui planè contra-*
' *ria uno fine concluſit. Nam* cùm duas adver-
'ſarias poteſtates inter ſe committere
' ſtatuit, nec alteram alteri ſubjicere;
'aut ingenio, aut virtute præſtantes
'utrique parti moderatores præficit, ut
'alter alterius conſilia & conatus ever-
' tat, & utrinque Subditorum libertati
'conſulatur; aut utroſque hebetes &
'inbelles deligit, ut neuter alterum ten-
'tare, & ſepta (quod ajunt ( tranſilire
'audeat, veteresque Regnorum limites
' convellere: Dici prudentius nihil potu-
'it; & providentiæ hanc diſpoſitionem quod
'exempla adfirmant? non inſiſto, & vete-
'ra omitto; Sed nuper *Carolus V.* nobis *Fran-*
'*ciſcus I.* Gallis, *Soleimannus* Turcis imperi-
'tabant, quivis eorum dignus orbis terræ
'Imperio, & habuiſſent, aut promoviſſent,
' niſi concurſus ille fuiſſet, & alius alium in-
' terpelaſſet; In parte alterâ exempla, quæ
'verècundiâ prohibitus non dicam; Nec ego
*M*agiſtri verbis plura addam, ſapienti ſatis.

Ne ita-

Ne itaque divina Majeſtatas, obtendâ notabili victoriâ, ingratitudine vel alio quopiam ſcelere offendatur, & fortunæ rotæ curſum impediat, vel etiam planè ſiſtat, victoris erit, ut victoriæ certam præſcribat metam, clementiæ benignitatiq; ſtudeat, & poſtquam in nocentes ſatis animadverſum, parcendo rurſus irritamenta pacis oſtentet, uti *ex tacito Lipſius civ. doct. lib. 5. cap. 17. n. 5.* Immo honeſtam pacem ulteriori vindictæ & abſolutæ victoriæ quam vel ſperat, vel certâ perſuaſione ſibi imaginatur) præferat eamq; ceu humano generi amiciſſimam promoveat; Quia melior tutiorq; eſt certa pax, quàm ſperata victoria; Illa in tua, hæc in Deorum manu eſt, ait *Liv. lib. 25.*

Ita faxit DEus almæ pacis unicus Auctor. 50,

FINIS.

BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google